

SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650
CHRISTO ET ECCLESIAE
From the Library Fund Subscribed in 1842
Rec^d Nov. 9 1844


EUNAPIUS

CUM NOTIS

BOISSONADII

ET

WYTTENBACHII


SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650
CHRISTO ET ECCLESIÆ
From the
Library Fund
Subscribed in 1842
Recd Nov. 9
1844

EUNAPIUS

CUM NOTIS

BOISSONADII

ET

WYTTENBACHII

ΕΥΝΑΠΙΟΣ.

EUNAPII SARDIANI

VITAS SOPHISTARUM ET FRAGMENTA HISTORIARUM

RECENSUIT NOTISQUE ILLUSTRAVIT

IO. FR. BOISSONADE.

ACCEDIT

ANNOTATIO

DAN. WYTTENBACHII.

AMSTELODAMI,
APUD PETRUM DEN HENGST ET FILIUM.
MDCCCXXII.

IOSEPHO VAN PRAET.

BIBLIOTH. REG. PARIS.

CVSTODI HVMANISS.

QVI

A TRICENNIO

CONSTANTI ME BENIGNITATE

IVVIT

CVI

PLVS QVAM ALII

STVDIA MEA DEBENT

EVNAPIANAS HASCE CVRAS

DICO.

EDITORIS PRAEFATIO.

Qui ante XII et amplius annos typis describi coeptus est, nunc tandem prodit Eunapius, ingenti adnotationum mole onustus, ut vix incedere queat, metusque fere sit, ne pauci illum ad se velint recipere, foresque pulsans cum tota jubeatur migrare farragine, ni praefulgeret πρόσωπον τηλαυγὲς, Wyttenbachii nomen. Causa tam longinquarum harum morarum, atque ultra legem Horatiam protractarum, in adversa fuit qua diu conflictatus est oculorum valetudine, vir ille eruditissimus atque desideratissimus, a quo auxilia petieram editioni adornandae et adjumenta; quae quidem quum acriter promisisset, ingravescentes dolores impetum notandi scribendique primum represserunt, deinde suppresserunt omnino, quum ad finem Vitae Proaeresii pervenisset. Atque utinam lateret adhuc Sophista cum enormi commentariorum apparatu, Wyttenbachiusque superesset, egregium illud Batavae gentis decus et literarum antiquarum ornamentum!

Notae Wyttenbachii, quibus Eunapii verba resque ab eo traditae eximie illustrantur, constituendae recensioni inservire non potuerunt; idque sane dolendum est. Nam Mediceus liber, cujus collationem ab Abr. Gronovio descriptam habuit, emendationes identidem suppeditavisset optimas, aliasque recepissem ex ingenio natas viri acutissimi. Sed illum serius consului, adeo ut annotationem suam ad meam editionem measque notas, quarum plagulae a typographo ipsi tradebantur, scripserit, quando jam nihil poterat immutari; quod si e contrario illius vestigia fuissem secutus, potuissemque mihi contextum auctoris ad ejus sententiam conformare, castigatior longe et limatior in legentium manus hodie veniret. Post decessum Wyttenbachii, ejus vidua, foemina tali viro digna, atque eruditione Annam Fabri, Reiskiam, et paucas alias id genus heroinas referens, mecum benignissime communicavit exemplar Commelinianum cui lectiones Medicei codicis, nonnullaeque Gronovii et Wyttenbachii notae erant insertae. Ex hoc libro, inde a loco in quo substiterat Wyttenbachii annotatio, ea sumsi quae in *Novis Addendis*, ad calcem Praefationis positis, descripsi, idque fortasse diligentius. Nam in Gronovianis multa sunt quae premere poteram; atque volebam quidem; sed

sed malui ex illis, caeteroquin brevissimis, nihil perire, ne cui calumniandi ansa daretur. Wyttenbachius ipse et in suis et in Gronovianis liberius procul dubio fuisset versatus.

Ceterum Mediceum librum opinor non fuisse ab Abr. Gronovio collatum, sed a Jacobo ejus patre. Multos enim codices Graecos Florentiae transcripsit vel contulit Jacobus Gronovius, cujus schedae ad Abrahamum hereditario jure pervenerunt. Aeliani quidem opus utrumque ex Mediceis codicibus a patre lectis et excerptis edidisse Abrahamum palam est; quem et Eunapianas lectiones non alia ratione possedisse arbitror.

Medicei codicis sitim mihi injecerant Holstenii ad Lambecium, qui de Eunapio recudendo cogitabat, Epistolae, in quibus existimare se ait (1) codicem nusquam reperiri praestantiorem, nihil antiquius aut praestantius videre se meminisse. At, re nunc melius cognita, ad id fere adducor ut credam Holstenium, qui unum alterumque Eunapii codicem tractaverat, de Mediceo praeclarius aequo sensisse, et ad Gudii opinionem accedam lubens, qui et ipse olim, Eunapii quum pararet editionem, sex codices contulerat. „ Cre-

„ de-

(1) P. 260. 382. novae editionis.

„ debam fore" (Gudius ait in quadam ad Menagium Epistola inter Gudianas et Sarravianas reperienda) „ ut ex illo Medicaeo codice, cu-
„ jus vetustatem maximam L. Holstenius ma-
„ gnopere commendaverat, quicquid in Eunapio
„ desiderarem, aut emendari aut utcumque sup-
„ pleri posset. Vide nunc quam me spes fru-
„ stretur. Nihil reperio quod non aut nobis
„ aut aliis observatum sit. Nam Hieron. Com-
„ melinus ex Mss. Palatinis meliorem partem il-
„ larum emendationum textui jamdudum reddi-
„ dit. Ea editio in luce atque aspectu omnium
„ versatur, et longe integrior est primis illis
„ turbidis curis H. Junii; tamen post Comme-
„ linum adhuc multa et fortasse potiora revo-
„ cavi ex recentioribus quibusdam manu exara-
„ tis codd. Unus est in Bibl. Regia; alter olim
„ fuit Card. Lotharingii, quem Remis excussi-
„ mus in abbatia S. Remigii; ex tertio Em.
„ Card. Barberini variantes lectiones manu L.
„ Holstenii descriptas habeo. Omnia quae Flo-
„ rentinus codex sive bona, sive mala, suppedi-
„ tat, jam notaveram ex iis tribus libris, ut pro-
„ pemodum ex eodem fonte promanasse videan-
„ tur.". In his nonnulla sunt, ut raptim scri-
pta, ita parum perspecte. Sed verum esse puto et verissimum, Mediceum codicem compa-

ra-

ratione cum aliis instituta optimum esse quidem, sed non tantis praedicandum laudibus. Et monebo obiter ultima Gudii verba male intellecta fuisse a Carpzovio, qui in Specimine Eunapiano p. 6. codices alios e Mediceo descriptos Gudio videri ait; quod post Carpzovium iterum legere est in Harlesii nota ad Bibl. Gr. T. VII. p. 537; quum alia fuerit Gudio mens, nempe Mediceo et aliis libris communem fuisse fontem.

Fuere mihi recensionis alia propriaque subsidia: in quibus eminet Vaticanus liber numero 140 signatus in fronte, mihique litera A compendii causa nuncupandus, optimae quidem notae, et quem merito Bastius Epist. Crit. pp. 65. 255. *egregium* et *excellentem* vocavit, sed temporis edacitate plusculis in locis abolitus, ut hi legi jam neutiquam possint. De hoc libro adponam fragmentum Catalogi adhucdum inediti, quo ab Hasio viro doctissimo et diligentissimo Codices Graeci descripti sunt, qui ex Italicis Bibliothecis in Parisinam migraverant, dum Gallica arma viresque gentibus incubabant: „ Codex „ Bombycinus in 4°. foliis 288 scriptis con„ stans, fine mutilus. Ibi continentur Diogenis „ Laërtii libri X, Fl. Philostrati Vitae Sophis„ tarum, Eunapii Sardiani Vitae Philosophorum, „ *Philostrati* Epistolae amatoriae, Alciphronis

„ Rhetoris Epistolae . . . . . . : *Eunapii Sard.*
„ *Vitae Philosophorum.* Titulus fol. 232. recto,
„ situ porro deletus. Incipit opus: Ξενοφῶν ὁ
„ φιλόσοφος. Sequentia folia madore et tineis
„ multis in locis male redacta sunt; legi tamen
„ potest scriptura, quantumvis aegre, usque ad
„ initium fol. 239. versi, ubi sunt verba τὴν ἐπω-
„ νυμίαν ἀφ' ἑαυτοῦ πεδίῳ δίδωσι, in editione
„ P. Stephani p. 48. lin. 21. [p. 32 hujusce
„ edit.]. In sequentibus vestigia tantum quarum-
„ dam literarum supersunt; paginae etiam pas-
„ sim lacerae. In novissimis exsculpuntur quae-
„ dam, unde apparet finem operis cum edito
„ concordare: sic enim desinit fol. 259. recto:
„ ἀνθρώποις ὁμιλεῖν ἐστι 'καὶ ἔτη, quae verba vi-
„ de in cit. edit. pag. 160. lin. ult. [= pag. 120].
„ Codex noster, fere ubicumque legi potest,
„ lacunas editionum restituit, interque eas il-
„ lam quae occurrit p. 160. in fine Vitae Chry-
„ santhii: majusculis literis impressa non sunt
„ in editione: ὁ δὲ (ed. οὐδὲ) ἀπέσχε τὴν χεῖ-
„ ρα· ΚΑΙ, ΠΑΡΑ ΜΕΤΡΟΝ γενομένης τῆς κε-
„ νώσεως, παρΕσεις τε ΤΩΝ ΜΕΡΩΝ ἠκολούθη-
„ σαν, καὶ τὰ ἄρΘΡΑ συνέκαμψε, κ. τ. λ. [cf.
„ pag. 452.]."

Tractavi et Codicem Regium, numero 1405 in Catalogo, in meis autem animadversionibus

litera B notatum, lacunosum, atque recentissimum, saeculo quippe sexto decimo exaratum.

Veneti autem Codicis lectiones variantes cum editione Stephaniana collati accepi a viro humanissimo et doctissimo, quem literati homines cuncti desideramus, Jac. Morellio, Bibliothecae Marcianae olim custode. Atque insuper haec adscripserat, quae nunc repetere non praeter rem esse videtur: „ Eunapius ex veteri Codice Flo-
„ rentino in Veneto saec. 15. scriptus fuisse vi-
„ detur, tum quod Aeliano de Natura Anima-
„ lium cum lectionibus ipsis codicis illius a
„ Gronovio allatis adjectus sit; tum quod in
„ Vita Porphyrii lectiones ejusdem fere omnes
„ habeat a Junio in editione Eunapii an. 1568.
„ relatas (1); tum vero etiam quod, in Aede-
„ sii Vita [p. 40.] pro περὶ καθόλου, in Ve-
„ neto sit περὶ καθόδου, quam lectionem ex
„ cod. Florentino ab Emerico Bigotio acceptam
„ Menagius protulit ad Diog. Laërt. T. 2. p.
„ 163 (2). In fine tamen Codicis Florentini
„ juxta Bandinium Catal. T. I. p. 292. est Εὐ-
„ να-

(1) Vide quae notabo infra ad Praefationem Junii alteram.

(2) Hoc argumentum non est validissimum. Nam et alii codices τὸ καθόδου exhibent: Cf. Not. p. 262.

„ ναπίου Σαρδιανοῦ ἐγγράμματα βίων φιλοσόφων
„ καὶ σοφιστῶν; itidemque in Codice Neapoli-
„ tano saec. 15. (3), qui et ipse Aelianum et
„ Eunapium continet ac ex Florentino fortasse
„ manavit, ἐγγράμματα est (Harl. ad. Bibl. Gr.
„ T. V. p. 775.): at in Veneto titulus est Βίοι
„ φιλοσόφων καὶ Σοφιστῶν, in fine Εὐναπίου συγ-
„ γράμματος βίων φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν τέ-
„ λος. De lectionibus quoque vitiosis codicis
„ hujus indicium fit, ut ejus indoles apertius in-
„ notescat."

Quae de Codice Neapolitano scripsit Morellius, non omnino vera sunt. Codex Neapolitanus, cui index est ἐγγράμματα, non Aelianum continet, ipso, quem advocat Morellius, teste Harlesio, sed Theonis et Libanii opuscula quaedam. Duo autem sunt Neapoli in Regia Bibliotheca Eunapianarum Vitarum Codices, numeris 9 et 188 ab Harlesio pp. 775. 787. signati; est et tertius cum numeri 64 nota p. 779, in quo Vita Libanii tantum reperitur. Variantes lectiones trium illorum librorum in Vita Libanii mihi benignissime subministravit Franc. Avellinius, vir egregie eruditus et quem mihi semper faventissimum expertus fui. Codex 64, mihi autem

(3) Mox de hoc codice Neapolitano notandi locus erit.

tem in notis numero 1 notatus, Chartaceus est saeculi 14, et Vitae Libanii praefixum habet indicem: Εὐναπίου ἐκ τοῦ βιβλίου· τοῦ ἐπιγεγραμμένου Βίοι σοφιστῶν, Λιβανίου βίος. Est quoque Chartaceus, saeculique itidem 14, Codex Harlesio 9, mihi 2, et habet indicem, Σαρδιανοῦ ἐγγράμματα βίων Φιλοσόφων. Ejusdem aetatis, monente Avellinio, non vero saeculi 15, est Codex ille, mihi 3, Harlesio 188, quo continetur Aelianus de Nat. Anim. cum Eunapio nostro, titulumque notabilem hunc exhibet: Εὐναπίου ἑπτακαίδεκα βιβλίων. Βίοι Φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν. Num hic de Sophistis et Philosophis Codex descriptus fuit ex ampliore, in quo et Politica Eunapii Historia continebatur? Historiae libri tantum XIV ferebantur, teste Photii contextu; sed notandum Photianae notitiae lemma libros XVI praeferre. Qui numerus si verus sit, Vitae Sophistarum pro appendice libroque ultimo Historiae fuerunt in illo Codice adjectae. Praeterea de lacunis duabus Avellinium consului; una in Aedesio p. 39. ubi Codices 1. et 2. exhibent, quod alii plerique, Μάξιμος δὲ ...... τε ἐνέκειτο; altera in Chrysanthio, de qua adi notata p. 435.

Atque ad hanc eamdem Libanii Vitam habui; beneficio viri varia docrina ornatissimi, Duraei

a Malla, Valesianas lectiones, ex collectione excerptas notarum ineditarum Valesii, quam sibi confecerat olim Villoisonus, moriensque Duraeo legavit (1). Unde Valesius varietatem lectionis enotaverit, in libro Villoisoniano non memoratum inveni; sed legenti ejus Emendationes p. 99. patebit e codice H. Memmii illam desumsisse, in quo Eunapiana Libanii Vita hujus Sophistae Epistolis erat praefixa.

Insuper usus sum exemplo Plantinianae, nunc Bibliothecae Regiae, olim Emerici Bigotii, cujus marginibus adpictae sunt variae lectiones, praemissa notula qua docetur lector provenisse illas *ex A. Fumaei Libell. Magistri veteri Codice per Petrum Fabrum ejus Collegam cum Plantini ista editione collato* 1570; illius nempe, ni fallor, A. Fumaei Blandei, cujus suis in Elogiis Scaevola Sammarthanus meminit. P. autem Faber, cognomine San-Jovianus, eruditissimis libris quos de re agonistica scripsit praesertim inclaruit; quo ex opere p. 328. verba ad-

po-

(1) Vide Adnot. infra p. 123, et Notitias Manuscriptorum t. X, part. II. pag. 200; coll. Bastii Epist. p. 55. et Catalogo Bibliothecae Bastianae Cod. XI. Nam Bastius Villoisonianum librum secum communicatum sibi excerpserat; ejusque apographum nunc in Bodleiana servatur.

ponere hic in primis facientia operae pretium est. Eunapii loco adducto ex Aedesii Vita p. 45. ἀντία γὰρ καὶ κεφαλὰς .. συνελίξαντες, ceteris, et correctis (1) addit: *Sic enim legendum ex vetusto manuscripto Antonii Fumaei, collegae quondam in Libellorum ordinario et comitatensi Magisterio mei, qui utendum et conferendum cum impresso lubens commodaverat.* Faber rursus p. 668. duo verba πολλοὺς εἶναι Eunapio in Proaeresio p. 79. (cf. Not. p. 552.) restituens, ait illa se reposuisse *ope manuscripti a Clariss. Fumaeo, vetere collega et amico libri*, omissa forsitan voce *commodati*, aliave simili. Hic mirandum accidit illam restitutionem, πολλοὺς εἶναι, non notatam fuisse ad marginem Plantiniani hujus exemplaris quo ceterae lectiones

(1) Quum ad hunc locum scriberem adnotationem p. 277., pessimam reprehendens Junii versionem qui συνελίζειν de saliendo intellexerat, nondum noveram Fabrum jam apte monuisse non salitionem hoc verbo, sed copulationem et conglomerationem significari. Junii quoque errorem carpsit Falconerius ad Inscript. Athlet. p. 2347 D. Tom. VIII. T. A. Gr.; sed illum non perspexit Barthius qui ad Rutil. I. 440. versionem Junii cum vitiis integram descripsit, multa insuper in Eunapium convitia effundens, *rabiosum esse Diaboli canem, sceleratumque rabulam ohmem Christianismum furiose ellatrantem.*

nes continentur, quodque litera C in mea Adnotatione signavi. Sed reperitur in alio Plantinianae exemplari, cujus margines notulis manu scriptis passim distinguuntur, quodque a Bibliothecae Regiae custodibus humanissimis mihi pariter commodatum litera D indicavi. Cum exemplari priore fere consentit, et puto illius lectiones fuisse ex hoc descriptas. Etenim p. 45. lego nunc *ὁ: P. Fab. id est αὐτὸς*; quae male exhibui in Adnot. p. 220, pro *P. Fab.* scribens *praestat*. Ductus enim calami inelegantis non nitidos raptimque inspectos non recte ceperam. Legeram p. 305. melius.

Praeterea tertium adhibui, idque beneficio etiam Bibliothecariorum Regg., exemplar Plantinianae, quod olim Huetii fuit, Abrincensium Episcopi, cujusque in marginibus vir eximius conjecturas observationesque inter legendum forte natas calamo nitidissimo et scitissimo descripsit.

Mecum etiam benignissime communicavit Schaeferus, vir ab omnibus laudatus et amatus, apparatum Eunapianum Wagneri; illius Wagneri qui Alciphronis Epistolas edidit, quique Eunapium etiam edere constituerat. Post Wagneri mortem apparatus iste in manus venit Erfurdtii, viri egregie docti et literis nostris ante tempus ademti, qui, a Schaefero compellatus, promta men-

mente et benigna Wagneriana omnia mihi utenda commisit. Accepi igitur, parario optimo illo homine, Schaefero, Commelinianae exemplar cum multis notis manuscriptis Wagneri, et Th. Reinesii, summi olim Saxoniae literatoris; schedas itidem aliquot in quibus nitide et commodissime Wagnerus notas Reinesianas transcripserat, quae in charta Commelinianae bibula atramentoque pictae dilutiore aciem oculorum delassant, immo fugiunt; praeterea indices copiosissimos rerum et nominum Eunapianorum a Wagnero confectos, cum multis etiam observationibus passim interspersis. Illis autem subsidiis, quum mihi fuerint serius allata, non potui statim ab initio Adnotationis uti.

Sero etiam accepi excerptas notulas e duobus exemplis quae Valckenarii fuerant, Commelinianae uno, altero Plantinianae. Valckenarius indicatiunculas locorum pauculas aliaque sat levis momenti illius in marginibus adposuerat; hujus in oris descripserat Is. Vossii emendationes e libro in Bibliotheca Leidensi servato desumtas, cujus meminit Harlesius Bibl. Gr. T. VII. p. 537. Illa duo volumina, quae in publica Bibliothecae Luzacianae auctione paucos ante annos prostiterunt, fuerant cum P. H. Marrone, viro reverendissimo, homileta disertissimo poëtaque ele-

elegantissimo, communicata, qui notas duumvirorum egregiorum, sedulo a se excerptas, mihi utendas benignissime permisit.

Ac religio fuerit si fautorem alium studiorum meorum tacitum relinquam, Diam. Corayum, quem unum viris prioribus aetas recentis Graeciae opponit, a quo conjecturas in Eunapium habui facili felicique ipsius ingenio dignas.

Latinam Junii versionem, quum plerumque pessima sit, omittere satius duxi; nec novam ejus in locum substituere fuit animus. Etenim in hac literarum Graecarum luce talia legendi adjumenta valde sordent, atque in primis cum de scriptoribus id genus agatur, qui non nisi doctiorum hominum manibus teruntur. Nec non in hac ipsa editione Latina versio minus desideranda forte videbitur, quippe cujus adnotationes locorum difficiliorum illustrationem exhibent.

Sophistarum autem Vitis addidi Fragmenta Legationum quae jam in Commeliniana aderant, codicemque consului, e quo Hoeschelius illa primum ediderat. E Belgio Codicem hunc nostri milites, qui a pretiosioribus multo et sanctioribus rebus non abstinebant, per fas armorum, quod qui nefas dixerint voce propriore utentur; nostri igitur milites rapuerant, fueratque Parisinae Bibliothecae illatus. Sed quum subito (tale

Deam

Deae numen!) in medio rerum certamine Imperator ille, vitio creatus, praeceps corruisset, e regno male parto pulsus in exilium, oratores a regibus principibusque victoribus Lutetiam missi, vel de minimis, quod aequum fuit, curantes, libros tum manu tum typis descriptos sibi suos anxie conquisitos repetiverunt; unde factum est ut codex Legationum ad pristinos possessores jure postliminii prius redierit, quam aetatis ejus et conditionis notitiam mihi potuerim scribere. Memini duntaxat Chartaceum esse atque toto aspectu externo recentissimum. Ceterum de Legationum auctore frustra dubitavit Dorvillius ad Charit. p. 541. Excerpta enim sunt ex Historiis politicis quas a se conscriptas fuisse non semel idque disertissime in Sophistarum Vitis testatur Eunapius. Quarum historiarum fragmenta alia plurima, quae sunt passim per Suidae Lexicon dissipata, collecta sedulo post Legationes adposui. In anonymis fragmentis Eunapio vindicandis si quandoque erraverim, condonet, rogo, lector humanus; nec plus aequo irascatur, velut in rebus tantulis, si forsitan alicubi lateant apud Suidam vel alium grammaticum Eunapii nonnullae sententiae verbave, quae praeterviderim.

Quid de his fragmentis sentiant alii nescio; equi-

equidem ceterum omne opus valde me desiderare fateor. Nam multa Eunapius fuse narravisse videtur, quae sunt exiliter atque tenuiter a superstitibus aliis scriptoribus tradita. Utique non sine ira et studio haec tempora, tam opima casibus seditionibusque discordia, memoravit; sed, utriusque partis studia atque iras aequo examine compensantes, melius quid sit in negotiis saepe dubiis veri cerneremus, et de Constantino illo qui Magnus dicitur Iulianoque illo Caesare multa, et ab hujus obtrectatoribus illiusque laudatoribus pressa silentio aut male tradita, cognoscere valeremus. Atqui de recuperando integro opere non omnino fortasse desperandum est. Adponam e Patinianis locum satis ignobilem; non negligendum tamen, et qui Blainvillii memoriae, non oculis, obversabatur, opinor, itinera describentis t. III. p. 7. Sic ergo Patinus: „ L'*Eunapius Rhetor* de l'Histoire des „ Huns est un manuscrit fort rare. Muret l'a„ voit pourtant vû dans la Bibliothèque du Va„ tican, et l'ayant demandé au Cardinal Sirlet „ pour le faire copier, ce bibliothécaire lui ré„ pondit que le Pape l'avoit défendu, et que „ c'étoit un livre *impio e scelerato.*" Sed magna, ut rerum, sic ingeniorum facta est mutatio. Quae notavit olim ad Photium A. Schottus,

tus, homo quidem doctus, sed Jesuita, nempe „ Eunapii Chronicorum libros, ob maledicen„ tiam in Christianam religionem, divina qua„ dam providentia intercidisse," hodie scribere nollet; nam opiniones id genus adeo sunt propalam absurdae atque ineptae, ut ne a Jesuita quidem hac qua vivimus aetate defendi possint. Nihil causae nunc esse potest cur, si quid acerbius styloque atrociori in ecclesiasticos saeculi quarti homines scripserit Eunapius, id etiamnum supprimatur. Atque si Maius, quem Mercurius fortunare solet, e Vaticanae adytis, in quibus tot egregia volumina latent, situque et tineis exesa dispereunt, Eunapiana Chronica eruerit, plaudet vel ipsum S. R. E. C.; plaudet quisquis est eruditior; nec erit impietatis crimine editor absolvendus, quem nemo reum ciebit; imo laudabitur ab omnibus; ei omnes gratulabuntur. Patimanae traditioni similem H. Junii aetate famam percrebuisse ejus ostendit Praefatio, scilicet, in Veneta bibliotheca hoc monumentum asservari. Quod, ex Junii forsitan loco, tradidit quoque Vossius de Hist. Gr., haec insuper addens, quae viro praestantissimo non excidisse malim: „ eo au„ tem aequiore animo istis (Eunapii Chronicis) „ caremus, quod Zosimum habeamus." Quis autem scriptorem ipsum integrum, vel lecto bre-

viatore, non desideret? Leunclavius quidem H. Stephano scripsit Eunapii Historias nusquam, ne in Italia quidem, exstare. Sed neganti Leunclavio non statim crediderim. Forulos igitur arculasque perscrutetur omnes, codices opicos et charteo pulvere sordidos excutiat doctissimus Morellii successor. Et ad quaerendum quoque se accingat Neapolitanus amicus meus, optimus Avellinius. Nam ex titulo regii codicis Neapolitani nescio quid faustae praesagitionis menti est injecta. Perreptet per regiam bibliothecam; pervestiget sedulo Graecos codices, quos Augustiniensibus *ad Carbonariam* (ne illaudato deterreatur isto cognomine) bonus olim Cardinalis Seripandus moriens legavit. Holstenium quidem Peirescio scribere (1) memini hunc thesaurum monachos „ draconum instar occupare; " sed nunc puto mansuetiores esse factos; et dracones id genus, quibus jam nec ungues sunt nec dentes, Avellinium a thesauro ipsis inutili non arcebunt. Nec omittendum est, quod ex epistola Steph. Gerlachii ad Crusium, cujus vide Turcogr. p. 499, didici, Constantinopoli *extantes*, tunc quum scriberet, esse, scilicet circa annum 1576, multos Graecorum manuscriptos Codices, quos

(1) Pag. 152. edit. Paris. Epist. Holsten.

quos inter fuerunt, „ historicus Laonicus Chal„ condyles, Michael Glyces, ἀγάθιος, εὐνά„ πιος." Legendum esse Ἀγαθίας, quod scripsit Fabricius Bibl. Gr. T. VIII. p. *97*, 4. manifestum est. Genitivum enim ἀγαθίου in codicis fronte invenit Gerlachius, unde properantius exsculpsit nominativum ἀγάθιος. Eunapianae autem Historiae codicem, non Vitarum, Gerlachium vidisse et significare voluisse inde colligo, quod illum historicorum Laonici, Glycae, Agathiae, voluminibus adjecerit. Ex disputatis igitur patet nondum omnem recuperandi operis utilissimi spem decollavisse, atque in Bibliothecis *Italiae* ac Graeciae quaerendum a literatis hominibus esse, qui illas regiones incolunt vel invisunt.

H. JUNII PRAEFATIO

(*ante versionem.*)

AD CANDIDUM LECTOREM INTERPRES.

Ex anteactis exemplis petendam esse saluberrimam atque optimam doctrinam Cyrus Xenophonticus, jam morti vicinus, liberos suos admonuit (1). Ea vero non aliunde quam ex historia, quam recte vitae magistram et veritatis animam quidam dixere (2), sincerius depromi possunt, ubi cum singularium personarum res et facta, tum universalia ob oculos, ceu in speculo, proposita leguntur. Huic labori totus addictus, dum historiam patriae pertexo (3) ad prae-

(1) Xen. Cyrop. VIII. 7.

(2) Cicer. de Orat. II. 9.

(3) Historiae patriae conscribendae provinciam publica auctoritate Junius susceperat; sed morte praeventus fuit, quum tantum *Bataviam*, operi futuro prolegomena, edidisset. Cf. Bruyn. Vit. H. Junii in Misc. Observ. Nov. T. XII. p. 423.

praesentis aevi et posteritatis institutionem, Eunapium, Graecum scriptorem, e tenebris erutum, per otium (4) vertendum suscepi primus, tametsi mutilum locis plerisque et maculosum, et quo nihil obscurius sit ob concisam dicendi, et saeculi illius genio peculiarem, phrasim; eodem tamen pellacius nihil (5), quando altiorem quamdam doctrinae sirenem mentibus instillat, et rerum aliis scriptoribus omissarum aut etiam ignoratarum cognitionem tradit. Proinde etiam sententias (6), quam filum ductumque verborum, magis exprimere atque appendere auribus placuit, quam jejune nimis easdem radere.

(4) „ Eunapium Sardianum subcisivis operis in Latinam linguam e Graeca transfundere aggredior." Junii Epistol. p. 291. cf. p. 272.

(5) „ Eunapius peculiari quadam phrasi et brevitate tenebricosa ac subtilitate quiddam habet immutabile, ut mihi videtur; alioqui nitore verborum ex adagiorum raritate atque elegantia illustris. Itaque nec potest nec debet levi quodam brachio, quo vitio Germania laborat, percurri, sed accurata dicendi ratione exprimi. Igitur si plusculum illi temporis detur, inter beneficia referendum puto." Junius in Epist. ad Sambuc. qui editionem urgebat, p. 273. Cf. Eunap. Vita a Junio scripta.

(6) Calami lapsum, *sententiam*, correxi, ob *easdem* quod sequitur.

re (7). Quod autem in monachos, in quorum asceteriis Religionis Christianae fundamenta, temporibus Constantini Magni, jaciebantur et tradebantur quoque, acerbius paulo invehatur, quis in pagano et Fidei veritatisque hoste non ferat? quando et Porphyrium Christianismi perduellem, Lucianum obstinatum Servatoris nostri irrisorem (8), et Julianum Parabatem, Galilaeorum (ita Christum professos vocabat) persecutorem, atque exterminatorem si diuturnior obtigisset vita, toleremus, legamus, circumferamus, et manibus nocturni diurnique teramus. Itaque dictatam a communi nominis Christiani hoste injuriam pro non dicta boni omnes habebunt, despuent, pensique non facient, imo ludibrium in gloriam potius suam convertent. Vale et fruere.

H.

(7) Operam in Eunapio positam doctis hominibus non probavit, „Dans la seule version du petit livre d'Eunapius, il se trouve un millier de fautes," Bajuletus (*Jugemens* T. 2. p. 403.) ait post Huetium. Cf. Tesser. ad Thuani Elogia; Bruyn l. l. p. 423; Fabric. Bibl. Gr. l. infra adposito; Tillemont Hist. Imp. T. V. p. 758. Humanius de interprete sensisse videtur G. Canter. Nov. Lect. VIII. 17. Atque ipse Tillemont p. 418. errantes a sensu ob sententiarum obscuritatem excusat.

(8) Lucianus in libello de Peregrini morte c. 13. Christum vocat τὸν ἀνεσκολοπισμένον ἐκεῖνον σοφιστήν.

H. JUNII PRAEFATIO

(*ante castigationes.*)

Joannes Sambucus Pannonius, praeclarus antiquitatis observator pariter et investigator, nec aeris nec laboris ea in re parcus, quique benignissime impertiri et communicare suas delitias ac curas cum aliis consuevit, vir alioqui ut scriptis, ita et generis antiquitate e municipio Panoniae haud obscuro profecta (1) celebris, ante biennium mihi candide utendum misit Eunapii Sardiani exemplar, primusque auctor fuit, eum ut scriptorem Latio donandum susciperem: quam operam certe non abnui, quod speraram librum, uti erat scitule a scriba pictus, molestiae minus interpreti allaturum. Sed ubi altius descendi, quanto, Dii immortales! laboris plus in recessu dedit

(1) Recalcitravisse opinor Sambucum, virum optimum et modestae frontis, quum publicis se videret mactatum tantisque laudibus, qui, accepta a Junio epistola plena encomiis eaque privata, respondit (p. 620. coll. p. 273.): „*Sambucum* amare pergito; sed minus laudato."

dedit quam primore fronte promittebat! Illud namque beneficio, uti praeferebat, Farnesii Cardinalis, qui instructissimam libris veteribus bibliothecam habere dicitur, descriptum atque expressum, ita multis lacunis hiulcum et infinitis iisque portentosis mendis sic refertum fuit, ut Paeoniae manus ope in persanandis Chironiis plagis esse opus mihi videretur. Quo factum est ut prope deplorata spe omni saepe abjecerim vertendi consilium. Accedebant eodem variae occupationes institutum mature abrupturae, nisi, confirmato animo erectior, durandum esse et laborioso negotio opponendum, clavamque difficultatis a me ipso extorquendam censuissem. Itaque hariolorum more divinare, conjecturam in partes ducere, supplere, sed magna cum religione, institi; nonnunquam etiam, sed semel atque iterum, transilire perfunctorie malui, quam aliena, hoc est, mea, infercire. Quod si Florentini exemplaris, quod, ex una Porphyrii Vita ibidem impressa, correctius locupletiusque judico (2), copia nobis fieret, sperarem τὰς δευτέ-

(2) Et in Epist. ad Sambuc. Junius p. 272. „ Majus „ opus restat in Eunapio, quem vitiosissime descriptum, „ et, ut ex collatione Vitae Porphyrii deprehendi, alicubi „ mutilatum, nosse potuisti." Innuit editionem Eunapianae

τέρας Φροντίδας ἀμείνονας fore. Equidem quod in me fuit praestiti, ut elegantem scriptorem, nusquam hactenus publici juris factum, quam possem fidelissime redderem Latinum, eumdemque sua lingua loquentem in studiosorum manus eadem opera emitterem, fide, qua obstrictus Sambuco tenebar, exolutus, licet serius quam in utriusque votis fuit. Vale.

nae hujus Vitae Porphyrio de Abstin. subjectam a Victorio anno 1548. Jam anno 1547. Latinam hujus vitae versionem, cum eodem Porphyrii opere eoque Latine reddito, vulgaverat Felicianus. Textum Eunapii Victorianum Felicianique Latina repetivit Rhoerius in sua Porphyrii editione; qua quum uterer unica, nec has editoris Graeci textus et interpretis Latini partes satis nitide, legenti quidem cursim, distinxerit Rhoerius, inde factum est ut in Adnotatione Feliciani lectiones vocaverim quae sunt Victorii. Nec satis diligens fuit, qui non exhibuerit lacunam Victoriani textus inter ἀπόμενος et ἢ τόν (cf. Adnot. p. 160.), sed sententiam uno tenore plenam descripserit.

H. COMMELINUS

JACOBO MONAVIO (1) VIRO NOBILI

S. P. D.

Cum forte in Ser. Principis nostri Bibliotheca duo sese mihi Eunapii de Philosophorum ac Sophistarum Vitis manuscripta exemplaria Graeca obtulissent, vir praestantissime, memorque essem non paucas in eo, quem e Sambuci V. C. bibliotheca Hadr. Junius Latinum fecerat, lacunas apparere; rem non ingratam Graecarum litterarum studiosis facturam me existimavi, si Eunapio ita misere affecto opis aliquid afferrem. Id autem, lectis obiter Iunii annotationibus opera nostra praestari posse, spes me non parva tenebat, quod unico, eoque mutilo, nec optimae notae, libro ipsum usum esse animadverterem. Quam enim lubricum et parum tutum sit uni et, ut plurimum, indocto credere scribae, norunt docti, qui in eruendis vulgandisque Veterum

(1) Vide Sax. Onom. T. IV. p. 24.

rum scriptis operae aliquid posuerunt. Collatis itaque Palatinis duobus cum editione Iunii, quae tuto potuere, correxi, supplevi; quin et, corollarii loco, e magno illo περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς volumine A. Schotti, viri de Rep. Litteraria optime meriti, Fragmenta quaedam e libris Historiarum Eunapii descripsi unaque typis mandavi. Quicquid autem in hunc auctorem impendi laboris, id tibi, et amico veteri et adprime docto, D. D. volui, ut aliquod extaret amicitiae nostrae, quam mirifice semper coluisti, monimentum, tibi, ut spero minime ingratum. Δῶρον μὲν γ' ὀλίγον, fateor; πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ πὰρ φίλων, inquit vates Syracusanus (2). Vale.

(2) Theocrit. Id. XXVIII. 25. ubi: Δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ· πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ πὰρ φίλων. Metrum labat in ξὺν ὀλίγῳ. Videtur e parodia Commelinus voluisse δ. ξύν γ' ὀλίγῳ. Utique γε praetulerim τῷ τε alibi proposito. Forte pronunciatione syllaba producebatur, ut efferrent quasi esset ξὺνν ὀλίγῳ.

EU.

EUNAPII VITA

E SCRIPTIS POTISSIMUM IPSIUS A IUNIO COLLECTA,

(*indicatis nunc fontibus*).

Eunapius, Sardibus Lydiae regia oriundus fuit [*Phot. Bibl. Cod.* 77.], Chrysanthii Sophistae, et per Lydiam sacrorum antistitis [*p.* 111.], affinis sui (is enim consobrinam Eunapii uxorem [*p.* 56.] duxerat, Melitam nomine), a puero auditor [*p.* 107.], cujus impulsu [*ibid.*] in commentarium retulit Philosophorum aliquot et Professorum Medicorumque vitas, praeceptoris sui auctoritatem nolens defugere. Trajecit ex Asia Athenas, ut animum doctrina expleret, decimum sextum aetatis annum agens [*p.* 74, 92.], quo tempore crispum ac densum fuisse sibi capillitium commemorat [*p.* 74.], crebris interlucentibus canis albicans, ad modum spumantis maris, argenti candorem imitans. In eo trajectu febre vehementi correptus fuit [*ibid.*], e maris tra-

trajectione, ut verisimile est, orta, quae vires adolescentis brevi ita dejecit ac profligavit, ut, pedibus officium suum haud facientibus, manibus popularium suorum, quos itineris socios habuerat, exceptus, e Piraeo, Athenarum portu, in urbem deportatus fuerit ad Proaeresii, cujus viri eum fama exciverat, aedes, ubi, invalescente morbi saevitia, ad extremum, re paene desperata, Aeschines quidam, Chius patria, ex eo hominum numero atque ordine qui experimenta per mortes agunt, diducto ferramentis quibusdam adolescentis ore, medicamentum infudit, quo copiose alvus descendit, et paulatim aeger respirare coepit [*p*. 76.]; quae omnia, ignorante Proaeresio actitata, felicius, quam sperabatur, cessere. Quamvis, patefacta mox et increbrescente valetudinis restitutae fama, cognitum magnae spei adolescentem publice in celebri auditorio laudarit [*p*. 77.] Proaeresius, et legitimi filii loco habuerit charum, dum vixit [*p*. 92.], quemadmodum ille vicissim hunc admiratione virtutis summaeque eruditionis maximi semper fecit, ac tantum non pro deo coluit [*p*. 74]. Adolescentiam ingressum se ait alicubi [*p*. 58.], quo anno, extincto in Parthica expeditione Iuliano Imp., Valens et Valentinianus Imperii habenas rexere. Quinto demum post-

quam

quam Athenas venerat anno, iter in Aegyptum [*p.* 92.], Platonis et Eudoxi exemplo, parantem, prohibitum atque in Lydiam parentum imperio revocatum et redire coactum intellexisse mihi videor. Medicae artis non obscure peritus, vel ipsius testimonio [*p.* 119.]; adeo ut etiam primum locum in eo ordine tenuerit, dum seni Chrysanthio vena incideretur [*ibid.*], antea quam Oribasius, medicae artis fama illustris, ad eum evocatus accederet [*p.* 120.]. Scripsit et Chronologiam, sive Annales, quo opere Caesarum historiam ab Herodiani usque temporibus exorsus ad sua pertexuit (1); quod intelligo in Veneta Bibliotheca monumentum asservari (2). Gloriae, ut apparet, modicus fuit, quippe qui nunquam se nominet, contentus se ipsum commentarii hujusce scriptorem vocitare (3). Gentilium sectae addictior fuit, Christianis infestus; id quod, veluti sorex suo manifestus indicio, passim prodit; praesertim ubi Constantinum Imp. sugillat [*p.* 20.], ob eversa toto orbe nobilia Deorum fana et erecta Christianorum domicilia; rursus, ubi deplorat [*p.* 45.] a dirutis Deorum

tem-

(1) Cf. Photius infra inter Testimonia.
(2) Cf. Praef. Editoris sub finem.
(3) Cf. Adnotat. p. 130.

templis monachos in sacra loca introductos, ac Martyrum divorumque salita, uti nugatur (4), capita pro diis ostentui haberi ac coli. Videtur et arcanis Eleusiniarum Dearum Mysteriis, silentii religione claris, initiatus fuisse, atque ab antistite loci, cujus nomen maluit [p. 52.] silentio praeterire quam per nefas prodere, in album Eumolpidarum relatus, imo antistitis (hierophantam appellabant) munus ipsum obiisse, tametsi indigena non esset, praeter Eumolpi legem qua id vetabatur. Dicendi genus non Asiaticum, quod redundante verborum copia luxuriat, sed nitidum et picturatum, Sophistarum genti tunc peculiare, videtur secutus, quod res non adumbrat, sed vivis potius coloribus exprimit, atque ita ob oculos exponit, ut coram cernere videaris, concisius tamen. Adde quod et flosculos eruditos undecunque e poëtis et philosophis delibat, orationique, ceu stellas, aspergit. Porro quod ad Epigraphen attinet, Sophistarum nomine, quod ingenti flagravit invidia, censentur viri quavis in arte, praesertim oratoria, egregie docti, qui publicae professionis

(4) Nugatur ipse Junius, qui Eunapii verba male cepit: cf. Not. p. 277, et quae monui in Praefatione.

nis molem sustinere cum laude poterant, cujusmodi ferme nunc magisterii titulo et honore clari vocantur; ut *Philosophi* sint, quos *Sapientiae doctores* Tacitus (5), *Professores* Fabius (6) nuncupat; *Sophistae* vero, liberalium artium aut alioqui magni nominis professores.

(5) Ann. XIV, 16. Hist. IV, 5.
(6) Instit. I. Prooem.

DE

DE EUNAPIO.

Fabricius Bibliotheca Graeca T. VII. p. 536. *edit. Harles.*

Dexippi Herennii Historiam continuavit Eunapius Sardianus Lydus, teste Photio cod. 77, et 14. libris produxit a Claudio II. usque ad sua tempora, sive Honorii et Arcadii Imperium. *Duas* illius operis paravit *editiones*, et, licet in utraque Christianis Imperatoribus iniquior, Julianum, utpote ethnicus, miris laudibus extulit, in νέᾳ tamen ἐκδόσει, sive posteriore editione, plurima in Christianos convicia et blasphemias rescidit. Eunapii Historiam exscripsit Zosimus (1). Respicit eamdem, Eunapium laudans plu-

(1) Photius Cod. IIC. de Zosimo. Vossius de Hist. Gr. II. 18. „ex Historia Eunapii solum de Legationibus „fragmentum beneficio Andr. Schotti lucem vidit. Reli„qua exstare dicuntur in Bibl. Veneta. Eo autem ae„quiore animo istis caremus, quod Zosimum habeamus." Quod in Bibl. Veneta exstare reliqua Eunapii Hist. dicuntur a Vossio, incerta fide tradi videtur, et jam pridem Io.

pluribus locis, Suidas, atque Χρονογραφιαν vocat in Ῥευφῖνος. Meminit et Eunapius ipse, et lectores ad illud opus ablegat non uno in loco in *Sophistarum* Vitis (2), quae adhuc exstant. Has ex Mss. Mediceo, Barberino, Remensi, qui olim fuit Principis Lotharingii, et Regio Paris., duobusque Mediolanensibus, emendatas, quorum varias lectiones ex auctione Gudiana nactus sum, jam pridem dare institui cum nova versione mea et notis usus etiam observationibus Is. Casauboni, atque variis lectionibus e cod. Bodleiano, quas benevole mecum communicavit Hudsonus (3). Praeter codd. Vaticanum,

Leunclavius in Epist. ad H. Stephanum scripsit in Centuria Epist. Philolog. Goldasti p. 305. „ Eunapii fuere libri „ XIV. qui nusquam exstant, ne quidem in Italia...." FABR. Cf. Reitemeieri Disq. in Zosim. p. XVI. HARL. Vide supra Eunapii Vitam a Junio scriptam, et quae monui in Praefat.

(2) Ex. gr. p. 45, 52, 63, 67, 77, 92, etc. Cf. Jonsii Hist. Philos. III. 17. 4.

(3) Tria ejus editionis folia usque ad p. 48. typis exscripta sunt in 8vo; sed (ut Reimarus in Vita Fabr. p. 209. tradidit) typographo moras nectente, quarum vel maxime impatiens erat vir excitati ingenii, editionem abrupit. Add. I. Christ. Wolfii Ep. ad La Croze in Thes. Epist. La Croz. II. p. 105. et p. 133. ubi respondet sea Crozio accepisse notas Rigaltii in Eunapium et Fabricio tradidisse. Fabricianae Sche-

num, Venetosque (4) Gesnero memoratos, comperi etiam exstare Mss. Neapoli in Bibl. Patrum

Schedae pervenerunt in manum et potestatem generi, Reimari, qui eas commisit Carpzovio, novam Eunapii editionem quam plurimis abhinc annis molienti, et Specimen illius eruditum, quod mire movit salivam viris doctis, danti in progr. inscripto, *Specimen Eunapii edendi ῥῆσις ex Aedesio de Sosipatra Lips.* 1748. 4. Hucusque vir Cel. frustratus est spem virorum doctorum, atque, quum illum propter senectutem vix ultimam operi admoturum esse manum facile sit credendum, saltem ut alii viro docto et huic negotio perficiendo apto lampadem suaque collectanea tradat, et Eunapius tandem e carcere mittatur, quilibet rei peritus mecum optabit. HARLES. Adponam Hasii verba e Catalogo codd. Italorum, quo jam supra in Praefat. usus sum: „Iniquius fuit nostra aetate Eunapii fatum, quod omnes, „quotcumque ejus editionem adornare vellent, consilium „suum exsequi non potuere. Recudendum dare instituerat Io. Alb. Fabricius, nec tamen opus absolvit. Hoc „mortuo, schedae ejus ad Reimarum generum pervenerunt, qui ipsas magno meo avunculo seu aviae meae „fratri, Io. Ben. Carpzovio, viro optimo ac sancto, „commisit de nova Eunapii editione jam pridem cogitanti. „Sed Carpzovius etiam Helmstadii, quod est apud Bructeros in Saxonia Inferiori oppidum, abhinc tres annos „[1803.] excessit e vita, multis negotiis, tum summa „senectute impeditus, quo minus auctorem suum absolveret. Lucubrationes ejus, ut nuper mihi ex Germania „scriptum fuit, cum Cl. Morgensternio, Dorpatum evocato, in Russiam abierunt; verum quo tempore a viro, „in

trum Augustinianorum in coenobio S. Iohannis de Carbonaria. Prodierunt primum Graece e *Io. Sambuci* Pannonii Tirnaviensis bibliotheca, et cod. mutilo nec optimae notae (5), typis nitidis Antwerp. ex offic. Christ. Plantini 1568. 8., subjectis ad calcem castigationibus *H. Junii* Hornani, cujus deinde Latina, at justo liberior, versio vidit lucem ibid. 1572. 8. (6). Ab eo tempore *Hier. Commelinus* Eunapium ex duobus Mss. Palatinis emendavit et supplevit, ediditque Gr. et Lat., adjuncta Junii, licet vitiosa et a Graecis passim dissidente, versione, Heid.

„ in omni judicio elegantissimo, digestae atque auctae in „ lucem prodituræ sint ignoro." Apparatum Fabricianum ex auctione bibliothecae Carpzovianae emere se sibi voluisse Wyttenbachius ait Annot. p. 5; sed Morgensternium, quem „ elegantis ingenii eruditionisque virum" vocat, emtorem fuisse feliciorem.

(4) Unum tantum Venetiis codicem esse puto. Unius saltem a Morellio collati lectiones habui, qui duorum misisset varietatem, si duo fuissent.

(5) Codex fuit Farnesianus: cf. Junii Praefat. supra.

(6) Errat Fabricius. Nam versio Junii seorsim quidem, sed anno 1568, prodiit, et ita ut a Graecis non apte potuerit divelli, quippe cujus hic est titulus: „ Eunapius .... nunc primum *Graece et Lat. editus*, ... „ cum indice et *Graeci exemplaris castigatione*." Quae *castigatio* ad calcem Graecorum reperitur.

Heid. 1596. 8. Editio Commeliniana recusa est mendis cumulata, Col. Allobr. sive Genevae 1616. 8.; atque *Excerpta de Legationibus* ex Historia Eunapiana Graece subjuncta habet ex eodem (7) Schotti codice. Ex his constat Eunapium, rhetorem, a Lydis missum esse ad Julianum Imperatorem p. 17 seq. ed. Paris. [Lupar. p. 468 meae], et quum legatione cum magno successu functus esset, jussum a Juliano caussam agere adversus potentem adversarium, idque fecisse cum laude et judicibus persuasisse. Diversus hic videtur a Nostro et aetate prior, idemque forte cum Eunapio, τῷ ἐκ Φρυγίας rhetore, cujus meminit Suidas in Μουσώνιος (8). De

(7) *Ex eodem*, unde nempe Dexippi, Petri, aliorum Legationes ediderat Hoeschelius. Cf. supra Praef. Editoris. Nec hic accurata satis est Fabriciana Notitia. Nam haec *Excerpta de Legationibus* subjuncta habet Commeliniana quoque anni 1596, non Genevensis tantum.

(8) Hanc Fabricii conjecturam *Ric. Mounteney* in Observ. in Comm. vulgo Ulpianeos praefixis ejus editioni Demosthenis Select. Oratt. p. XVIII. non solum vehementer probat, sed etiam certissimam et verissimam esse demonstraturum se prope confidit ex ipso Eunapio in Vita Proaeresii sub finem. etc. etc. HARLES. Et ipse Fabricii conjecturam amplexus sum p. 468, laudato non *Mounteneyo*, sed *Chapmanno*, a quo acceptas de Ulpiano Observationes Mounteneyus edidit. Cf. et p. 497.

De Nostro videndus prae ceteris *Hanckius* lib. II. de Roman. rer. Scriptor. c. 9. et *Jonsius* III. de script. Hist. Philos. c. 17. Cui in hoc uno non adsentior, quod scribit eum vicesimo aetatis anno demum gentili religione imbutum, sive ex Christiano ethnicum factum esse, idque Eunapium ipsum testari in Aedesio. En tibi ejus verba p. 34. [Genev.; p. 20. meae.] *ὁ γοῦν ταῦτα γράφων, ἐκ παιδὸς ἀκροατὴς Χρυσανθίου γενόμενος, μόλις εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἠξιοῦτο τῶν ἀληθεστέρων, οὕτω μέγα τι χρῆμα εἰς ἡμᾶς τῆς Ἰαμβλίχου φιλοσοφίας διετάθη καὶ συμπαρέτεινε τῷ χρόνῳ.* Sane Chrysanthius ille, qui a teneris Eunapium imbuit, et consobrinam ejus, Meliten, habuit uxorem, ethnicus fuit, non Christianus. Igitur et Eunapius ubique Christianismi hostem professus, non vicesimo anno primum ethnica superstitione imbutus, sed tunc initiatus demum est arcanioribus mysteriis philosophiae et theurgiae, quae paullo ante dixerat prae Constantini Imp. metu jam coepisse diutius occuli atque pertinaciore silentio involvi (9). Atque hunc

(9) Hinc in Eunapio credulitatem anilem notat Huëtius Dem. Ev. Propos. IX. c. 147. §. 5; ibidemque §. 1. eum vocat hominem superstitionibus ad delirium usque deditum. Tum Eunapium in Vitis Soph. mala fide agere observat Neu-

hunc esse verborum Eunapii sensum, et per ἀληθέστερα illa intelligi mysteria philosophiae sublimioris, perspicue patet ex illis quae de Jamblicho subjungit (10). Matutinas horas aliis arte rhetorica imbuendis per aliquod temporis collocasse se refert ipse in Chrysanthio p. 153. [Genev.; p. 114. meae]. Medicae quoque artis peritus fuit, ut in eodem Chrysanthio scribit p. 159. [p. 119]. Atque ab Oribasio medico, Tetrabiblum ei suam (11), quae etiamnum Latine ex Jo. B. Rasarii versione exstat, inscribente, λογιώτατος adpellatur. Cf. Photium cod. 219.

Naudaeus Lib de Magiae Suspectis c. 12. §. 10 et c. 13. §. 10. HEUMANN. Adde quos laudavi in Introd. in Hist. L. Gr. p. 346. HARLES.

(10) Fabricianam interpretationem secutus sum p. 204, ubi pro *Hanckium* repone *Junium*.

(11) Vid. *Montfaucon Bibl. Coisl.* p. 248 fin. HARLES. Cf. *supra* Photii locum.



VETERUM TESTIMONIA.

Ex Photii Bibliotheca Cod. LXXVII.

Εὐναπίου Χρονικῆς Ἱστορίας τῆς μετὰ Δέξιππον λόγοι ις´ (1).

Ἀνεγνώσθη Εὐναπίου Χρονικῆς Ἱστορίας τῆς μετὰ Δέξιππον νέας ἐκδόσεως ἐν βιβλίοις τεσσαρακαίδεκα. Ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κλαυδίου βασιλείας ἐς ὃν Δεξίππου ἡ ἱστορία καταλήγει, ἀποτελευτᾷ δὲ εἰς τὴν Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου, τῶν Θεοδοσίου παίδων, βασιλείαν· ἐκεῖνον τὸν χρόνον τέλος τῆς ἱστορίας ποιησάμενος, ὃν Ἀρσάκιος μὲν, τοῦ χρυσοῦ τῆς ἐκκλησίας στόματος Ἰωάννου ἀπελαθέντος, εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνηγμένος ἱεράτευεν, ἡ δὲ τοῦ βασιλεύοντος Ἀρκαδίου γυνὴ, κατὰ γαστρὸς ἔχουσα καὶ

(1) Sic edit. Schotti. Mox dicuntur esse βιβλία ιδ´. In alterutro peccatum est. Meminerit lector in titulo codicis Neapolitani, de quo supra in Praef., Eunapii libros ἑπτακαίδεκα memorari.

καὶ ἀμβλώσασα, τὸν βίον ἀπέλιπεν. Οὗτος ὁ Εὐνάπιος Σαρδιανὸς μὲν γένος ἐστί (τὰς γὰρ ἐν Λυδίᾳ Σάρδεις ἔσχε πατρίδα), δυσσεβὴς δὲ τὴν θρησκείαν ὢν (τὰ Ἑλλήνων γὰρ ἐτίμα), τοὺς μὲν εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσαντας παντὶ τρόπῳ καὶ ἀνέδην κακίζων διασύρει, καὶ μάλιστά γε τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, ἐξαίρει δὲ τοὺς δυσσεβεῖς, καὶ τῶν ἄλλων πλέον Ἰουλιανὸν τὸν παραβάτην, καὶ σχεδόν τι τὸ τῆς ἱστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἐκείνου ἐγκώμιον συντεθὲν ἐξεπονήθη. Ἔστι δὲ καλλιεπὴς τὴν φράσιν, εἰ περιέλοι τις αὐτοῦ τῶν λόγων τὸ „ἀλεκτρυονῶδες," καὶ „ἐλαφωδέστερον," καὶ „συωδέστερον" (2), καὶ δὴ καὶ „τοὺς ἱερακώδεις," καὶ „κορακώδεις," καὶ „πιθηκώδεις," καὶ „τὸ ποταμῶδες δάκρυον," καὶ τὰ ὅμοια (3). Τούτοις γὰρ καὶ τὴν ἄλλην τῶν ὀνομάτων περιλυμαίνεται καὶ διανοθεύει εὐγένειαν. Καὶ τροπαῖς (4) μὲν κέχρηται παραβόλως, ὅπερ ὁ τῆς ἱστορίας οὐ θέλει νόμος, ἀφαιρεῖ-

(2) Cf. notata ad Fragm. p. 541.

(3) Ibid. hanc metaphoram illustravi. Inepta Theodoretus exaggeratione H. E. IV. 22. p. 183 B. ποταμὸς ἐκ δακρύων σχεδὸν καλύπτων πλημμύρᾳ τὴν θάλατταν τοῖς ἅπασιν ἄφνω προσεγένετο.

(4) Photius de Zosimo Cod. 98. ταῖς τροπαῖς, εἰ μὴ σπάνιον, οὐ κεχρημένος. Male Reitemeier. scripsit τοῖς τρόποις.

ρεῖται δὲ τὸ λυποῦν ἡ τῆς λέξεως ἔμφασις τὰ πολλὰ καὶ ἀστειότης. Τῇ συνθήκῃ δὲ καὶ τῷ σαφεῖ πρὸς ἱστορίαν καὶ ταῖς περιόδοις συμμέτρως καὶ οἰκείως ἔχει, πλὴν ἐνιαχοῦ δικανικώτερον μᾶλλον ἢ ἱστορικώτερον μεστοῖ καὶ περιβάλλει τὸν λόγον. Νεωτερίζει δ' οὐκ ὀλίγα καὶ περὶ τὰς συντάξεις, πλὴν οὐκ εἰς τὸ ἄχαρι οὐδ' εἰς τὸ ταῖς περιόδοις (5) λαβὴν ἐπιδοῦναι. Δύο δὲ πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας ἱστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν. Καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως κατασπείρει βλασφημίαν καὶ τὴν ἑλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαπτόμενος· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἣν καὶ νέαν ἔκδοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν, ἣν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐσκέδαζεν, ὑποτέμνεται, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα συνείρας, νέαν ἔκδοσιν, ὡς ἔφημεν, ἐπιγράφει, ἔτι πολλὰ τῆς ἐκεῖσε λύσσης ὑποφαίνουσαν. Ἀμφοῖν δὲ ταῖς ἐκδόσεσιν ἐν παλαιοῖς ἐνετύχομεν βιβλίοις, ἰδίως ἑκατέραν ἐν ἑτέρῳ τεύχει καὶ ἑτέρῳ συντεταγμένην· ἐξ ὧν αὐτῶν καὶ τὴν διαφορὰν ἀναλεξάμενοι ἔγνωμεν. Συμβαίνει οὖν ἐν τῇ νέᾳ ἐκδόσει πολλὰ τῶν χωρίων διὰ τὰς γεγενημένας τῶν ῥητῶν περικοπὰς ἀσα-

(5) Cod. μεθόδοις. Forte, περ. βλάβην.

ἀσαφῶς ἐκκεῖσθαι, καί τοι φροντιστής ἐστι τοῦ σαφοῦς, ἀλλ', ὅτῳ τρόπῳ λέγειν οὐκ ἔχω, μὴ καλῶς κατὰ τὰς περικοπὰς ἁρμόσας τοὺς λόγους ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει. Τὸν γὰρ νοῦν ἐκλαμβάνεται (6) τῶν ἀναγινωσκομένων. Ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

Suidas in Κωνσταντῖνος.

Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας, βασιλεύς· περὶ οὗ γράφει Εὐνάπιος φληνάφους, καὶ παρῆκα αὐτοὺς αἰδοῖ τοῦ ἀνδρός.

Suidas in Ῥουφῖνος.

Τὰ δὲ πολλὰ κατὰ Ῥουφίνου εὕροις ἂν ἐν τῇ τοῦ Σαρδιανοῦ Εὐναπίου Χρονογραφίᾳ.

Photius Biblioth. Cod. CCXIX.

Καὶ τὸν Εὐνάπιον ὑποβάλλει (1) ὃν καὶ λογιώτατον ὑμνεῖ, αἴτιον αὐτῷ τοῦ συντάγματος γεγενημένον . . . . Ἔστι μὲν οὖν ἡ πρὸς Εὐνάπιον αὐτῷ συντεταγμένη σπουδὴ σχεδὸν ἡ αὐτὴ τῇ γεγραμμένῃ πρὸς τὸν υἱόν κ. τ. λ.

NO-

(6) Ad marg. ἐκλυμαίνεται.

(1) Nempe Ὀριβάσιος. Agit Photius de libro quem Oribasius Medicus Eunapio inscripserat.

NOVA ADDENDA
ET
CORRIGENDA.

Pag. 1. ὁ γοῦν μέγας Ἀλέξ.] „ Statim prima pa-
„ gina desidero aliquid: ὁ γοῦν — ἀναγράφειν.
„ Quem locum quomodo tu reddideris velim sci-
„ re:" verba sunt H. Junii in Epist. ad Sambuc. p. 272. Inde patet Wyttenbachium Annot. p. 8. extr. in Junium paulo iniquiorem fuisse, quum haec scriberet: „ mirabile dictu, ut Ju-
„ nius, *nil de lacuna suspicans simpliciter red-*
„ *diderit.*"

Pag. 6, 19. Distingue, ut est in notis p. 150. distinctum: ἢ τὸν πλεῖστον τούτου. Πλωτίνου . . .

P. 4. ἔργα καὶ πράξεις] Verior foret verborum ordo, πράξεις καὶ ἔργα: nam, ut ait Wyttenbachius ad Jul. p. 4 C., „ actiones, αἱ πράξεις, „ proferunt nonnunquam ἔργα, opera." Et Corayus ad Isocr. p. 220 utiliter notavit ex Platone, πρᾶξιν nullum ex sese ἔργον visibile relinquere, ex ποιήσει vero ἔργον nasci quod possit videri. Reiskius autem ad Dion. Chrys. or. XVIII. p. 475. πράξεις deducit ab ἔργοις, verbis non satis accurate perpensis et definitis. Caeterum πράξεις καὶ ἔργα saepissime juncta legere est, nec ubique urgenda distinctio subtilior, nec argutiae quaerendae. Nam Graeci scriptores voces fere synonymas consociare amant, tautologiae et pleonasmorum studiosissimi, quod infra fuse declarabo. Nunc Eunapii tantum ἔργα καὶ πράξεις similibus adstruam. Plato Menex. 3. καθ᾽ ἑκάστην γὰρ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἡλικιῶν, πρὸς ἕκαστον ἑκάστῳ ἡμῶν ἡ ἀρετή ἐστι. Isocrates ad Phil. 47. σὲ τυγχάνω τῷ λόγῳ παρακαλῶν ἐπὶ τοιαύτας πράξεις ἃς ἐπὶ τῶν ἔργων οἱ πρόγονοί σου φαίνονται μάλιστα προκρίναντες: Scripsi μάλιστα, suadente

Co-

Cotsyo, pro κάλλιςα. Idem Pan. 15. θαυμαζόμενοι δὲ καὶ διὰ τὰς ἄλλας πράξεις, ἐκ τούτων τῶν ἔργων ἔτι μᾶλλον εὐδοκίμησαν. Lucianus Somn. 10. πολλὰ ἐπιδείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα καὶ πράξεις θαυμαςάς. Plutarchus Comp. Cicer. οὐ τὰ ἔργα καὶ τὰς πράξεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς λόγους ἐπαινεῖ. Julianus Or. I. p. 11 D. ἔργων δὲ ἀγαθῶν καὶ πράξεων ἄπειρος. Dio Chryf. l. l. μειρακίῳ μὲν οὖν ἢ νέῳ ἀνδρὶ τοῦ τε πράττειν ἀποχωρῆσαι βουλομένῳ καὶ πρὸς ἀσκήσει γενέσθαι καὶ δύναμιν περιποιήσασθαι λόγων, ἑτέρων ἔργων καὶ πράξεων δεῖ. Reiskius videtur frustra follicitare ἀποχωρῆσαι, quod firmant fequentia: σὺ δὲ οὔτε ἄπειρος τοῦ ἔργου, οὔτε ἀπολιπεῖν τὸ πράττειν δύνασαι. Epigramma inc. 446.

Πᾶς λόγος ἐςὶ μάταιος ὁ μὴ τετελεσμένος ἔργῳ,
Καὶ πᾶσα πρᾶξις τὸν λόγον ἔργον ἔχει.

Conferendus Ifocrates ad Nic. 11. ἅττ' ἄν σοι λογιζομένῳ φαίνηται βέλτιςα, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπιτέλει.

P. 4. τὸ ἴδιον καὶ τοῦ διδασκάλου] Sic codices et editi. Huetius proponit τὸν ἴδιον, nempe βίον. Wyttenbachius praef. Plut. p. 29. citat τὸν ἴδιον καὶ (τὸν) τοῦ διδ. nec aliter locum allegavit Fabricius B. G. IV. initio capitis Plutarchei; fed cum neuter dixerit qua auctoritate, ego malui nihil mutare, cum vulgata lectio ferri quodammodo poffit.

P. 4. ὀξυδερκοίη] Edebatur ὀξυδερκείη, quod mutavi ex codicibus. P. 18. τοῖς ὀξυδορκοῦσι. p. 54. τὴν περὶ ταῦτα ὀξυδορκίαν.

P. 4. ἀνιχνεύοι] fumpfi ex A pro edito ἀνιχνεύων. Hac

Hac metaphora non semel utitur. P. 28. ἀνιχνεύοντες αὐτὸν περιεστήκεσαν ὥσπερ κύνες. P. 14. τὸν ἔλεγχον ὥσπερ κύνες ἀνιχνεύοντες: ubi Wyttenbachius videndus fontem locutionis Platonicum ostendens. Confer eumdem ep. crit. p. 51. Nec Plato primus sic est locutus, ut ex Ajace Sophocleo notavit vir doctissimus. Addam ex Oedipo T. 221.

— οὐ γὰρ ἂν μακρὰν
ἴχνευον αὐτός.

ubi Scholiastes: ἀνεζήτουν τὸ πρᾶγμα. Sophocli praeiverat Aeschylus Ag. 367.

Πάρεστι τοῦτό γ' ἐξιχνεῦσαι
ὡς ἔπραξ' ὡς ἔκρανεν.

Philostratus V. S. I. 12. post Platonem: ἀνίχνευε δὲ οὗτος τοὺς εὐπατρίδας τῶν νέων. Themistius Or. XXI. p. 250 B. ναμάτων τὰ διαφανῆ τε καὶ καθαρὰ ἀνιχνεύοντες. Heliodorus X. 33. τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεύειν. Theophylactus Simoc. Q. P. p. 3. ὡς ὁρᾷς γὰρ ἐπὶ θεωρίαν τὸν νοῦν ἀνεπτέρωμαι (codex 993. ἐπτέρωμαι) καὶ Φλέβας ἐπιστήμης ἀνιχνεύω θεάσασθαι. Damascius Isid. p. 1033. ἔρωτα τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν δεινότατον ἀνιχνευτήν. Callistratus VI. p. 897. εἰς δέ τις τῶν περὶ τὰς τέχνας σοφῶν καὶ εἰδότων σὺν αἰσθήσει τεχνικωτέρᾳ τὰ τῶν δημιουργῶν ἀνιχνεύειν θαύματα, καὶ λογισμοῦ ἐπῇδε τῷ τεχνήματι. Codices 1696. 1038. τεχνικώτερον et λογισμὸν, quod jam ex parte favet optimae Jacobsii ingeniosissimi emendationi λογισμὸν ἐπῆγε, quam firmat totam codex 3019 in quo ἐπῆγε.

P. 4. ἀναλέγοιτο] Junius *colligat*, immo *legat*. Sic

Sic p. 7. *ἀναλεγομένῳ δὲ* verterim, *legenti vero mihi.* P. 99. *καὶ πλεῖστά γε αὐτοῦ περιφέρουσι βιβλία, καὶ ὁ νοῦν ἔχων ἀναλεγόμενος ἕκαστον αὐτῶν εἴσεται:* ubi *ἀναλεγόμενος* est *legens*, quod nec melius Junius intellexit. Hemsterhusius vero ad Lucian. D. Mar. V. 2. ultimum hunc locum optime vertit, et verbum illustravit. Photius Bibl. praef. p. 2. *μίαν μὲν γὰρ ἑκάστην βίβλον ἀναλεγομένῳ.* Idem p. 172. *ἀμφοῖν δὲ ταῖς ἐκδόσεσιν ἐν παλαιοῖς ἐνετύχομεν βιβλίοις, ἰδίως ἑκατέραν ἐν ἑτέρῳ τεύχει καὶ ἑτέρῳ συντεταγμένην· ἐξ ὧν αὐτῶν καὶ τὴν διαφορὰν ἀναλεξάμενοι ἔγνωμεν:* Reponendum *ἑκατέρᾳ — συντεταγμένῃ*, vel *ἑκατέρας — συντεταγμένης*.

P. 4. *εἰδέναι*] Editiones *εἰδέσθαι*, quod mutavi ex ABD, nec aliter citat Fabricius loco supra laudato.

P. 4. *Δημώνακτος*] de Demonacte praeter Lucianeum libellum vide Bruckerum H. P. t. 2. p. 511.

P. 5. *τὸ περίψυκτον — κάλλος*] editi *περίψεκτον*. Huetius qui modo pro *περιφλέκτως* conjiciebat *πυριφλέκτως*, nunc pro *περίψεκτον* proponit *πυρίφλεκτον*, ut Junius, cui et *περίφλεκτον* in mentem venit. G. Canterus N. L. VIII. 17. *περίσεπτον* malebat: Codices habent *περίψυκτον*, quod recepi; et sic divinabant Ruhnkenius, quem vide Ep. 2. p. 215. et Toupius Em. t. 3. p. 478. Callimachi ep. 13. lectio Vaticana, *ληφθήσῃ περὶ φεῦγε*, variis modis tentata a viris doctis, sic est fortassis emendanda: *ληφθήσῃ· περίψυκτε Μενέκρατες* — Minime discrepant literarum ductus.

P. 5. κάτω νεύσαντα] P. 35. καὶ τοῦτο δι' αἰνίγματος καὶ κάτω νεύοντες. P. 72. κάτω δὲ τοῦ ἀνθυπάτου νεύοντος. De hujus gestus significatione vide Carpzovium Specim. Eunap. p. XVII; Hemsterhusium ad Luc. somn. 13; notam meam ad Phil. Her. p. 485; Merrickium ad Tryph. 75. et ad κάτω in indice; collato Heraldo ad Martial. I. 25.

P. 5. πέδιλον αὐτῆς] Sic optime AB pro edito αὐτοῖς. Et Corayus legebat, αὐτῆς.

P. 5. ἢ ἐλλόβιον] Scholiastes Luciani D. Conc. 7. ex emendatione Dav. Jac. Lennepii viri doctissimi; ἐλλόβιον, τὸ ἐνώτιον, παρὰ τὸ ἐνείρεσθαι τοῖς τῶν ὤτων λοβοῖς. Editi male ἐνεύρεσθαι. Lexicon Codicis 1720. ἐλλόβια. ἐνώτια. Vide Suidam in voce et Hesychium in τρητοὶ λοβοί.

P. 5. ἐκείνοις καταθαῤῥοῦντες] Plantinus ἐκείνας καταθαρσοῦντες. Commelinus ἐκείνας καθαῤῥοῦντες. Junius ἐκεῖνα καταθαῤῥοῦντες proponit, Huetius ἐκεῖνα θαῤῥοῦντες, vel εἰς ἐκεῖνα καταθαῤῥοῦντες. Wyttenbachius καταθροῦντες *considerantes*, nihil de ἐκείνας editionum monens, sed procul dubio Junii admittens ἐκεῖνα. A ἐκείνῳ καταθαρσοῦντες. D ἐκείνῳ. B ἐκείνας καταθαρσοῦντες. Venetus ἐκεῖνας καταθαῤῥοῦντες. Inde poteram tuto sumere ἐκείνῳ, sed cum sequuntur τὰ σύμβολα, feci facillime ἐκείνοις ex editionum et codicum ἐκείνας: nam οι et α permutantur creberrime, docente Schaefero Mel. p. 66. Me tamen mutationis hujus poenitet, et si possem, ἐκείνῳ reponerem. Caeterum ἐκείνῳ vel ἐκείνοις non optime cum καταθαῤῥοῦντες legitur, et prae-

praestaret Junii ἐκεῖνα, accusandi casu, cui favere videtur ἐκείνας Veneti. Vide quae notavi ad Philostr. p. 364. Sed potuit errare Eunapius, scriptor non magnopere accuratus nec diligens. Julianus ep. 41. p. 400 B. ἐχρῆν μὲν ὑμᾶς τῷ γράμματι πειθομένους τῷ Δελφικῷ γινώσκειν ἑαυτοὺς, καὶ μὴ τολμᾷν ἀνδρὸς ἀκοαῖς τοσούτου καταθαρσεῖν. Sed vitium in ἀκοαῖς inesse indicat varians Barocciani lectio ἀκοῆς, unde repono ἀκοήν. Vix monendum pro γινώσκειν codicem 2775 habere γιγνώσκειν. — In Luciani Nigrino 7. similis est Eunapianae comparatio, ibique Hemsterhusius nostrum et alios contulit, inter quos; Platonem, cujus loca accuratius indicat Wyttenbachius.

P. 5. κἀγὼ πρὸς ταύτην ἐξώρμησα τὴν γραφὴν, ὅσα — μὴ παρελθεῖν] Editi πρὸς ταῦτα, quod mutavi ex codicibus. A οἷα pro ὅσα. Locus mancus esse videtur, ad sensum fortasse sic legendus: πρὸς τ. ἐ. τ. γραφὴν, ὡς ἃ ἢ κατὰ ἀκοὴν — ἀνθρώπων κατέμαθον, μὴ παρελθεῖν. — Isocrates Pan. 1. p. 37. πολλοὶ . . . ἐπὶ τοῦτον τὸν λόγον ὥρμησαν.

P. 5. ἀληθείας πρόθυρα καὶ πύλας προσκυνήσαντα] Simili metaphora p. 94. ἔκρουε μὲν τὴν θύραν ἱκανῶς, ἠνοίγετο δὲ οὐ πολλάκις: ubi vide notam. Olim Bacchylides fr. 17.

ἕτερος δ' ἐξ ἑτέρου σοφὸς
τό, τε πάλαι τό, τε νῦν· οὐδὲ γὰρ ῥᾶστον
ἀῤῥήτων ἐπέων πύλας ἐξευρεῖν.

Plato Phaedr. p. 245 A. ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται: ubi vid. Heindorf.

Josephus Μοισιόδαξ scriptor recentisſimus in Ἀπολογίᾳ Viennae edita 1780. p. 132. αὐτὴ εἶναι μία ἔκθεσις τὴν ὁποίαν κάμνω κατὰ τοῦ πανοσιωτάτου δεῖνος, καὶ τὴν ὁποίαν ϛέλλω τῇ κριτικῇ συνέσει Αὐτῆς, ὥϛε νὰ παρατηρήσῃ αὐτὴν καὶ νὰ ἐπικρίνῃ τίς ἀπὸ τῶν δύο ἡμῶν κρούει τὴν αὔλειαν τῆς πιθανότητος, ὁ πανοσιώτατος δεῖνα ἢ ἐγώ. — Similitudo ducta ab uſu januas templorum adorandi, de quo videndi Grangaeus ad Juven. VI. 47. et Sagittarius de Jan. c. 35. §. 3., qui c. 1. §. 20. πρόθυρα illuſtrat.

P. 5. βουλομένοις ἀκούειν ἢ δυναμένοις ἀκολουθεῖν] P. 6. τὴν ἄγνοιαν τῶν δυναμένων ἀκολουθεῖν ὡς ἀχλύν τινα σκεδάσασα. Frequentisſima antitheſis verborum βούλομαι et δύναμαι. Exempla quaere Dionis Casſ. XXXVI. p. 92 D; Stobaei Tit. 21. p. 176.; Plutarchi ſuperſt. §. 9.; Libanii Ep. 1. 8. Heliodorus I. 26. ταῦτα συμβάλλειν οὔτε ἐδυνάμην, οὔτε ἐβουλόμην. Codex Venetus 409. ἠδυνάμην — ἠβουλόμην.

P. 5. τρίτη δὲ ἀνδρῶν — κατὰ τοὺς Κλ.] Locus intricatisſimus et corruptus, quem tentavi audacius et infelicius. Sic edebatur: τρίτη δὲ ἀνδρῶν ἐγένετο φορά· ἡ μὲν δευτέρα μετὰ τὴν Πλάτωνος τάξιν ἀφανὴς ἀνακεκήρυκται, ὅτι κατὰ τοὺς Κλ. — E codicibus addidi γάρ. Pro ἀφανὴς e conjectura ſcripſi ἐμφανής. Suſtuli ὅτι quod ex κται naſci potuit, et ſenſum laedere videbatur. Signa parentheſeos circumpoſui, et ſic quamdam integritatis ſpeciem ſententiae, ut rebar, conciliavi. Junius conjiciebat, πρώτη μὲν ἀνδρῶν — ἡ δὲ δευτέρα, quo nihil lu-

lucramur, immo rerum ordo et series impeditur. Tres videtur Eunapius philosophorum φορὰς statuere, primam Platonis et ejus discipulorum, secundam, τὴν μετὰ τὴν Πλάτωνος δευτέραν, quam Platonicorum esse puto, tertiam vero, quae sit Eclecticorum. In κατὰ τοὺς subaudi χρόνους. Caeterum meliores exspectandi codices.

P. 6. ἐπιτρέχοντί γε καὶ συνελόντι εἰπεῖν] Plutarchus Nic. c. 1. ἐπιδραμὼν βραχέως καὶ διὰ τῶν ἀναγκαίων. Nicetas Chon. praef. ὡς ἐπιτρέχοντά με εἰπεῖν. Photius Bibl. §. 34. ἐπιτροχάδην δὲ διαλαμβάνει καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ. §. 31. σχεδόν τι τῶν ἄλλων ὥσπερ μόνον διὰ τῆς ἐπιδρομῆς ἀφωσιωμένων. Alia vide supra p. 125. — De συνελόντι εἰπεῖν agit Heusingerus ad Plut. 13. p. 108.

P. 6. εὐτυχές γε] Εὐτυχές quod jam habebat Commelinus pro ἐντυχὲς inveni in AD. A τε pro γε. — Pene omiseram monere supra pro διέτεινεν B exhibere διέτεμεν.

P. 6. νεμεσάτω — ἀναγράφοντες — ἐπιβησόμεθα] Editi ἀναγράφωμεν. B et Venetus ἀναγράφομεν. Sed A optime, ut visum est, ἀναγράφοντες, quod recepi, structura faciliore. Huetius conjicit, ἵνα ἀπὸ τούτων — ἀποβησώμεθα.

P. 6. Λυκώ] Plantinus Λυκω. Commelinus Λύκω. A Λυκώ. B Λυκῶ. Junius conjicit vel Λύκων πόλιν vel Λυκόπολιν. Suidas quidem, Πλωτῖνος Λυκοπολίτης: sed urbs potuit et Λυκὼ dici. Secutus sum Codicem A. Confer Fabricium ad Porphyrii Plotinum c. 1. Erunt fortasse, qui accentum in

Λυκῶ rectum magis esse putabunt; res est incerta variantque codices et grammatici.

P. 6. Πορφύριος τοῦτο οὐκ ἀνέγραψε] Porphyrius l. c. de Plotino narrat, ὡς οὔτε περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ διηγεῖσθαι ἠνείχετο, οὔτε περὶ τῆς πατρίδος.

P. 6. γεγενῆσθαι λέγων] Sic malui cum AB et Veneto; ante erat εἶναι. Porphyrius V. Pl. 7. ἔσχε δὲ καὶ ἐμὲ Πορφύριον Τύριον ὄντα ἐν τοῖς μάλιστα ἑταῖρον.

P. 6. συνεσχολακέναι] Porphyrius V. Pl. 3. ἕνδεκα γὰρ ὅλων ἐτῶν παραμένων τῷ Ἀμμωνίῳ συνεσχόλασε. Scriptor anonymus vitae Arati: Ἄρατος πατρὸς μὲν ἦν Ἀθηνοδώρου, μητρὸς δὲ Λητοδώρας, ἐκ Σόλων τῆς Κιλικίας· ὠνόμασται δὲ ἡ πόλις ἀπὸ Σόλωνος τοῦ Λινδίου· ἔστι δὲ ἡ νῦν Πομπηϊούπολις. Ἦν δὲ ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου καὶ ἐσχόλασε τῷ Διονυσίῳ τῷ Ἡρακλεώτῃ. Descripsi longiora, adnotandi caussa varietatem codicis 2403 in quo legitur; μητρὸς δὲ Λητοδώρας. τὸ δὲ γένος ἐκ Σόλων — τοῦ Λινδίου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Biographi alii Arati t. 2. p. 429. 444. matrem ejus Λητοφίλαν vocant. Idem codex pro Διονυσίῳ habet Διονύσῳ, male, sed solemni calami circa has voces errore; vide notas ad Lucian. Prom. 6. Et ipse stylo aberrante, oculisque conniventibus ad Philostr. p. 634. εὐξάμενον τῷ Διονυσίῳ pro Διονύσῳ scripsi negligentissime.

P. 6. τὸν βίον ἅπαντα ἢ τὸν πλεῖστον τούτου] Codices unus et alter plene distinguebant post πλεῖστον, et τούτου sequenti sententiae adjungebant, sed sic peribat Eunapio non mediocre styli ornamentum.

Op-

Optimos Veterum Noster sequitur ita locutos. Thucydides I. 5. τὸν πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο: ubi scholiastes: Θουκυδίδης· καὶ τὸν πλεῖστον τοῦ χρόνου. Isocrates Evag. §. 21. p. 200. τῆς δυνάμεως τὴν πλείστην παρασκευάσαντος. Pan. 9. τὴν πλείστην τῆς χώρας κατέχοντας. Formulam illustrat Schaeferus ad Ellips. p. 274.

P. 6. θερμοὶ βωμοὶ νῦν] „ Propterea quod nemo „ sit, quin illum colat etiamnum, veneretur et „ fere adoret." HUETIUS. Confer Pricaeum ad Apul. Mil. IV. p. 233.

P. 6. παρακούειν] „ Si dogmatum aliquid non „ recte omnino capiat, et intelligat, ad ea tamen „ se dirigit." Ἐὰν fere mutabam in κἂν. Παρακούειν eodem sensu illustravi ad Philostr. p. 386. ubi locum Aristophanis Ran. 750. non recte contuli; nam alia significatione Comicus verbum posuit; et aptius admotus est a Corayo ad Theophrastum c. 8. et ab Heindorfio ad Euthydemum p. 398. Philostratus V. S. I. 14. Οἱ δὲ καὶ Θρασύμαχον τὸν Χαλκηδόνιον ἐν σοφισταῖς γράφοντες, δοκοῦσί μοι παρακούειν Πλάτωνος. Codex 1696. consentit in aliorum errore Χαρχηδόνιον. Cebes 3. εἰ μὲν προσέξετε καὶ συνήσετε τὰ λεγόμενα, φρόνιμοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε — ὑμεῖς οὖν προσέχετε καὶ μὴ παρακούετε. Synesius ep. 5. p. 168 D. ὅστις ἀσεβῆ σύνοδον ἰδὼν παρεῖδεν, ἢ ἀκούσας παρήκουσεν: ubi Scholiastes ineditus: ἤγουν παρέργως ἤκουσεν. Lucianus Ner. 11. βοᾷ τε, εἰ μὴ παρακούω, Νέρωνα ᾄδεσθαι. Adi Budaeum Comm. L. G. 648.

P. 6. Τὸν βίον αὐτοῦ] Editi κάμπτεται τὸν βίον αὐτοῦ, παντα Π. Melius distinxi secutus Codices, et ex mente Jonsii H. P. III. 15. p. 83. atque Wyttenbachii.

P. 7. εἰσφέρειν] Sic scripsi pro φέρειν ex AB et Veneto, eoque modo locum allegavit Jonsius.

P. 7. πολλὰ τῶν βιβλίων ἑρμηνεύσας] Porphyrius V. Pl. 7. 24. 25. 26. libros Plotini se ordinasse refert, emendasse et illustrasse commentationibus.

P. 7. ἀνέγραψεν οὐδὲ εἷς] Nunc optimam legere possumus Porphyrii vitam ab Holstenio scriptam.

P. 7. ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι] Editi: ὅσα γε εἰς ἡμᾶς εἰδέναι. Huetius εἰς tollere jubebat et parui. Noster p. 4. 16. ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι. Plato Theaet. §. 2. οὐχ, ὅσον γε ἐμὲ εἰδέναι. Aristophanes N. 1264.

οὐκ ἄρ' ἀποδώσεις; — οὐχ ὅσον γέ μ' εἰδέναι:

ubi scholium: ἀντὶ τοῦ, ὡς νομίζω, ἐν ὅσῳ ἐν ἐμαυτῷ εἰμὶ καὶ οἶδά τι. Photius Bibl. §. 163. ὅσα ἐμὲ εἰδέναι. Wyttenbachius proposuit: ὅσα γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι: cui conjecturae favent Lucianus Tim. 52. ὅσα γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι: Polybius I. 9. ὅσον γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι. Wyttenbachium si fuissem secutus, et debebam, εἰς non periisset.

P. 7. ἀναλεγομένῳ δὲ,] De sensu verbi vide p. 144. et, ut magis pateat sententia, distingue post δέ.

P. 7. ἡ πρώτη τῶν ἀρχαίων Φοινίκων ἡ πόλις] P. 96. Ἀντιόχεια ἡ τῆς Κοίλης καλουμένης Συρίας πρώτη πόλεων. Confer Spanhemium diss. IX. de P. et U. N. p. 633. interpretantem *metropolim*.

P. 7.

P. 7. πατέρες δὲ οὐκ ἄσημοι] Junius, *majores*: sed fere crediderim πατέρες intelligendum de *patre et matre* Porphyrii. Eo sensu saepe πατέρες legitur apud Nostrum. P. 41. Ἀντωνῖνος δὲ ἦν ἄξιος τῶν πατέρων. Adde p. 91. 92. 96. Marinus Pr. c. 4. ὅς γε καὶ τῶν πατέρων, καί τοι πλούτῳ διαφερόντων, τῆς οὐσίας ἐκ παίδων ὀλιγώρει (lege ὠλιγώρει). C. 6. ἄγουσι δὲ αὐτὸν τέως οἱ πατέρες τεχθέντα εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα. Confer Schaeferum virum praestantissimum Mel. p. 45.: ubi et nonnulla dicuntur de Latinorum *patres* sic posito. Plura invenies apud Burmannum Anth. Lat. 4. 254.

P. 7. ἀνά τε ἔδραμε] Tmesis apud Eunapium non rara. P. 14. ἀνά τε ἔβλεψεν. p. 19. ἀνά τε ἐκαλέσατο. p. 73. ἀνά τε ἐπήδησεν. Theophrastus ch. 13. ἔν τινι στάς: nam hic Corayi interpretis doctissimi sententiam sequor tmesim esse dicentis pro ἐνστάς. Isocrates Nic. 9. οὐδ' ὑφ' ἑνὸς pro ὑπ' οὐδένος. Alia quaere similia in Corayano Isocratis indice, voc. μηδὲ et οὐδέ. Aristaenetus II. 3. αὐτὴν ἐμὴν ἀνεψιὰν οὖσαν, ubi Abreschius tmesim videre putat pro αὐτανεψιὰν ἐμήν. II. 7. μὴ γὰρ ἡ τύχη σὺν τὸ σῶμα κατεδούλωσε τὴν ψυχήν: varie tentatus locus quem minima mutatione integritati restituere conor, legens τῇ ψυχῇ, et construens, ἡ τύχη τὸ σῶμα συγκατεδούλωσε τῇ ψυχῇ. Saepissime ι non subscriptum sed adscriptum in ν abiit.

P. 7. ἀνά τε ἔδραμε] Philostrati Scholiastes Her. p. 379. ἀναδραμεῖν ὡς ἐπὶ φυτοῦ καὶ ἡλικίας χρήσιμον: ubi vide textum et notam. Ad moralia et

quemvis progressum saepissime transfertur. Noster p. 101. ὁ μὲν οὖν Ἀλάκιος ἐς τὸ ἄριστον ἀναδραμών. p. 109. καὶ πρὸς ταῦτά γε Χρυσάνθιος εὐθὺς ἀναδραμών. Legat. p. 20 B. παῖδες δὲ αὐτῶν καὶ τὸ οἰκετικὸν πρός τε εὐκρασίαν τῶν ἀέρων ἀνέδραμον. Anna Comn. I. p. 96 C. ἀναδρομῇ σώματος καὶ κάλλει προσώπου κοσμούμενος. Exemplum τοῦ ἀναδραμεῖν de φυτῷ habet Theocritus XVIII. 29.

Πιείρᾳ μεγάλα ἅτ' ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ
ἢ κάπῳ κυπάρισσος.

Correctio elegantissimi Eichstaedtii, Jacobsio (ad Epigr. inc. 654.) et Heinrichio (Hes. sc. 4.) probata, locum invadere minatur: quod fieri nolim, nisi re serio pensitata. Equidem fateor legendo quod proponunt viri doctissimi, μέγα λαῖον ἅτ' ἔδραμε, comparationis membra esse concinniora; sed ante fuit monstrandum ἔδραμε apte poni posse pro ἀνέδραμε, quod non nego, sed nescio, et doceri voluissem.

P. 7. ἐπέδωκε] P. 11. πολύ γε ἐπέδωκε καὶ εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἤκμασε. p. 16. οὐκ ἐπέδωκεν εἰς μέγεθος. Lucianus Prom. 12. ἐπιδώσει καὶ τἄλλα πάντα ἐς κόσμον. Themistius Or. XXI. p. 255 B. οὐκ ἐδυσχέραινε πρὸς τὸν Ἀρίστωνα τοῦτον, οὐδὲ ἐκνίζετο, ἐκ προεδρίας μᾶλλον ἐπιδιδόντα. Petavius conjicit bene ἐκ προσεδρίας, quod inveni in Valesiano codice: ὁρῶν etiam periisse putat; quod verisimile. Distinctione tamen post ἐκνίζετο posita, locum juvare mihi visus sum.

P. 7. βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μου-

μουσεῖον] De hoc celebri loco confer quae scripsit egregia Ruhnkenius diss. Longin. §. IX. nimias has hyperbolas vituperans. Nec aliter sentiebat limatissimi vir ingenii Boilaeus in praefatione versionis Longinianae. Nicephorus Gregoras VII. p. 124. Eunapium expressit de Theodoro Metochita scribens talia: βιβλιοθήκη γὰρ ἦν ἔμψυχος οὗτος καὶ τῶν ζητουμένων πρόχειρος εὐπορία. Idem in ejusdem epitaphio lib. X. p. 216. inter alia ridiculatum hyperbolarum prodigia, eum vocat ζῶν καὶ κινούμενον μουσεῖον. Et Noster p. 21. de Socrate: ὃν γε ᾤοντο πάντες Ἀθηναῖοι περιπατοῦν ἄγαλμα σοφίας τυγχάνειν. Racinius, quod mireris, in Portus Regii descriptione juveniles pios coenobitas vocavit *temples animés*, et cervos *arbres vivans*.

P. 7. κρίνειν τοὺς παλαιούς] Confer Ruhnkenium ibidem.

P. 7. ὁ ἐκ Καρίας Διονύσιος] Dionysius Halicarnassensis, omnibus notissimus. Confer Valesium Crit. I. 2.

P. 7. Μάλχος — δύναται βασιλέα λέγειν] Herodotus II. 30. τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι τούτοισι οὔνομά ἐστι Ἀσμάχ· δύναται δὲ τοῦτο τὸ ἔπος κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, οἱ ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς παριστάμενοι βασιλέϊ: ubi vide Larcherum interpretem doctissimum t. 2. p. 218. hunc τοῦ δύνασθαι usum illustrantem. Isocrates Plat. 8. p. 300. ὁ γὰρ τούτων λόγος οὐδὲν ἄλλ' ἢ τοῦτο φανήσεται δυνάμενος. Agathias H. I. p. 17 C. οἱ δὲ Ἀλαμανοὶ — ξυνήλυδές εἰσιν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες, καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπω-

ἐπωνυμία. Aelianus H. V. I. 22. δύναται δὲ τὸ τάλαντον τὸ Βαβυλώνιον δύο καὶ ἑβδομήκοντα μνᾶς Ἀττικάς. Suidas: Κῷος πρὸς Χῖον· ὁ μὲν γὰρ Χῖος ἐδύνατο ἓν, ὁ δὲ Κῷος ἕξ. Eustathius p. 1289. Χῖος καὶ Κῴων ὁ τὸ ἓν δυνάμενος βόλος. Cf. Heusingerum ad Plut. p. 29.

P. 7. ἐς τὸ βασιλικὸν — ἀποτρέψας] Plantinus βασιλικός. Huetius conjicit βασιλικῆς, Junius βασιλικὸν, quod legitur in Commeliniana et inveni in codicibus. Auctoritate codicum meorum et Medicaei, scripsi ἀποτρέψας pro ἐπιτρέψας, quod fecit et Felicianus, qui Eunapianam Porphyrii vitam suae Porphyrii editioni praemisit et latine vertit. Fabricius quidem ad Porphyrium V. Pl. 17. et Ruhnkenius dissert. de Longino §. 8. locum hunc allegantes vulgatam servaverunt. Junius, Medicaeam lectionem haud ignorans, conjecturam suam ἐπιστρέψας premere poterat, quam amplexus est Kusterus ad Suidam in Πορφύριος. — De hac nominis mutatione vide Holstenium V. P. c. 2; Rittershusium ad Porphyr. V. Pyth. p. 32. 91; Kusterum et Ruhnkenium locis laudatis.

P. 7. γραμματικῆς] Porphyrius grammaticam scientiam plurimis comprobavit libris, quos recenset Holstenius V. P. c. 6.

P. 7. οὐκ ἐπ' ἐκείνην ἔνευσε] D ἔνευσεν. P. 10. ὅσα νεύει πρὸς γεωμετρίαν. Et quidem parum Rhetoricae studii et operae Porphyrius impendit, quippe cujus unicum de rebus rhetoricis opusculum laudatur. Vide Holstenium l. c.

P. 8.

P. 8. φιλοσοφίας τε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος] Timaeus Lex: Ἐξομοργνύμενος· ἐκματτόμενος καὶ ἀποτυπούμενος. Moeris: Ὀμόρξασθαι, ἐξομόρξασθαι, Ἀττικοί· Ἐκμάξασθαι, Ἕλληνες. Lexicum codicis 1720. Ἀποματτόμενον, ἀναμασσόμενον, ἀνατυπούμενον. Ἀπομορξάμενος, καταμαξάμενος. Philostratus V. S. I. 22. 1. Ἰσαίου δὲ ἀκροατὴς γενόμενος, ἀνδρὸς, ὡς ἔφην, κατὰ φύσιν ἑρμηνεύοντος, τουτὶ μὲν ἱκανῶς ἀπεμάξατο. Confer Jacobsium Anth. t. 7. p. 101.

P. 8. τῶν βιβλίων τε αὐτοῦ πολὺ πλῆθος φέρεται] Editi αὐτῶν. ABD et Medicaeus Junii recte αὐτοῦ. B δὲ pro τε. De Longini operibus vide Ruhnkenium diss. §. 14. Φέρεται ut p. 10. πρὸς Μάρκελλάν γε αὐτοῦ γυναῖκα γενομένην βιβλίον φέρεται. Confer Budaeum Comm. L. G. p. 393. Suetonius de ill. Gramm. init. „ cujus etiam de augurandi disci- „ plina volumina *feruntur*".

P. 8. εἴ τις κατέγνω — ἐκράτει κρίσις] Vide Burmannum ad Vales. p. 150.

P. 8. οὕτω δὲ ἀχθεὶς] Sallustius c. 1. τοὺς περὶ θεῶν ἀκούειν ἐθέλοντας δεῖ μὲν ἐκ παίδων ἦχθαι καλῶς. Marinus Pr. 9. θυγάτριον ἠγμένον καὶ αὐτὸ φιλοσόφως.

P. 8. Ῥώμην ἰδεῖν ἐπιθυμήσας] Porphyrius bis Romam venit, prima vice, annos fere viginti natus, Christi 253; altera, anno 263, cum ipse trigesimum ageret. Quod ab ipso discimus V. Pl. 4. 5.

P. 8. προσέθετο φέρων ἑαυτὸν ἐκείνῳ] P. 12. Πορφυρίῳ προσθεὶς ἑαυτόν. p. 41. τοῖς ἐκεῖ τελουμένοις προσ-

προσθεὶς ὅλον ἑαυτόν. Idiotismus participii φέρων, quem doctissime illustravit Hemsterhusius ad Luc. D. M. 6. 3. Eunapio placuit; et illius aliorumque loca ibi poteris legere congesta a Batavorum criticorum principe. Vide et Reitzium ad Luc. Merc. Cond. 24. 39. Ne sim prorsus ἀσύμβολος, addam e Platone H. M. p. 282 E. καὶ τοῦτο ἐλθὼν οἴκαδε φέρων τῷ πατρὶ ἔδωκα: e Plutarcho educ. 7. τούτῳ φέροντες ὑποβάλλουσι τοὺς υἱούς: ubi conferendus est Heusingerus: e Damascio V. Isid. p. 1072. εἰς πολιτείαν ἑαυτὸν καὶ εἰς ἀρχὰς ἐξέωσε φέρων. — Caeterum Longinum ipsum (fr. 5.) testem habemus hujus Porphyrii erga Plotinum studii, ipso se relicto: Τὸν μὲν γὰρ κοινὸν ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρον ὄντα Βασιλέα τὸν Τύριον, οὐδ' αὐτὸν ὀλίγα πεπραγματευμένον κατὰ τὴν τοῦ Πλωτίνου μίμησιν, ὃν ἀποδεξάμενος μᾶλλον τῆς παρ' ἡμῖν ἀγωγῆς ἐπεχείρησε διὰ συγγράμματος ἀποδεῖξαι βελτίω δόξαν περὶ τῶν ἰδεῶν τῆς ἡμῖν ἀρεσκούσης ἔχοντα, μετρίως ἀντιγραφῇ διελέγξαι δοκοῦμεν.

P. 8. τεθειασμένων] Editi τεθιασμένων. AD firmarunt Junii et Huetii conjecturam τεθειασμένων: et sic citavit Holstenius V. P. p. 42. Noster p. 36. ὁ δὲ πατὴρ τὴν παῖδα παραλαβὼν τεθειασμένην καὶ σωφρόνως ἐνθουσιῶσαν. p. 20. ὅσα γε εἰς θειασμὸν Ἰαμβλίχου φέρει. p. 49. ὁμοψύχως Μαξίμῳ τὰ περὶ θειασμὸν συνενθουσιῶν. Adde p. 32, 107. Philostratus V. A. I. 3. ὑποθειάζων τὴν φιλοσοφίαν. Confer Cresollium T. Rh. III. 17. p. 259.

P. 8. χρόνον μέν τινα — φησιν] Porphyrius V. Pl.

Pl. 5. narrat ſe Plotinum tum per ſex annos continuos audiviſſe.

P. 8. *τότε σῶμα — ἐμίσησε*] Felicianus *ἐμίσησεν*, ut ABD. Haec Noſtri verba et alia ſimilia confert Fabricius ad iſta Porphyrii V. Pl. 1, *Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ, ὅτι ἐν σώματι εἴη.* Porphyrium exſcripſit Theophylactus Sim. ep. 25. *Πλωτῖνος ἐδόκει αἰσχυνομένῳ ὅτι ἐν σώματι εἴη· οὕτως ἐλύπει τὸν φιλόσοφον τὸ θνητὸν τοῦτο περισκήνιον*: pro *ἐδόκει* repono *ἐῴκει* e codice 2991 A. Sic loquuntur vulgo. Noſter p. 114. *ἐῴκει διὰ παντὸς ἄρτι λελουμένῳ.* Philoſtratus V. A. IV. 36. *αὐτός τε ἐῴκει φεύγοντι — ἐῴκει κλάοντι.* V. 38. *ἐοίκασι γὰρ δεομένοις.* VI. 3. *φυλαξαμένῳ γάρ τι ἁμαρτεῖν ἔοικας*: ubi codex 1696. e correctione *φυλαξομένῳ*. 15. *ἀδόλως φιλοῦντι ἔοικας·* VII. 21. *ἐῴκει τοῖς μάλα ὠργισμένοις.* 42. *βουλομένῳ μέν τι λέγειν ἐῴκει.* IV. 25. *δακρύοντι ἐῴκει τὸ φάσμα*, ubi nec recipienda marginis Morelliani varians lectio *ἐδόκει.* Photius Bibl. §. 129. *ἔοικε δὲ μᾶλλον ὁ Λουκιανὸς μεταγράφοντι.* Damaſcius ib. p. 1039. *ὁ γοῦν Ἰσίδωρος ἐῴκει μὲν τὸ ζητούμενον εἰδότι.* Confer de diſcrimine inter *ἐδόκει* et *ἐῴκει* Bentleium ad Men. p. 2. Plinius VI. ep. 16. de avunculo ſuo Veſuvium audente: „ hilaris, aut quod aeque „ magnum, ſimilis hilari." Philoſtratus V. A. VI. 10. *ἡ δ' αὖ πεπονηκυίᾳ μὲν προσφερής.*

P. 8. *διαπλεύσας εἰς Σικελίαν*] De Porphyrii itinere Siculo vide ipſum V. Pl. c. 6. 11. et Holſtenium V. P. c. 2.

P. 8.

P. 8. *οὕτω τὸ λυπούμενον αὐτῷ καὶ ἡδόμενον ἀπέθετο*] Forte *ἀπήχθητο*. Porphyrius prae atra bile, qua melancholicus laborabat, omnia aeque invisa habebat, et tristia et laetiora. *Ἀπηχθῆσθαι* illustrat Scholiastes Philostrati Her. p. 411.

P. 8. *ἐπὶ Λιλύβαιον.*] Porphyrius l. c. *εἰς τὴν Σικελίαν ἀφικόμην, Πρόβον τινὰ ἀκούων ἐλλόγιμον ἄνδρα περὶ τὸ Λιλύβαιον διατρίβειν.*

P. 8. *ἀνθρώπων — ἀλεοσκοπίην*] Junius jam indicaverat fontem Homericum Il. Z. 202.

Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων:

et Il. K. 505.

Οὐδ' ἀλαοσκοπίην εἶχ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων.

P. 9. *ἑπόμενος ἢ — ἀναζητῶν*] In AB et Veneto ante *ἢ* est lacuna unius ferme vocis et alterius. Pro *πεφευγότα* edito, scripsi *καταπεφ.* ex Barberiniano Dorvillii ad Char. p. 619. Sumpsi *ἀναζητῶν* pro *ζητῶν* in AB et Medicaeo Junii, conspirante etiam Feliciano. Caeterum Porphyrio ipso teste res aliter peracta sit. En ejus verba V. Pl. 11. *καί ποτε ἐμοῦ Πορφυρίου ᾔσθετο ἐξάγειν ἐμαυτὸν διανοουμένου τοῦ βίου, καὶ ἐξαίφνης ἐπιστάς μοι ἐν τῷ οἴκῳ διατρίβοντι, καὶ εἰπὼν, μὴ εἶναι ταύτην τὴν προθυμίαν ἐκ νοερᾶς καταστάσεως, ἀλλ' ἐκ μελαγχολικῆς τινὸς νόσου, ἀποδημῆσαι ἐκέλευσε. Πεισθεὶς δὲ αὐτῷ ἐγὼ εἰς τὴν Σικελίαν ἀφικόμην.*

P. 9. *λόγων τε*] Sic ABD et Medicaeus, et Felicianus. Editiones *λέγοντε.*

P. 9. *διΐπτασθαι τοῦ σώματος*] A *τοῦ σ. δ.* ——

P. 9. *καὶ ὁ μὲν — ὁ δὲ τοὺς ῥηθέντας*] *ὁ μὲν* Porphy-

phyrius, ὁ δὲ Plotinus. — Fabricius ad Porph. l. c. putat Plotinum ea, quae Porphyrio fuerat locutus, isto libro fuisse complexum, quem *de Providentia* (Enn. III. l. 2.) ad Porphyrium in Siciliam misit.

P. 9. τὸ φάρμακον] Plantinus, A et Venetus post τὸ non habent μὲν, quod in D et Commelino legitur. Particulam delevi inutilem.

P. 9. διαπείρας γευσάμενος] Editi διὰ πείρας γευσ. Scripsi διαπείρας, cum Feliciano; et sic conjiciebat Bernardus ad Thom. Mag. p. 219. collato alio Nostri loco p. 14. διάπειραν λαβεῖν: ubi vide notam. Thomas: Διάπειρα κρεῖττον ἢ πεῖρα. Porphyrius Vit. Pyth. p. 42. ἐκείνους δὲ τοὺς ἐξ ἀρχῆς εἰσαγαγόντας τὴν διάπειραν. Pindarus Ol. IV.

διάπειρά τοι βροτῶν ἔλεγχος.

Theophrastus ch. 13. ἀπαγορεύοντος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως μὴ δώσει οἶνον τῷ καυματιζομένῳ, φήσας βούλεσθαι διάπειραν λαμβάνειν, εὐτρεπίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα. In εὐτρεπίσαι video haerere doctos viros, et, ni ipse fallor, a sensu discedere. Casaubonus vertit *in lectum attollere*, Corayus *sanare*. Sed quid inde vel odiosi vel funesti, quo τοῦ περιέργου inepta sedulitas jure culpetur? Credo εὐτρεπίσαι eo sensu accipiendum, quo Gallice dicimus, *expédier*, *dépêcher un malade*, hoc est, *le faire mourir promptement*. Graeca non habeo nunc exempla, quo hanc interpretationem firmem, sed loci indoli videtur aptissima. Idem verbum in Leonidae Tar. Epigrammate 29. Jacobsium impediebat:

Καὶ μὰν ἀσαύτως τὼς βότρυας, αἵ τε πέλονται
Ὥριμοι, αἵ τε χύδαν ὄμφακες, εὐτρέπικεν.

Et hic Gallicorum noſtrorum verborum *dépêcher*, *expédier*, ſenſum agnoſco, quae pro *vorare*, *propere edere*, nonnunquam uſurpamus. Ruſſaeus (*Emil.* IV.): „ un jour il s'apperçut que j'avois „ trois gateaux ...... il *dépecha* promptement le „ ſien, pour me demander le troiſieme."

P. 9. ὥςε παρῆσαι] Sic Junius conjecit pro Plantini παρεῖη, recepitque Commelinus, cui favent codices.

P. 9. τὸ δὲ Πορφυρίου κλέος — ἀνέφερεν] Haec cum ſequentibus non apte videntur cohaerere. Verius dixiſſet, et forte dixit, τὸ δὲ Πλωτίνου κλέος εἰς Πορφύριον. Nam Porphyrius Plotini obſcura et lubrica ſcripta commentariis ſuis illuſtrans et explanans, Plotini augebat famam.

P. 9. τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων] Hunc locum bene illuſtrat Creſollius Th. Rh. II. 5. Lucianus D. D. 16. 1. de Apolline: λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος. Aelianus V. H. XIV. 15. de Socrate: αἰνιγματώδεις αὐτοὺς (τοὺς λόγους) παρείχετο καὶ πλαγίους. De Plotini obſcuritate vide Fabricium B. GR. IV. 26. §. 2.

P. 9. ὥσπερ Ἑρμαϊκή τις σειρά — ἐπινεύουσα] Junius, indicante Huetio, Adag. III. 91. intelligit de invictae eloquentiae vi, qua qui eſt praeditus auditores rapere quo velit et transducere poſſit. Alluditur, ut ſtatim videt quivis, ad Homericam Catenam.

tam. Credo Fabricium haec Nostri verba non satis apte ad Marinum Procl. 26. admovisse, nec aptius Leichium ad Damascium Diatr. Phot. p. 17. Fabricius ibi lectorem monet se plura ad Eunapium annotavisse, quae valde desidero. Confer Cresollium Th. Rh. I. 9. p. 67.

P. 9. νέος δὲ ὢν ἴσως — ὡς ἔοικεν] Ἴσως et ὡς ἔοικεν non carent tautologiae vitio. Pleonasmorum usus Eunapio valde placuit. Dixit enim p. 10, ἐκδιῶξαι καὶ ἐκβαλεῖν. p. 12. χωρὶς τῶν ἑταίρων καὶ ὁμιλητῶν. p. 14. βάδην καὶ σχολαίως. p. 21. ἔξω φήμης καὶ ἄγνωστος —— κατηγορίαν καὶ γραφήν. p. 34. τὸ παιδίον ἐγχειρίζει καὶ παραδίδωσι. p. 48. χανδὸν καὶ ἀμυστί. p. 80. τὸ δεύτερον αὖθις; et caetera. Nec tautologiam fugiunt scriptores probatissimi. Vide Fischerum ad Platon. Crit. p. 182. Plato Pol. IX. p. 485. F. τῷ ὅλῳ καὶ παντὶ διοίσει, quod dixit non semel: adi Corayum ad Hel. p. 163. Differunt quidem sensu Stoïcorum philosophico ὅλον et πᾶν (vide Balforeum ad Cleom. p. 143.), sed hoc nihil ad Platonem. Timaeus in lexico similem ejusdem notavit pleonasmum: αὔην καὶ ξηρὰν παραλλήλως εἶπεν· ἔτι δὲ ταὐτόν. Alibi junxit τάχα ἴσως, de quo vide Heindorfium ad Euthyd. §. 4. Heliodorus VIII. 17. p. 346. ἐπτῆρές τε καὶ σκοποὶ τῶν λεγομένων καὶ πραττομένων: quae similia fere sunt istis Dionysii Halic. A.R. IV. p. 750. ἐνεσπαρμένοι κατόπται τινὲς καὶ διερευνηταὶ τῶν λεγομένων τε καὶ πραττομένων. Heliodorus mox: ὁμογλώσσους τε καὶ ὁμοφώνους. Artemidorus III. 6.

οὐδὲν οὕτως χαλεπόν ἐστι καὶ δύσκολον, ὡς τὸ τὴν κρᾶσιν καὶ τὴν μίξιν τῶν δρωμένων ἐν τοῖς ὕπνοις συνιδόντα . . . Longinus §. 39. τῇ πρὸς ἀλλήλους κράσει καὶ μίξει: ubi vide Toupium. Idem §. 33. εἰκῇ που καὶ ὡς ἔτυχεν, et sic Arrianus Ep. II. 12; Josephus App. II. 32; Tzetzes ad Lyc. 745. Antoninus Liberalis I. κομίσαντες ἔφερον: ubi Verheykius. Thucydides I. 140. ὅμοια καὶ παραπλήσια ξυμβουλευτέα. Unde facile paruerim Corayo in Testimoniis Isocrateis p. ιζ. Dionysio Halic. restituenti ταυτὰ καὶ παραπλήσια pro ταῦτα καὶ παραπλήσια, praesertim cum Dionysius ib. p. λγ. habeat παρόμοιά τε καὶ παραπλήσια. Libanius ep. 1597. πέφρικα καὶ τρέμω. Julianus Or. I. p. 26. C. ὑπὲρ αὐτοῦ δεδιὼς καὶ τρέμων: ubi Wyttenbachius. Adde similia ex Xenarcho Athenaei XIII. 24; Scholiasta Aristophanis Nub. 373; Johanne Chrys. de Educ. p. 28 ed. Combef.; Scriptore incerto de Captivitate Persica p. 375. Dio Chrys. Or. XIII. p. 489. δεδιότες καὶ ὠθούμενοι καὶ κατατρέμοντες: ubi Reiskio assentior legenti καὶ τρέμοντες. Codex 2958. κᾶτα τρέμοντες. Καὶ compendiose scriptum peperit κατὰ, dein καὶ, quod erat necessarium, fuit additum: qua de διττογραφίᾳ vide Schaeferum docte, ut semper, disputantem Melet. p. 119. Hesiodus Th. 550. γνῶ ῥ' οὐδ' ἠγνοίησε δόλον, plane ut Sophocles Oed. T. 58. γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι. Sed si ad Tragicos accedimus, non cito res peragetur, tanta est exemplorum copia: confer Marklandum ad Iph. T. 238. 490; Porsonum Hec.

Hec. 302.; Jacobſium ad Scol. IV. Antiphanes Athenaei XV. 4.

οἶνόν τε μικρὸν ἐγχέαι καὶ μὴ πολύν.

Corayus vir egregius, qui de hac tautologia utilia monuit ad Hipp. p. 251., qui apud Aelianum V. H. I. 32. τὸ γοῦν ἐμὸν καὶ κατ' ἐμὲ correxerat, qui Iſocratem ſuum legerat ſcribentem Arch. §. 12. πάλιν περὶ αὐτῶν ἔτι διελθεῖν, et ad Phil. §. 31. φοβεῖσθαι καὶ δεδιέναι, et Symm. §. 48. παραινῶ καὶ παρακελεύομαι, et alia non pauca hujusce modi; Corayus igitur non merito in Iſocrateo Areop. §. 20. damnaſſe videtur τοιγάρτοι διὰ ταῦτα, nec verius in Hel. Enc. §. 12. εὐθὺς ὡς εἶχε, aut in Panath. §. 39. μόνοι καθ' ἑαυτούς. Nam iſta, etſi pleonaſtica, ſcriptoribus vel optimis placebant. Et hoc ipſum μόνοι καθ' ἑαυτοὺς vindicabit Eunapii locutio ſimillima p. 13. μόνος καθ' ἑαυτόν, et Damaſcii non diſſimilis V. Iſid. p. 1030. μονουμένη καθ' ἑαυτήν. Parallelismum reſtituam Themiſtio Or. II. p. 33. A. ſic edito: οὐδὲν δὲ ἴσως ἡμᾶς ἂν δέοι πράγματα ἔχειν ζητοῦντας. Lego e codice Valeſii Duracano, ζητοῦντας καὶ ἐρευνῶντας. Idem Or. XXVI. p. 325. B. παρασκευάζοντες ὁπλίτας ἐσομένους τυχὸν ἴσως καὶ σφενδονήτας: Codex Duraeanus ἴσως omittit, ſed τυχὸν ἴσως abunde ex aliis notum. Latini hoc ſcribendi modo uſi ſunt. Cicero Or. I. 1. „ nobis *cupientibus atque exoptantibus*." Juſtinus XIII. 1. §. 7. „ *contra* „ Macedones *verſa vice*:" ubi vide Graevium; et ad ejusdem XXXVII. 1. §. 9. Schefferum. A. Gellius

llus I. c. 3. „*post deinde.*" Suetonius Caes. 5. „ intra paucos *rursus* dies *repetita* Bithynia;" ubi Casaubonus. Scholiastes Iuvenalis VI. 275. „*ferme* „ *quasi* frequenter:" sed loco tam corrupto, ut nihil possit definiri. Velleius I. 16. „*priscam* il„ lam et *veterem*"; ubi latina exempla comparat Ruhnkenius, cum Graecorum ἀρχαῖον καὶ παλαιόν. Idem 17. „ est *et* Livium *quoque.*" Confer et ibi quoque Ruhnkenium. Inde non sollicitandum esse puto hunc Velleii locum II. 6. „ nihil immotum, „ nihil tranquillum, nihil quietum denique in „ eodem statu relinquebat." Ruhnkenius delebat *tranquillum* ut glossam, sed et *quietum* glossa esse potest, et *in eodem statu* nihil novi affert post *immotum*. Satius est a talibus manum abstinere.

P. 10. ἐκδιῶξαι] Scripsi ex A pro διῶξαι.

P. 10. Καυσάθαν τοῦτον] Editi καυσάνθα. malui codicum AB, Veneti et Medicaei Καυσάθαν. Huetius proponit καὶ σάθαν, et addit: „ Nempe tunc „ videtur fuisse Tyri in patria." Felicianus scripsit quoque Καυσάθαν, et sic edidisset Fabricius; nam Carpzovius specim. p. 11. citat „ Καυσάθαν, „ *Satanam.*" Virum illustrissimum Silvestrem Sacyum, quem in litteris Orientalibus regnare noverunt omnes, de hac lectione consului, mihique rescripsit humanissime se Καυσάθαν praeferre; et vocis insuper proposuit etymologiam, nempe כוס *poculum* et שטן *Satan.* Nec a vero abludit fontem hunc fuisse ab incolis vocatum *Poculum Satanae.* Τοῦτον masculino genere potest referri ad δαίμο-

μονα, quo praegnat δαιμόνιός τις φύσις, vel legendum τοῦτο.

P. 10. Ὠριγένης] De Origene isto Platonico Philosopho, cum Origene Adamantio neutiquam confundendo, quod multi fecerunt, vide erudite disputantem Ruhnkenium Diss. Long. §. 5. Pearsonius Proleg. ad Hier. nomen Ὠριγένης corruptum esse putabat, quod revera Origenes non fuerit Porphyrii condiscipulus. Sed Ruhnkenius credit συμφοιτητὴν dictum, ob arctam Porphyrii et Origenis cum Plotino consuetudinem.

P. 10. Ἀμέριος] Plantinus vitiose Ἀμέτριος, quod habet A. Commelinus et D Ἀμέριος. B Ἀμέλιος. Commelinum secutus sum: sed nec Ἀμέλιος pravum est. Nam utroque nomine philosophus ille fuit vocatus, propriore tamen Ἀμέλιος. Porphyrium audiamus V. Pl. c. 7. ἔσχε δὲ ... διὰ φιλοσοφίαν συνόντας, Ἀμέλιόν γε ἀπὸ τῆς Τυσκίας, οὗ τὸ ὄνομα ἦν Γεντιλιανὸς τὸ κύριον· αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ ρ Ἀμέριον αὐτὸν καλεῖν ἠξίου, ἀπὸ τῆς Ἀμερίας ἢ τῆς ἀμελείας πρέπειν αὐτῷ καλεῖσθαι λέγων. Longinus Fr. 5. p. 189. Πλωτῖνος καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος ὁ τούτου γνώριμος: ubi vide Toupium. Ὁ γενναῖος Ἀμέλιος dicitur Proclo Theol. V. 5. p. 257. qui et eum alibi I. 1. laudat. Adde Bruckerum H. P. T. II. p. 233.

P. 10. Ἀκυλῖνος] Cum *Aquilinus* inter Plotini discipulos hoc uno loco sit notus, Pearsonus Proleg. ad Hier. legit Παυλῖνος, quod ut recte omnino observatum laudat Fabricius ad Porphyr. V.

Pl. c. 16, et Eunapium memoria lapsum fuisse credit scribentem Ἀκυλῖνος. Porphyrius quidem haec habet c. 7. de Paulino: ἔσχε δὲ καὶ ἰατρικόν τινα Σκυθοπολίτην Παυλῖνον, ὃν ὁ Ἀμέλιος Μίκκαλον προσηγόρευε, παρακουσμάτων πλήρη γεγονότα. — ἔφθασε δὲ καὶ ὁ Παυλῖνος προαποθανὼν τοῦ Πλωτίνου. Obiter notabo, Budaeum, qui Comm. L. G. p. 649. παρακούσματα optime illustravit, Platonis locum ex epistola 7. p. 340. B. adduxisse, ubi haec verba τοῖς τῶν παρακουσμάτων μεστοῖς Porphyrianam locutionem παρακουσμάτων πλήρη pepererunt.

P. 10. συγγράμματα] De Scriptis Origenis vide Ruhnkenium Diss. Long. §. 5. Amelius multa scripsit volumina, de quibus adi Bruckerum l. l. Aquilinus vel Paulinus quae scripserit ignoro.

P. 10. πολὺ γὰρ τὸ ἀκύθηρον, εἰ καὶ τὰ δόγματα ἔχει καλῶς, καὶ ἐπιτρέχει] Distinxi post καλῶς, et sic fecerat Felicianus. Crediderim tamen legendum καλῶς καὶ , ἐπιτρέχει, omisso altero adverbio cum καλῶς jungendo, vel nomen abesse cum ἀκύθηρον, vel verbum cum ἐπιτρέχει jungendum. Nam καὶ sic nude positum scabrum est et horridum.

P. 10. ἀνακηρύττων] Scripsi pro κηρύττων ex ABD, et sic Holstenius V. P. p. 41. et Felicianus scripserant.

P. 10. οὐδὲν παιδείας] Sustuli δὲ post οὐδὲν praeeunte A.

P. 10.

P. 10. ῥητορικὴν] Editi ῥητορικῆς, quos correxi ex ABD, Medicaeo Junii et Feliciano.

P. 10. εἰς γραμματικὴν ἀκρίβειαν φέροντα] Infra p. 108. καὶ βιβλία γε αὐτοῦ διασώζεται, τὰ μὲν εἰς τὴν Ῥωμαίων γλῶσσαν, τὰ δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα φέροντα.

P. 10. τὰ δὲ εἰς φιλοσοφίαν, οὐδὲ τὰ περὶ λόγου κατάληπτον, οὔτε τὸν οἰκεῖον ἐφικτὸν λόγον] Locus difficilis. Scripsi ex B λόγου pro λόγους, et intelligo de decantato illo Platonicorum Λόγῳ. Valesius in notis manuscriptis legit τὸ περί: unde non video quid lucremur. Τὰ cum κατάληπτον potest defendi Platonico exemplo Parm. p. 160. A. ταῦτα δὲ ἀδύνατον ἐφάνη, ubi Heindorfius p. 280 similia notavit. Dio Chrys. Or. 27. p. 527. ποικιλώτερα τὰ τῶν πανηγύρεων. Haec est scriptura Reiskii, sed Morelliana ferebat ποικιλώτερον τά, et sic legi in codice 2958. — Valesius οὐδὲ mutabat in οὔτε quod non est necessarium: οὐδὲ — οὔτε stare recte possunt. Philostratus V. A. II. 14. τουτὶ γὰρ οὐδὲ ἡ φύσις ξυγκεχώρηκεν, οὔτε ἡ πεῖρα. Confer meam notam ad Philostr. 513. et Dorvillium ad Char. p. 641. Hinc frequens librorum varietas. Julianus Ep. 38. p. 415 A. οὐ γὰρ ὑπέμενον οὔτε ἰδεῖν τοσοῦτον, οὔτε (codex 2755. οὐδὲ) ἀκοῦσαι οὐδέν. Dio Chrys. Or. 30. p. 559. τοὺς μὲν γὰρ ἀσώτους καὶ ἀκρατεῖς οὔτε ὁρᾷν οὐδέν, οὐδὲ ἀκούειν οὐδενός. Codex 2958. οὔτε ἀκούειν. Sed hic praetulerim οὐδὲ ob repetitionem quaesitam in οὐδέν, οὐδέ, οὐδενός, de qua egi ad Philostr. p. 446.

Themiſtius Or. 26. p. 317. C. οὔτε αὐτὸς ὁ Θαλῆς, οὔτε (codex Duraeanus οὐδὲ) ἄλλος τις. Corayus, optimus Iſocratis editor, forte non debuit Panath. 28. p. 248. ſcribere οὔτε — οὔτε pro οὔτε — οὐδέ. Iſocrates adv. Soph. 6. habet οὔτ' ἂν — οὐδ' ἂν, et Antid. 4. οὔτ' — οὐδ': in quibus duobus locis Corayus a mutatione, non vero a reprehenſione formulae, abſtinuit. Confer Schaeferum ad Dionyſ. p. 36. 299.

P. 10. τελεταῖς καὶ μυστηρίοις] Haec quoque jungit Scholiaſtes ad Medeam 1382. τέλη λέγει τὰ μυστήρια καὶ τὰς τελετάς.

P. 10. παντομιγὲς πρὸς — χρῆμά τι γέγονεν] Editi habebant τι ante πρός. Delevi auctore D In fine γέγονεν pro γέγονε ſcripſi ex AB et Feliciano.

P. 10. καὶ τὸ κάλλος] Haec ſunt hiulca, nihilque juvant codices. Huetius conjicit ἐπαινέσειεν ἄν τις; ſed ſenſus erit imperfectus. Sic ego legerem: καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῶν λόγων οὐκ ἄν τις ἐπαινέσειε μᾶλλον ἢ τὰ δόγματα, ἢ τὰ δόγματα, πλέον εἰς αὐτὰ ἀπιδὼν, ἢ τὴν δύναμιν τοῦ λόγου. „ et orationis nitorem non magis laudave„ rit aliquis quam dogmata, vel dogmata, pro„ pius illis inſpectis, quam orationis vim." Sic procedit recte ſententia. Poſſis etiam ita diſtinguere: ἢ τὰ δόγματα πλέον, εἰς αὐτὰ ἀπ.

P. 10. γάμοις — Μάρκελλαν] Pro γάμος Plantini, Junius conjecit γάμοις, quod reperi in AB. De Marcella locus eſt diſertus Cyrilli contra Julianum VI. p. 209. B. Πορφύριος δὲ τὴν Μάρκελλαν ὑπερέγασθαι μὲν τῆς φιλοσοφίας φησὶν, εἰσοι-

κεῖ-

μεῖσθαι δὲ ἀσμένως καὶ συμβιοτεύειν ἑλέσθαι γαμικῶς. Toupius ad Long. p. 394. credit fuisse filiam Marcelli Orontii senatoris et auditoris Plotini.

P. 11. ἵνα — ποιήσηται] B ποιήσεται. Sic variatur apud Dionem Chr. Or. 53. fin. ἵνα — τοῦ μίσους καὶ τῆς ἐπιβουλῆς λήθην τινὰ ποιήσωνται. Morelliana habebat ποιήσονται.

P. 11. ἀφικόμενος εἰς γῆρας βαθὺ] Noster p. 93. ἐτελεύτα δὲ οὐκ εἰς βαθὺ γῆρας ἀφικόμενος. p. 46. εἰς γῆρας ἄνοσον ἀφικόμενον καὶ βαθύ. Philostratus V. S. I. 21. p. 515. διετέλεσε γὰρ δὴ καὶ ἐς γῆρας βαθὺ ἀπέρριος καὶ ἄρτιος. II. 7. ἐτελεύτα μὲν οὖν ἐν βαθεῖ γήρᾳ. Synesius Ep. 9. βαθὺ σε γῆρας καὶ λιπαρὸν περιμένειεν, ubi Scholiastes ad λιπαρόν: εὔθυμον, ἐννεάζον καὶ ὑγιεινὸν, ᾧ ἐναντίον τὸ ἄωρον. Sumpsit Synesius ex Homero Od. Δ. 210.

Αὐτὸν μὲν λιπαρῶς γηρασκέμεν ἐν μεγάροισιν.

Confer Schaeferum Melet. p. 52. Synesius Cat. p. 302. A. τί γὰρ ἂν τις αἰτιάσαιτο τὸν ἀναίτιον, ᾧ καὶ γῆρας βαθὺ καὶ νόσου καταβολὴ πολυχρόνιος τὴν συγγνώμην ἐμνηστεύσατο; codex 1038. ἐμνηστεύσαντο: 1039. ἐμνήστευσε. Photius Bibl. §. 101. εἰς βαθὺ γῆρας ἦν ἐληλακώς. Nicetas Chon. II. 13. κἀν τῷ βαθεῖ γήρᾳ τὴν ὄψιν νεοειδής. Adde Leonidam Tar. ep. 71. Anonymum epigr. ἀδέσπ. 404. Aristophanes N. 512.

Εὐτυχία γένοιτ' ἀν-
θρώπῳ, ὅτι προήκων
ἐς βαθὺ τῆς ἡλικίας;

quae

quae ob προήκων debebam conferre ad Philostrati Her. p. 104. καί τοι προήκοντος ἤδη ἐς ὠμὸν γῆρας. Nec distat Dio Cassius 37. 26. ἐς γῆρας ἤδη προεληλυθότα.

P. 11. μεταλαχεῖν τὸν βίον] Exspectares μεταλλάσσειν, ut p. 119. μετήλλαξε τὸ ζῆν. Et Julianus Or. I. p. 18. B. τὸν βίον μεταλλάξαντος. Lactantius I. 11. „ in Creta vitam commutavit." Reponendum μεταλλάσσειν, vel μεταλλαγεῖν: sed aoristi hujus activi exempla desidero.

P. 11. Παῦλός τε καὶ 'Ανδρόμαχος] Forte Paulus Aegyptius, qui vixit sub Constantino, Suida teste. De Andromacho, qui floruit sub Diocletiano, adi Suidam.

P. 11. βιβάζειν] Pro corrupto εἰκάζειν Wyttenbachius conjiciebat ἀκμάζειν. Scripsi βιβάζειν ex CD. Modo ex AB posui τοὺς δὲ pro τούς τε.

P. 11. Αὐρηλιανόν] B 'Αβρηλιανόν. De permutatione litterarum confer notata ad Philostr. Her. p. 481. 624. et Wyttenbachium epist. p. 20. Infra p. 74. pro πυρετῷ λάβρῳ B habet λαύρῳ.. Dionysius Perieg. 1090:

Λαβρότατον ῥόον ὠκὺν ἐπὶ νότον ὀρθὸν ἑλίσσων.

codex 2708. λαυρότατον, cum glossa adscripta σφόδρα. Praestat λαβρότατον tenere. Vide Dorvillium ad Char. p. 268. Alio modo λαβρότατοι variatur in eodem poëmate 1147.

Γαργαρίδαι ναίουσιν ὅθι χρυσοῖο γενέθλην
Δαιδαλέην Ὕπανίς τε φέρει, θεῖός τε Μέγαρσος,
Λαβρότατοι ποταμῶν.

codex 2708. ἀβρότατοι, quod est notandum, cum glos-

glossa, πλουσιώτατοι; hancque lectionem agnoscit Paraphrastes his verbis: πλουσιώτατοι καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῶν ποταμῶν. Itaque ἀβρότατοι praeferendum videtur. Noster p. 11. τῶν ἀβρῶν καὶ τῶν εὐδαιμόνων. ubi ἀβρῶν est pro πλουσίων. Lexicum Coislinianum p. 393. Ἀλφηστὴς, ὁ ἱβριστικός. Quis non videt statim reponendum esse εὑρετικός? Hinc patet quam apte Rutgersius Aristaeneto I. 21. ἀπολαύων dederit pro ἀπολαβὼν, Abreschiusque receperit. Julianus Epist. 37. p. 413. A. Φασὶ καὶ Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην. codex 2775 Φασὶ γὰρ (lege conjunctim καὶ γὰρ) Δ. τ. Αὐδηρίτην. Apud Philostratum quoque V. S. I. 10. Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης vocatur Αὐδηρίτης in codice 1696. Φευρουάριον et Φεβρουάριον notantur in scholio ad Lucianum Tim. 43: καλαύροψ et καλάβροψ in Scholio ad D. D. 20. 5. Arati Scholiastes Ph. 91. διὰ τὸ τῇ δεξιᾷ καλάβροπα φέρειν. Codex 2403. rectius καλαύροπα ἐπιφέρειν: et mox, καλάβροπα φέρων, ubi codex idem καλαύροπα. Confer Alberti Misc. crit. p. 232. In Latinis Scriptoribus eamdem reperiri mutationem jam notavi ad Heroica loco laudato: adi Casaubonum ad Spart. p. 5. B. et Hemsterhusium ad Lucian. t. 2. p. 331. Bip. Hoc vitio laborant aeque inscriptiones. Lapis Reinesianus p. 927.

MARTI
NE ET AN
GELVSA
BIBATES. VIVATIS

VI-

VIVATIS explicatio est vocis barbarae BIBATES et ab inscriptionis serie delenda. BIXIT, BIBVM et similia saepe leguntur pro VIXIT, VIVVM. Graecum κολοβὸν latinis litteris repraesentatum abiit in *colophon* apud Mallium Theodorum. Heusingerus, cujus et Ruhnkenii vide notam p. 30, scripsit *colobon*, minus recte, ni fallor. Mallio sua fuit linquenda orthographia; non elementa, sed sonum voluit exhibere, latinis signis utens; jam qui *colobon* latine scriptum legit, nec latinam vocem videt nec graecam.

P. 11. Δέξιππος] De Dexippo Jonsius H. P. III. 17. §. 4. et SAINTECROIX ὁ κριτικώτατος *Exam. des Histor.* p. 60.

P. 11. τῶν ἀβρῶν καὶ τῶν εὐδαιμόνων] Haec sunt fere tautologa. Εὐδαίμων *dives*. Lexicum codicis 1726. Εὐδαίμων· εὐτυχὴς, πλουσιώτατος. Noster p. 34. διὰ δὲ εὐδαιμονίαν ἐπὶ τετρακύκλου ὀχήματος ἐφέρετο. p. 59. ἦν μὲν γὰρ ὁ Κλέαρχος ἐκ Θεσπρωτῶν τῶν εὐδαιμόνων. Timaeus Athenaei VI. 103. ἔφη οὕτως εὐδαιμονῆσαι τὴν Κορινθίων πόλιν, ὡς κτήσασθαι δούλων μυριάδας ἓξ καὶ τεσσαράκοντα. Dio Chrysſ. Or. 30. p. 553. καὶ οὐδέν γε παρὰ τοῦτο ἔλαττον κακοπαθεῖν καὶ συνέχεσθαι τῷ αὐτῷ δεσμῷ τοὺς εὐδαίμονας καλουμένους, τῶν πενήτων τε καὶ ἀδόξων. p. 557. ὑπὸ τῶν εὐδαιμόνων τε καὶ πλουσίων καλουμένων ἀνδρῶν. Eo sensu urbes perpetuo dicuntur μεγάλαι καὶ εὐδαίμονες. Quaedam huc facientia habet Salmasius ad Achill. Tat. VIII. 4. Confer Cuperum Obss. III. 1. ubi et

La-

Latinorum *beatus* pro *divus* illustratur. Juvenalis. I. 39.

„ Nunc via processus, vetulae vesica *beatae*.”
ubi Grangaeus. Valerius Flaccus I. 25.

„ Atque imum *felix* versabat vomere Olympum.”
ubi Bulaeus.

P. 11. *εὐδαιμόνων*] Arcerius qui hanc Eunapianam vitam suae Jamblichi editioni praefixit, addendum censet *γονέων*; sed non est audiendus.

P. 11. *κατὰ τὴν Κοίλην προσαγορευομένην*] Arcerius in textu addidit *Συρίαν*, non credens *τὴν Κοίλην* sic nude posse dici. Sed falsus fuit. Eodem modo lapsus est Galeus, in editione hujus vitae ante Iamblichum. Pomponius Mela I. 11. „ Syria . . . aliis aliisque nuncupata nominibus. „ Nam et *Coele* dicitur et Mesopotamia.”

P. 11. *Ἀνατολίῳ*] quis fuerit hic Anatolius fere ignoratur. Vide Bruckerum H. P. t. 2. p. 260.

P. 11. *τῷ . . τὰ δεύτερα φερομένῳ*] Editi *τῶν . . φερομένων*, quod correxi, praeeunte Valckenario ad Herod. p. 727. ubi locutionem *τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα φέρεσθαι* illustrat: contra quem et Hemsterhusium Jacobsius ad Anth. t. 6. p. 311. et t. 8. p. 185. contendit *πρῶτα φέρειν* potuisse dici; nam Astydamas dixit:

οἳ γλώσσης τερπνῆς πρῶτα δοκοῦσι φέρειν.

Adde Nicetae Chon. exemplum p. 10. C. *ἐφελκυσάμενος οὖν τόνδε τὸν τρόπον τινὰς τῶν παρ' αὐτοῖς τὰ πρῶτα φερόντων.* Nicetas quidem est recentior, non vero Astydamas; nec Parrhasius sic et ipse locutus.

P.

P. 12. οὐκ ἔστιν ὅ, τι καὶ Π. διήνεγκεν] Wyttenbachius legendum proponit οὐκ ἔστιν ὅ, τι οὐ καὶ Π. δ. et vertit: „ nulla non in re Porphyrio su„ perior fuit." Galeus: οὐκ ἔστιν ὅ, τι μὴ Πορφυρίου δ. Codices nihil mutant, nisi quod in A ὅ, τι recte scribitur pro edito ὅτι. Διήνεγκεν verterim *differebat*.

P. 12. αὐτοῦ — βέβαπται] Editi αὐτῶν. Vulcanius in notulis cum Arcerio communicatis αὐτῷ proposuit, quod et Wyttenbachius conjecit, et Corayus. Scripsi autem αὐτοῦ ex AB. Pro Plantini κέκαπται Wyttenbachius legit κέκαμπται, ut et Corayus Galeusque; nec aliter locum laudat Spanhemius ad Jul. Caes. Pr. p. 22. Junius volebat κέκασται, quod Arcerius praeferebat Commelinianae lectioni βέβαπται. Codices habent βέβαπται.

P. 12. λευκότητι] Heliodorus VII. 20. p. 290. ἀναγκάζεται καὶ λευκότερον διαλεχθῆναι. Strato Athenaei IX. 29. vs. 36.

οὐχὶ λευκὰ σὺ
ἐρεῖς σαφέστερόν θ' ἃ βούλει μοι λέγειν;

Vide ibi Casaubonum. Idem in notis ad Gregorium Nyss. p. 71: „ sed non multos huic si„ miles locos in hoc nobilissimo scriptore inve„ nias, cui familiaris virtus *perspicuitas* et τὸ „ λευκὸν τοῦ λόγου." Noster p. 18. contraria metaphora: τὰ γεγραμμένα δὲ ὑπὸ τῆς συνθήκης ἐμελαίνετο: ubi vide notam. Confer quae adnotavi in addendis ad Athenaeum t. 8. p. 468. et Spanhe-

hemium ad Jul. Caes. Pr. p. 16. — Caeterum Arcerius hoc de Jamblicho suo judicium nullo modo censet recipiendum.

P. 12. οὐ τέθυται χάρισιν] „ Platonis istud dic„ tum ita refert Laertius [IV. 6.]: Ξενόκρατες, „ θύε ταῖς Χάρισιν." JUNIUS. „ Ut conciliaret „ sibi in dicendo leporem. Gratiae autem Mer„ curii comites esse finguntur." HUETIUS. Jam egi de hoc loco ad Philostr. p. 509. ubi quam laudo Vulcanii nota, est inter Arcerianas. Vide Menagium ad Laertii locum. Potest conferri Philostratus V. S. II. 26. 2. ἐπὶ τὴν Σμύρναν ἐτράπετο, θύουσαν δὴ μάλιστα πόλεων ταῖς τῶν σοφιστῶν μούσαις. — Τέθυται, quod in Nostri loco Vulcanio non placebat, habet Lucianus Saturn. I. σοὶ τέθυται καὶ κεκαλλιέρηται παρ' ἡμῶν. Haec ait sacerdos bono illi Saturno, cujus verba sanare volo, Epist. Saturn. 25. Sic eduntur: θαυμάζω γάρ σε, εἰ μόνος τῶν ἁπάντων ἀγνοεῖς, ὡς ἐγὼ μὲν πάλαι βασιλεὺς ὢν, πέπαυμαι εἷς ὢν τοῖς παισὶ διανείμας τὴν ἀρχήν. Negotium facessebant interpretibus syllabae binae εἷς ὢν, quas Solanus exulare jussit. Servandae sunt, modo paululum immutentur. Lego: πάλαι βασιλεὺς ὢν πέπαυμαι, ἴσον τοῖς π.

P. 12. οὔκουν] Scripsi ex A. pro οὐκοῦν.

P. 12. γοητεύει] P. 99. γοητεύοντος τὴν ἀκοήν. Sic saepe loquitur Plato. Vide Ruhnkenium ad Tim. p. 73.

P. 12. Σώπατρος] Multa in Aedesio de Sopatro Noster narrabit. Confer Bruckerum H. P. t. 2. p. 262.

P. 12. Αἰδέσιός τε καὶ Εὐςάθιος] Aedesii vita infra legetur: adde Bruckerum p. 270. — Et de Eustathio Noster loquitur in Aedesio, Bruckerusque p. 273.

τῷ τε βασ. Huetius proponit, τῷ τότε, quod legitur in Commeliniana et Stephaniana. Codices mei τῷ τότε. Wyttenbachius, qui hanc sententiam interpretatus est in Epistola et in notis ad Selecta p. 400. prima vice legit, δήμῳ καὶ τῷ τότε β., altera, δημῷ, τῷ τε βασ., vertitque loco priore: „ Sopatrum interfecit Socraticae similem causam „ ei inferens, at Constantino tanto plus adferen„ tem ignominiae, quantum rex ab indomita ple„ be differt:" posteriore autem: „ Ablabius in„ terfecit Sopatrum criminis condemnatum: cujus „ criminis accusatio multo majorem habet stupo„ ris significationem, quam Atheniensium adver„ sus Socratem crudelitas: ac tanto quidem ma„ jorem, quanto regem temerariae plebi praestare „ decet." Equidem a viro longe doctissimo dissentire audeo, servatoque codicum τότε, sic verba capio: Nempe hanc in Sopatrum accusationem fuisse absurdiorem veteri illa in Socratem, quippe quae Socrati fuerit illata per temerariam plebem tunc temporis quasi regnantem. Planius dixisset: ὥσπερ ἀτάκτου δήμου τοῦ τότε βασιλεύοντος. Sed nonnunquam dativus ponitur absolute, ut Latinorum fuit mos. Athenaeus I. 39. Τέλεσις δὲ, ἢ Τελέσης, ὁ ὀρχηστοδιδάσκαλος, πολλὰ ἐξεύρηκε σχήματα, ἄκρως ταῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα δεικνυούσαις. Plutarchus Conf. §. 28. ἔχομεν γὰρ τὸ ζῆν, ὥσπερ παρακαταθεμένοις θεοῖς ἐξ ἀνάγκης: ubi Editor praestantissimus dativum esse absolutum ad-

notavit, pro genitivo. In Nostro p. 109. τοῖς πρώτοις θεωμένοις absolute posita sunt. Porphyrius V. Plot. c. 2. τελευτῶντι δὲ αὐτῷ, ἐγὼ μὲν ὁ Πορφύριος ἐτύγχανον ἐν Λιλυβαίῳ διατρίβων.

P. 25. ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου] Non magnopere desiderandum est hoc Eunapii opus, si Suidae judicio credimus: Κωνσταντῖνος ὁ μέγας Βασιλεὺς, περὶ οὗ γράφει Εὐνάπιος φλημνάφους, καὶ παρῆκα αὐτοὺς αἰδοῖ τοῦ ἀνδρός. Historiam suam non semel in hoc superstite libro memorat Eunapius: loca collegit Jonsius H. P. III. 17. §. 4. ubi quoque plura huc pertinentia legere est.

P. 25. διαδεξάμενος δὲ] Addidi δὲ ex conjectura. Particulam loci ratio postulare videbatur.

P. 25. ἀκριβέστερον] B ἀκριβέστατον. Confer p. 195. de hac permutatione. Infra p. 112. in eadem periodo scripsit τὰ κάλλιστα καὶ γλυκύτερα τῶν μελῶν jungens comparativum simul et superlativum.

P. 25. εἰς τὴν ἑῴαν] Editi εἰς τὴν νεβίαν. Junii conjectura Νεσίβιν, placuit Spanhemio ad Jul. p. 161. Sed Codices ἑῴαν dederunt, excepto Veneto, in quo ἴβιαν. Eusebius V. C. I. 48. περὶ τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν τρυχομένων ἐθνῶν. Philostratus V. S. II. 11. p. 591. Ἀκύλας ὁ ἐκ τῆς ἑῴου Γαλατίας. Olearius pravo fretus Hesychii loco textum sincerum esse putat; siletque Toupius Em. 4. 222. Sed Valesius Em. 3. 10. optime conjecit ἑῴου, quod inveni in codice 1696.

P. 26. ἑταιρικὸν] Vir doctus ad marginem libri

C adſcripſerat: „ interpres [Iunius] vertit: *aliosque adminiſtratores ſurrogat:* quod non placet. Ego potius exiſtimem pro praetoriana aliam praefecturam Ablabio delatam dicere Eunapium. Et ſane ἑταιρικὸν ad milites refertur; ut apud Polybium libr. 2. p. 42. [c. 17. §. 12.] ubi de Galatis: περὶ δὲ τὰς ἑταιρείας μεγίστην σπουδὴν ἐποιοῦντο, διὰ τὸ καὶ φοβερώτατον καὶ δυνατώτατον εἶναι παρ' αὐτοῖς τοῦτον, ὃς ἂν πλείστους ἔχειν δοκῇ τοὺς θεραπεύοντας καὶ συμπεριφερομένους αὐτῷ: ubi ἑταιρείας expono συστήματα." Equidem in Polybii loco ἑταιρείας expoſuerim illas clientelas, de quibus Tacitus G. 12. „ Eliguntur in iisdem conciliis et principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni ſingulis ex plebe *comites*, conſilium ſimul et auctoritas adſunt. 13 .... Nec rubor inter *comites* aſpici .... magnaque et *comitum* aemulatio, quibus primus apud principem locus; et principum, *cui plurimi et acerrimi comites. Haec dignitas, hae vires, magno ſemper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello praeſidium. Nec ſolum in ſua gente cuique, ſed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria eſt, ſi numero ac virtute comitatus emineat.*" Ad rem: Noſtri verba potius ſic interpretarer: „ alios circa ſe ſocios." Pro αὐτὸν, tunc voluerim αὑτόν.

P. 26. τὰ περὶ Βιθυνίαν χωρία πάλαι — ἔχοντα] Edi-

Editi τὰ π. Βιθυνίᾳ πάλαι: quod correxi ex AB et Veneto. Sed deest insuper aliquid ad loci integritatem. Forte legendum, ἀμφὶ τὰ περὶ B. χωρία.

P. 26. βασιλικάς τε καταφυγὰς] Gallice ad verbum: „des *retraites* royales." Et Hispani reges villam habent vocatam, *el buen retiro.*

P. 26. διέτριβεν ἐν ἀφθόνοις] Cum Plantinus omisisset ἐν, Junius conjiciebat ἀφθόνως. Sed praepositionem restituit Commeliniana, faventibus codicibus. Demosthenes Ctes. p. 541. Aug. ἐν ἀφθόνοις τραφείς. p. 449. ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις διήγαγεν ὑμᾶς. Julianus Or. I. p. 8 D. ἐξ ὧν ὑπῆρχε τῇ πόλει μὲν ἐν ἀφθόνοις εἶναι. Porphyrius V. Pyth. 10. βιοῦντα δ' ἐν ἀφθόνοις. Callimachus ep. 43.

Τὴν Φρυγίην Αἴσχρην, ἀγαθὸν γάλα, πᾶσιν ἐν ἐσθλοῖς
Μίκκος καὶ ζωὴν οὖσαν ἐγηροκόμει.

P. 26. ἀποδιδόναι] B ἀποδοῦναι.

P. 26. καὶ ὃς μάλα] Sic scripsi ex AB pro ὡς. Adnotator ad librum C: „malim ὃς, id est, αὐτός:" ad librum D: „ὃς praestat, id est, αὐτός." Infra p. 224. similis est permutatio.

P. 26. φοβερὸς — ἔφασαν] CD φοβερὸν — ἔφησαν. Mox B, αὐτοὶ τὰ μέν.

P. 26. τῇ γνώμῃ διῃρμένος] Haec est Plantini lectio optima, quam deinde male mutavit Commelinus in διῃρημένος, cui favent CD. Et AB recte διῃ-

διῃρμένος. Jamque διῃρμένος legendum monuerat Heynius, teste Bastio Epist. Crit. p. 255. et Append. p. 56. ubi de διαίρειν et διαιρεῖν confusis agit. Exemplis, quae ibi dedit vir doctissimus formulae διαίρειν τὸ στόμα, plurimis duo nunc mihi liceat addere. Theodorus Prodr. Rhod. I. p. 34.

Χείλη πεταννὺς καὶ διαίρων τὸ στόμα.

Synesius Dion. p. 55 D. διάραντα μόνον, ὥσπερ ἀνδριάντα, τὸ στόμα καὶ τὴν χεῖρα: vide Petavium. Codex 1039. habet διαίροντα. Memini loci Suidae sic concepti: Διάρας· διατείνας τὸ ὄμμα εἰς οὐρανόν. Legerem: Διάρας· διατείνας. „Διάρας τὸ „ὄμμα εἰς οὐρανόν." Nam διατείνας est scholium ad διάρας, nec in ipso fragmento sedem habere debet. Διαίρειν de oculis dici firmat lexicographus a Bastio ibidem adlatus. His lectis, Bastius mihi indicavit Phavorini locum meam Suidae emendationem omnino firmantis: Διάρας τὸ ὄμμα εἰς οὐρανόν, ἀντὶ τοῦ διατείνας.

P. 26. οἱ δὲ συγχωρηθέντες εἰσελθεῖν — καὶ ἀντὶ τῆς ἀλουργίδος] Editi: οἱ δὲ ἐχωρηθέντες, καὶ ἀντὶ τῆς ἀλ. Lacunam supplevi ex ABCD, Veneto et Barberiniano Dorvillii ad Char. p. 602. Συγχωρηθέντες codicis A praetuli τῷ caeterorum ἐγχωρηθέντες. Venetus ἐσχωρηθέντες. Barberinianus εἰσῆλθον.

P. 26. πορφύρεον θάνατον] Homerus Il. E. 83.

—— τὸν δὲ κατ' ὄσσε

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Artemidorus I. 77. ἔχει γάρ τινα τὸ πορφυροῦν χρῶμα

μα συμπάθειαν καὶ πρὸς τὸν θάνατον: ubi vide Reiskium.

P. 26. κρεουργηδὸν — κατακόψαντες] P. 63. πάντων δὲ πανταχόθεν ἁρπαζομένων καὶ κατακοπτομένων, ὥσπερ ἀλεκτορίδων ἐν ἑορτῇ καὶ συμποσίῳ κοινὴν εὐωχίαν ἔχοντι: Quae gemella sunt. P. 67. οἱ δὲ ὑπὸ τῶν βαρβάρων κατεκόπτοντο. Ibid. κατακοπεὶς δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων. Incertus de Captivitate Persica p. 332. ἕτερος δίκην προβάτου ἐν μακέλλῳ εἰς πολλὰ μέλη κατεκόπη: malim μέρη. Suetonius Aug. 15. „ *hostiarum more* mactatos:" ubi vide Casaubonum. — Κρεουργηδὸν Junius vertit *frustatim*. Cum adverbia in δὸν exeuntia *modum et rationem* (confer Belinum ad Oppian. Cyn. III. 208. p. 224.) significent, κρεουργηδὸν proprie verteris: „ ad modum carnium edulium, quae per frusta „ dissecantur.

P. 26. τῆς Προνοίας] His usus est Pricaeus ad sequentia Apuleii verba M. II. p. 140: „ Providentia Deum, quae nihil impunitum nocentibus „ permittit."

P. 27. ἐπί τινα μαντείαν] CD τιναν.

P. 27. ὁ δὲ ἀνακαλύψας ἔτι τὰ βλέφαρα καὶ περίφοβος ὢν ἔτι] B sine ὁ δέ. Wyttenbachius conjicit, ἀνακαλύψας ἄρτι, quod est ingeniosum, sed non valde necessarium. Leonidas Tar. ep. 41.

Τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων ἔτι:

ubi pariter ἔτι aoristo jungitur. Offendebat proculdubio virum doctissimum adverbii repetitio. Sed

Sed talia Eunapium non morabantur. Scriptor majoris elegantiae Philostratus H. p. 26. κἂν μειρακίῳ ἔτι· παῖς μὲν γὰρ ὢν ἔτι. — A pro περίφοβος habet περιδεής.

P. 27. τὸν μὲν νοῦν] Recepi conjecturam felicissimam Wyttenbachii: ante legebatur: τῶν μὲν οὖν. Libanius ep. 18. p. 7. τίς οὖν ἦν ὢν ἐπέστελλον ὁ νοῦς; Codex 3002. τίς οὖν ἦν ὁ νοῦς ὧν ἐπήγγελλον; Lucianus Prom. 3. καὶ ἴσως οὗτος ὁ νοῦς ἦν τῷ λελεγμένῳ. Nigr. 8. αὐτὸν ὑπ' ἀσθενείας τὸν νοῦν διαφθείρων. Noster p. 72. οὐ γὰρ ἠπίστατό γε αὐτὸ Τουσκιανὸς, τὸν δὲ νοῦν ἔφραζεν. Mox τόν τε νοῦν τῶν λεγομένων καταπεπληγμένου. Plutarchus V. Dem. §. 4. πνεύματος κολοβότης ἐπιταράττουσα τὸν νοῦν τῶν λεγομένων τῷ διασπᾶσθαι τὰς περιόδους. Οὖν et νοῦν permutantur apud Themistium Or. 18. p. 20 B. πάσχω οὖν ὥσπερ οἱ λίχνοι τῶν δαιτυμόνων· ἀπογεύομαι ἀεὶ τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἁρπάζων. Codex Valesianus, πάσχω νοῦν, quod utique praetulerim: idem non habet posterius ἀεὶ, sed si alterutrum delendum est, quod vix puto, prius delerem. In altero sensus est exquisitior ille, de quo verbo monuit Valckenaerius Adon. p. 197 C. 273 A.

P. 27. ὑπερφυὲς καὶ οὐρανόμηκες] P. 38. δῶρον οὐρανόμηκες καὶ τῶν ἀστέρων ἐφικνούμενον. P. 73. πάνυ μεγάλα καὶ οὐρανομήκη. Aristophanes N. 459.

Κλέος οὐρανόμηκες
Ἐν βροτοῖς ἕξεις:

ubi

ubi Scholiastes: οὐραν. μέγιστον. Post Aristophanem, κλέος οὐρανόμηκες dixerunt auctores Epigrammatum ἀδεσπ. 211. 505.

P. 27. περιέφευγεν — διωλίσθαινε] CD περιέφυγεν. Editi διολίσθαινε, quod correxi ex A.

P. 27. κατάπλεως] B κατάπλεος. — Statim ὡς e conjectura scripsi pro ὅς: vide supra p. 220. Εἶναι quod sequitur non legitur in B.

P. 27. ἐπὶ νήμασι νήματα] „ Μοιράων νῆμα occurrit etiam in Elegia Phanoclis ap. Clem. Alex. „ Vide Ruhnk. Ep. Crit. p. 299. coll. Valcken. Adon. p. 372." WAGNERVS.

P. 27. Ἦν δ' αὖ ποιμαίνῃς] Codices mei et Barberinianus Dorvillii ad Char. p. 602. δ' αὖ dederunt, pro δὴ edito. Praecedenti μὲν bene opponitur δ' αὖ: vide notata ad Philostr. H. p. 445. Illustrationem verbi ποιμαίνειν pete ab Alberto obss. Phil. Nostri loco et aliis utente ad Matthaei II. 6. ἡγούμενος ὅστις ποιμαίνει τὸν λαόν μου. Dio Chrys. Or. 56. p. 290. οὐκ ἂν ἔχοιμί σοι εἰπεῖν, εἰ ποιμένας μόνον ὀνομάζει σύμπαντας τοὺς τῶν ζώων νομέας, οὐ μόνον γε τῶν ἀλόγων, ὦ ἄριστε, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων. Lege e codice 2958. εἰ ποιμένας ἄμεινον ὀνομάζειν. Vestigia bonae lectionis insunt editioni Venetae, in qua ἃ μόνον.

P. 27. Ἔμμεναι — ὁ δὲ ἑπόμενος] Editi Ἔμμεναι ἀθανάτοισιν· ὁ δὲ ἑπόμενος. Lacunam explevi ex ABCD et Barberiniano.

P. 27.

P. 27. Αἶνον δέ τοι ὧδε νένευκεν] Callimachus H. P. 104. Μοιρᾶν ὧδ' ἐπένευσε λίνα.

P. 27. ὥσπερ ἵπτεσθαι] Wyttenbachius proponit οἷπερ, citra necessitatem. — Mox ex AB et Barberiniano recepi συνηπείγετο pro edito συνεπάγετο. CD συνεπείγετο.

P. 28. λόγων δεομ. ἢ παιδείας] Addidi ἢ ex Codicibus. BCD vitiose λέγων. Statim B προκαταχεχυμένη.

P. 28. ἀνιχνεύοντες αὐτ. περιεστήκεσαν, ὥσπ. κύνες ὠρυόμενοι περὶ τὰ πρόθυρα] De metaphora vide supra p. 144. Lucianus D. Mort. X. 13. ἀκούση τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομένων οἴκτιστον ἐπ' ἐμοί. — Ὠρύεσθαι proprium est canibus. Zenodotus apud Valcken. ad Ammon. anim. p. 229: ὠρυγὴ κυρίως ἡ τῶν κυνῶν φωνὴ, καὶ ὠρύεσθαι. Dicitur et de Lupis, teste eodem. Adde Casauboniana p. 57. — Plantinus περιηστήκεσαν. Commelinus περιηστήκησαν. Quod scripsi obtulerunt ABCD. — Mox pro ἐπὶ τὰ ὄρη, A περὶ τ. ὄρη.

P. 28. τῶν ἐκείνῃ] De ἐκείνῃ sine praepositione et nomine, jam egi ad Phil. H. p. 355. 414. Noster p. 53. ἵνα βασιλεύῃ τῶν ἐκείνῃ: et sic p. 42. 79. 89. Idem apud Suidam in Πρόβολος: πρὸς τὰς ἐκείνῃ τῶν Οὔννων ἐμβολάς. Philostratus V. A. I. 25. p. 33. γυνὴ γὰρ λέγεται Μήδεια τῶν ἐκεῖ ποτὲ ἄρχουσα. Photius ἐκείνῃ, quod praetulerim, et sic fuit olim in codice 1696, sed nunc ἐκεῖ legitur post rasuram. V. S. II. 3. p. 567. κἀξηρτημένῳ

πᾶν τὸ Ἑλληνικόν. Codex Olearianus πᾶν τὸ ἐκείνῃ Ἑλλην: quod habet codex 1696, sed ex additione emendatoris. Jacobsius ad Athen. p. 303. mallet ἐκεῖ. Philostratus ibid. 16. p. 596 ἐς τὴν Ῥώμην καὶ τὸν ἐκείνῃ θρόνον. Sic codex 1696 e correctione; ante fuit ἐκεῖθεν. Diogenes Laert. Thal. 43 πλώσαντές δὲ ἐς Αἴγυπτον, ὁμιλήσαντες τοῖς ἐκείνῃ. Adde Schaeferum ad Ellipf. p. 520.

P. 28. ἀφεστήκεσαν] Sic codices pro ἐφεστήκεσαν, Wyttenbachii conjecturam firmantes.

P. 28. προτεινούσης αὐτῷ] Ante αὐτῶν. Junius et A αὐτῷ.

P. 28. ἐν τῷ παλαιῷ Περγάμῳ] P. 38. περὶ τὴν Ἀσίαν καὶ τὸ παλαιὸν Πέργαμον διέτριβε. Barberin. et Ambrof. Carpzovii Spec. p. 23. ἐν τῷ καλῷ Π.

P. 28. Πρόσχωροι] Lexicum Cyrilli: πρόσχωρος: *adjacens*.

P. 28. ἡ δόξα τῶν ἄστρων ἔψαυεν] AB ἔψαυεν quod praetuli vulgato ἔψαυε, in fine sententiae. Locutio ipsa est inter notissimas. Potest conferri Aristaenetus I. 11. καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐδόκει τῇ κεφαλῇ ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ. Synesius Ep. 57. p. 198 B. τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἐξαράσσειν ἐπιχειρεῖ. Adde notata Westono ad Horatium I. Od. 1. extr. et Gevartium ad Stat. S. I. 2. 212. Propius ad Nostri verba accedunt haec Fenelonii, qui se prorsus ad veteres composuerat, *Télém.* II. „Tu reverras Ithaque, *et ta gloire montera* jusqu'aux „astres."

P. 28.

P. 28. παραλιπεῖν τὰ] Plantinus τε. Junius et codices τά.

P. 28. ὀφθῆναι καὶ εἶναι] Hanc antithesim illustravi ad Her. p. 555. Dio Cass. XXXVIII. 12. p. 158. πρὸ τοῦ χρηστὸς εἶναι, δοκεῖν θηρώμενος. Satis ingeniose Noster de Rufino apud Suidam in Εὐτρόπιος: ὁ μὲν γὰρ Ῥουφῖνος ἀνήρ τε ὢν ἢ δοκῶν. Damascius Photii p. 1031. extr. οὐ δοκεῖν δὲ δίκαιος ἀλλ' εἶναι ἤθελε, βαθεῖαν τῷ ὄντι καὶ αὐτὸς αὔλακα διὰ φρενῶν καρπούμενος. Confer Martinum V. L. II. 4. Toupius quoque potest videri ad Long. §. 39. 4: ubi fateor me Weiskii argumentis non multum moveri et lectionem Toupianam τῷ δοκεῖν malle, cui etiam favet Eliensis margo.

P. 28. οὐκ ἔξω γοητείας] Confer notam ad Phil. Her. p. 524.

P. 28. ἐπήνθει] P. 49. τοσαύτη τις εὐκολία καὶ χάρις ἐπήνθει τοῖς λόγοις. Longinus §. 30. κάλλος, βάρος, ἰσχὺν, κράτος — τοῖς λόγοις — ἐπανθεῖν. Plato Leg. IV. p. 827 F. ὅπερ εὐθὺς παισὶ καὶ θηρίοις — ξύμφυτον ἐπανθεῖ. Photius p. 1457. de Isocratis orationibus: ἐπανθεῖ αὐτοῖς οὐ μόνον ἔμφυτον, ἀλλὰ καὶ κομμωτικὸν κάλλος. Ernestus Lex. Tech. Gr. in Σειρὴν, haec allegans verba, scribit ἐπλύνθη, errore vel calami vel oculorum.

P. 29. τοῦ λωτοῦ] Plantinus τοῦ λ. compendio non intellecto. De re vide notam ad Philostr. Her. p. 582: Jacobsium ad Anth. Ep. ἀδέσπ. 335. Ammianus Marc. XIV. 6. „ ingenuos advenas pleri-

„que nobilium (*ut Homerici baccarum suavita-* „*te Lotophagi*) humanitatis multiformibus offi- „ciis retentabant?"

P. 29. τῶν μουσικῶν οὐκ ἀπεῖχε Σειρήνων] Comparatio apud scriptores, in primis Sophistas, frequentissima: Vide Cresollium Th. Rh. I. 9. p. 64. Nostri non immemorem; Bodenum ad Achill. Tat. III. 10. p. 268. ubi quae dicit de loco Philostrateo confer cum mea ad H. nota p. 351; Pontanum ad Theophyl. Sim. H. p. 221; Jacobsium Anth. t. 12. p. 168. 179. 296; Ernestum Lex. Techn. in Σειρήν. Julianus Or. II. p. 52 D. τίνι δή ποτε τῶν ὑπὸ τῆς Ὁμηρικῆς ὑμνουμένων σειρῆνος εἴξομεν; Forte σ'εἰκάσομεν, pro εἴξομεν?

P. 29. ὥστε ὁ Βασιλεὺς αὐτὸν] Huetius putat excidisse μετεκαλέσατο, ἢ ἄλλο τι. Nihil variant codices. Μετεκαλέσατο potius quam aliud quid periisse crediderim; nam infra, μετεκλήθη τε οὖν ἐκ τοῦ βασιλέως.

P. 29. περιειργασμένου] Verbum optime illustratum a Toupio Em. t. 2. p. 51.

P. 29. ἐξαπιναίως] C ἐξαπευθέως. P. 111. τῶν μὲν ἐξαπιναίως κατεπτηχότων.

P. 29. ᾐρημένοι καὶ κατακεκηλημένοι] Venetus male ᾐφημένοι. Alterum verbum correxi ex A, et Wyttenbachii conjectura, pro editorum vitioso κατακεκλημένοι. Heliodorus I. 23. ὑπὸ δὲ τῶν λόγων, ὥσπερ τινὸς σειρῆνος, κεκηλημένος. Longinus §. 30. ἡ τῶν κυρίων καὶ μεγαλοπρεπῶν ὀνομάτων ἐκλογὴ

γὴ θαυμαςῶς ἄγει καὶ κατακηλεῖ τοὺς ἀκούοντας.

P. 29. τινὰ Ἕλληνα ἄνθρωπον] „ Non Christia-„ num, veteri relligioni addictum."

P. 29. εἰώθεσαν] Plantinus εἴρεσαν. Junius conjiciebat εἰώθεσαν: Commelinus vitio operarum εἰώθησαν, quod non mutavit Stephanus. Codices εἰώθεσαν.

P. 29. ςρατοπεδάρχας] P. 90. προσέθηκε τὸ μέγιςον τῶν ἀξιωμάτων, ςρατοπεδάρχην ἐπιτρέψας καλεῖσθαι. Confer de officio *magistri armorum* Valesium ad Ammian. p. 119.

P. 29. μετεκλήθη τε οὖν ἐκ τοῦ βασ.] Plantinus μετεβλήθη. Junii conjecturam μετεκλήθη firmant Codices. De β et κ commutatis vide Bastium Epist. App. p. 24. — B αὐτοῦ pro ἐκ τοῦ.

P. 29. τοσαύτη τις ἐπῆν ἀφροδίτη τοῖς χείλεσιν] P. 47. τοσαύτη τις ἀφροδίτη τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθητο: ubi vide notam. P. 112. ἥ τε ἐπὶ τούτοις ἀφροδίτη τῶν ῥημάτων κατέθελγε τὸν ἀκροώμενον. P. 12. εἰς ἀφροδίτην αὐτοῦ καὶ χάριν τὰ λεγόμενα βέβαπται. P. 10. πολὺ γὰρ τὸ ἀκύθηρον — ἐπιτρέχει τοῖς λόγοις: ἀκύθηρον, Latinis *invenustum*, pari vocis origine et forma. Horatius A. P. 42.

„ Ordinis haec virtus erit, et *venus*, aut ego „ fallor."

Confer Ernestum Lex. Techn. Lat. in *Venus*, Gr. in χάρις.

P. 29. πεμφθῆναι, ἀξιωμάτων τε] Venetus πεμφῆναι, ut Plantiniana. BCD non τε.

P. 29. τινὲς αὐτῷ καὶ ἐθελονταὶ συνεξώρμησαν],

BD αὐτῷ τε καὶ ἐθέλοντι. Forte ἐθελοντί. C ἐθέλοντα. Venetus, συνεξώρμησθεν.

P. 30. μείζονα διάπειραν θέλοντες λαβεῖν] Pro διάπειρα: sic conjecit Junius, adstipulantibus codicibus. Hoc loco uti debuissem supra p. 185. vel p. 161. Eusebius V. C. I, 26. οἱ πεῖραν λαβεῖν θελήσαντες.

P. 30. ὡς δὲ εἰς τὴν τῶν Π. χώραν] Plantinus δεῖν εἰς τὸν Π. quod mutaverunt Junius et Commelinus in ὡς δὲ εἰς τὴν Π. Venetus εἰς τῶν Π. Utrumque articulum recepi. Lucianus Lap. 32. σὺ δὲ τὴν Σωκράτου γυναῖκα τοῦ μαθητοῦ ἐμοίχευες. Codex 1041. σὺ δὲ τοῦ Σ. Legerem σὺ δὲ τὴν τοῦ Σ. Theophylactus Sim. ep. 2. οὐ γὰρ ταῖς σιμβλων αὐτὸν ἀπαρχαῖς ἐτιμήσαμεν. Codices 2991 A. 3047. οὐ γὰρ τῶν σ. Unde reponerem: οὐ γὰρ ταῖς τῶν σ. Idem ep. 61. ἐπειδή σοι πολλὰ καὶ θαυμαστὰ παραινέσαντες τὸν Πηνελόπης ἐδόξαμεν ὑφαίνειν ἱστόν. Lego e codice 2991 A. τὸν τῆς Π. Philostratus V. S. I. 11, p. 495. Νεοπτολέμῳ τοῦ Ἀχιλλέως. Codex 1696. N. τῷ Ἀχ. Legerem: N. τῷ τοῦ A. Confer notam meam ad Her. p. 343. Sed priore tantum parte utaris, si tamen tanti est: nam in altera prorsus erravi credens Regem Persarum, κατ' ἐξοχὴν Graecis semper vocari ὁ βασιλεύς, cum et sine articulo scribatur. Vide censorem meum eruditissimum et humanissimum Schaeferum ad Ellips. p. 448.

P. 30. ἀφίκοντο] B ἀφικόμενος.

P. 30. καὶ ἄγριός τις Σαπώρης — ἀληθῶς] Haec verba omittunt CD. Venetus Ἀπώρης, ut Plantinus. — Infra B ἐθαύμασεν.

P. 30. ἡμέρως καὶ ἀλύπως διαλεγομένου — ἐπιτρεχουσῶν κοσμίως καὶ εὐκόλως ἀποδείξεων] Διαλεγομένου omissum a Plantino restituit Commelinus et habent Codices, quos vidi. — P. 37. ταῦτα ἐκείνη μετ' ὀλιγωρίας ἔφραζεν, εὐκόλως καὶ ἀλύπως εἰς τὸ σαφὲς ἐπιτρέχουσα. Insunt vestigia styli Philostratei, V. A. I. 21. p. 26. ὑπολαμβάνοντα τὴν φωνὴν ἀλύπως τε καὶ εὐκόλως. V. S. I. 25. §. 7. p. 537. ἐνδεικνύμενον πολὺ τὸ ἀλύπως φράζειν. II. 28. 6. p. 620. τὰ δὲ τῆς εὐροίας, οἷα τοῖς ἀλύπως ἀναγιγνώσκουσι, τὰ σφόδρα αὐτοῖς καθωμιλημένα. Plato Soph. 2. τῷ μὲν ἀλύπως τε καὶ εὐηνίως προσδιαλεγομένῳ. Noster rursus p. 112. τὰ κάλλιστα καὶ γλυκύτερα τῶν μελῶν πρὸς πᾶσαν ἀκοὴν ἡμέρως καὶ πράως καταῤῥεῖ. Plato Hipp. Min. p. 364 C. ἀλλά μοι πειρῶ πράως τε καὶ εὐκόλως ἀποκρίνασθαι. Noster p. 65. τοὺς εὐκόλως περὶ αὐτῶν προϊεμένους φωνήν. p. 95. εὔκολος δὲ ἀνὴρ εἰπεῖν. p. 49. τοσαύτη τις εὐκολία καὶ χάρις ἐπήνθει τοῖς λόγοις. p. 72. τὸ βάθος τῶν λέξεων καὶ τὴν εὐκολίαν. p. 46. τὸν δρόμον τῶν λόγων. Maximus Plan. V. Aesop. p. 10. ἔδοξεν ἰδεῖν τὴν Τύχην ἐπιστᾶσαν αὐτῷ, καὶ λύσιν τῆς γλώττης, καὶ λόγου δρόμον καὶ σοφίαν τὴν τῶν μύθων χαριζομένην. Confer notam ad Gregorium Cor. D. Ion. §. 186; Ernestum Lex. Techn. Gr. in εὐκολία et ῥέειν. Addam verba Phrynichi ex App. Soph. in-

inedito in Δρομική: Δρομικὴ γλῶσσα, ἡ διατρέχουσα πανταχοῦ καὶ διαγγέλλουσα· ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως καὶ πανταχόσε κατηγορούντων ἢ τοὐναντίον εὐφημούντων. Hic locus, quem mihi τὸ ἐπιτρεχουσῶν in memoriam revocavit, non multum ad nostri illustrationem facit; sed ineditus et novus, ut reor, poterit lectorem grammaticum recreare.

P. 30. θαλαμηπόλων] Venetus θαλαμηπόλων, ut Plantinus. In caeteris recte θαλαμηπόλων.

P. 30. εὖ πεφυκέναι] Additi εὖ ex AB et Veneto. CD ἀνευπεφ. et ἀναπεφ.

P. 30. θοίνην] B θύνην.

P. 30. τήν τε ὀρθὴν — τιάραν] Insigne Persarum regis Tiara recta. Themistius Or. II. p. 36 C. τιάρα οὐ ποιεῖ βασιλέα· Codex Valesianus; τιάρα δὲ βελτίω οὐ ποιεῖ, absque βασιλέα. Sed quae praecedit sententia in editis manca est, quam obiter restituamus: ὁ δὲ τῇ φύσει βασιλεὺς, ὃν οὐχ ἵππος ἐποίησε χρεμετίσας . . . . φιλοσοφία δὲ μάλιστα δείξασα ὅτι κρείττων ἐστὶ τῶν ὑπηκόων. Adde e codice Valesiano, αὕτη γάρ ἐστι δι' ἧς μόνης κρείττων γίνεται ἄνθρωπος ἀνθρώπου. Τιάρα κ. τ. λ. Philostratus Ep. 29. ἀθλητῇ μὲν οὖν κότινος πρέπει, βασιλεῖ μεγάλῳ πορθητῇ τιάρα, καὶ στρατιώτῃ λόφος, καλῷ δὲ μειρακίῳ ῥόδα. Wesselingius Obss. II. 9. legit βασ. μεγ. Πάρθων ὀρθὴ τιάρα, vel βασ. μεγ. ὀρθὴ τιάρα. Codices Parisinus 1696. et Vaticanus 140, ut Hemsterhusianus, habent ποθητή, et inserunt καὶ ante βασιλεῖ. Equidem credo ποθητή non statim

est

esse mutandum, quoniam non statim intellectum. Codex 1696 mox offert καλῇ δὲ γυναικὶ pro καλῷ δὲ μειρ. Frequenter in harum Epistolarum codicibus manuscriptis γυνὴ et μειράκιον permutantur. Epistola sequens inscribitur γυναικὶ, sed Vaticanus exhibet μειρακίῳ. Titulus editus epistolae 12 praebet γυναικί: in Vaticano legitur τῷ αὐτῷ nempe μειρακίῳ, ad quem proxima epistola scripta est. Sic epistolae 43. 49. 51. γυναικὶ in editis, μειρακίῳ in Vaticano inscribuntur. Insuper pro ῥόδα Vaticanus habet ῥόδον, varietate non rara; vide Ernestum ad Callim. H. Dian. 184.

P. 30. λιθοκολλήτους] Plantinus λυθοκολλήτους. Correctionem facile vidit Junius, recepit Commelinus, firmantque codices. Aristaenetus I, 1. περίκειται μέν τοι λιθοκόλλητον περιδέῤῥαιον.

P. 30. μεταμφιάσασθαι] Philostratus H. p. 16. μεταμφίασαι: ubi Scholium: μετάλλαξον τὰ ἄμφια.

P. 30. τοσαύτην] AB τοσαύτην dederunt jam propositum ab Huetio, pro τοσαύτης.

P. 30. ἐκώλυσαν οἱ παρατυχόντες τῶν μάγων] Plantiniana et Venetus vitiose ἐκύλυσαν. Editi γάμων: sed AB et Barberinianus Dorvillii ad Char. p. 619. μάγων, quod conjecerat Wyttenbachius, et ante eum Kuhnius ad Aelian. H. V. I, 24. Huetius vertit οἱ παρατυχόντες, „ qui epulo intererant."

P. 30. γόητα] Timaeus Lex. Γόητες· οἱ ἀπα-

τεῶνες. Eadem verba junxit Porphyrius de Antro 35. ποτὲ δὲ γοητεύοντα καὶ ἀπατῶντα. Confer Ruhnkenium et Goensium, addito Gottlebero ad Plat. Menex. p. 18. Synesius Calv. p. 68 B. τάχα δὲ οὐδὲ σοφία τὸ τῶν γόητων (codex 1038. addit πρᾶγμα), τερατολογία δέ τίς ἐςι, καὶ οὐκ ἐπιςήμη τις, ἀλλὰ δύναμις. Vide Petavium p. 27. Philostratus V. A. V. 12. p. 197. οἱ γόητες (ἡγοῦμαι δ' αὐτοὺς ἐγὼ κακοδαιμονεστάτους ἀνθρώπων), οἱ μὲν ἐς βασάνους εἰδώλων χωροῦντες, οἱ δ' (non οἷδ' ut editur) ἐς θυσίας βαρβάρους) (cod. 1696. βαρβάρων), οἱ δὲ ἐς τὸ ἐπᾶσαί τι ἢ ἀλεῖψαι, μεταποιεῖν φασὶ τὰ εἱμαρμένα. De voce γόης integram scripsit diss. Sturzius.

P. 31. φάσκοντες] Plantinus τες. Junius proponit λέγοντες. CD φ τες: unde conjiciunt φήσαντές viri docti ad marginem. Commelinus, Venetus et B φάσκοντες.

P. 31. τί δήποτε ἄνδρας εὐτυχοῦντες] AB desunt δήποτε pro ποτὲ, et εὐτυχ. pro ἐτυχοῦντες. Dorvillius Char. p. 541. invenit εὐτυχ. in Barberiniano. Vide supra p. 198.

P. 31. ἅπασα μὲν ἡ Ἑλλὰς — ηὔχοντο] P. 41. ἡ νεότης — ἐφοίτων: ubi confer notam. Philostratus H. p. 84. κατὰ πλῆθος εὐδόκιμοι καὶ κατ' ἄνδρα ἦσαν ἡ ξυμμαχία: ubi Scholium: ἦσαν πρὸς τὸ σημαινόμενον. Vide ibi notam p. 450. et Gregorium Cor. D. A. §. 15. et 27. cum notis.

P. 31. τοὺς θεοὺς] Plantinus τὰς θ. D. ut Comme-

melinus τούς. C τὴν, sed ex male intellecto compendio.

P. 31. ὡς δὲ διημάρτανον] Editi: ὡς δὲ ἡμάρτανον, quod mutavi ex codicibus meis et Barberiniano Dorvillii ad Char. p. 619. Infra p. 110. διαμαρτὼν in re simili.

P. 31. νοῦς] Philostratus praeivit. V. A. I. 38. p. 47. τίς οὖν φαίνεταί σοι τῆς πρεσβείας ὁ νοῦς; II. 6. ἐπεὶ δὲ τὸν νοῦν τῆς ἀποδημίας ἤκουσεν. V. S. I. 21. 6. τὸν δὲ νοῦν τῆς πρεσβείας δηλώσω. Vide Wyttenbachium ad Julian. p. 15 C.

P. 31. ἐπὶ τοῖςδε τοῖς] Sic AB. Commelinus τοῖς δέ. Plantinus τοῖς δὲ. Infra ex AB pro τὴν δὲ ἐπιδημίαν, scripsi τήνδε.

P. 31. τὸ ἔργον οὐκ ἀπήντησεν] P. 32. ὁ καρπὸς ἀπήντησε παρὰ τὴν ἐλπίδα. p. 54. μὴ πάντως εἴκειν τοῖς πρώτως ἀπαντήσασιν. p. 85. ἀπήντα τὸ σόφισμα κατὰ λόγον αὐτοῖς. Scholiastes Arati Phaen. 2. τοῦτο ἐνδεικτικόν ἐστι τῆς Προνοίας, δι' ἣν ἡ ζωή τε ἡμῖν καὶ ἡ εὐζωΐα ἀπαντᾷ. Dio Chryſ. Or. 73. p. 324. τῆς Τύχης παρούσης μὲν, χαίρειν καὶ ἥδεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, μὴ παρούσης δὲ, λύπην ἔχειν καὶ ἀπορίαν ἀπαντᾷ, ἐκ τῆς δαίμονος ταύτης. Reiskius non male per *contingit* interpretatur τὸ ἀπαντᾷ, varie nec feliciter a Casaubono tentatum. Editiones quaedam habent πάντα. Obſcuritatem omnem tollit Codex 2958. in quo legitur: ἀπορίαν· πάντα γὰρ ἐκ τ.

P. 31. διομαλοὺς ἐπ' ἐκείνοις] Recepi con-

jec-

jecturam Junii pro ἐκείνους, subaudito σημείοις.

P. 31. τὴν χροίαν καὶ τὸ σχῆμα] Χρῶμα et σχῆμα saepenumero jungi monuerunt Abreschius L. A. p. 124; et Heindorfius ad Phaedr. p. 228. Aristoteles Poet. 3. χρώμασι καὶ σχήμασι πολλὰ μιμοῦνται. Physiogn. 2. ἔκ τε γὰρ τῶν κινήσεων φυσιογνωμονοῦσι, καὶ ἐκ τῶν σχημάτων καὶ ἐκ τῶν χρωμάτων. Themistius Or. IV. p. 51 C. μένει ἔξω περὶ τὰ σχήματα καὶ τὰ χρώματα. Basilius Sel. Or. in Jos. p. 46 D. σιωπῶ τὰς ἔξωθεν, ὡς γυναικὸς, μηχανὰς χρωμάτων, ῥημάτων, σχημάτων.

P. 31. ἔξω θείου χοροῦ] CD ἔξωθεν. Nostri locum e Platonico fonte illustravit Hemsterhusius ad Lucian. t. I. Bip. p. 472. Adde Heindorfium ad Phaedr. p. 251.

P. 31. καί που τι καὶ παρὰ τὸ ἀνθρώπειον] Haec est lectio codicum AB. Editiones depravatissime ferebant, καί πουτί βίον παρὰ τ. CD καὶ πουτίκιον. Junius conjiciebat quidem καί που τὸ θεῖον, vel βίαιον, sed locum mutilum esse credebat. Lectio, quam recepi, sensui satis apta videtur. Distinctiones, quas feci nitidius interpungendo, locum non minime juvant. Nemo mirabitur in τῶν ἐμῶν καλῶν orationem directam. Post ὡς, ὅτι sic saepe stylum vertunt scriptores. Noster p. 62. extr. exemplum praebebit. Unde putaverim caussam non fuisse idoneam, cur Vir clarissimus De Furia, bibliothecae Laurentianae custos humanissimus, in Aesopo suo t. I. p. 30. pro διεγείρω et παρασκευάζω

ζω, quae sunt loquentium personarum verba, διεγείρει et παρασκευάζει reponeret, idque contra codicis fidem.

P. 31. Οὕτως Εὐςάθιος] Hic incipit Carpzovii specimen. Οὕτως Carpzovius, quem vide, recte interpretatur *postea, his peractis*. Non apte mutaretur in οὗτος, quod nonnemini placuisse didici. Sed haec mutatio apud Philostratum V. A. I. 37. p. 46. rectior erit: εἶτα οὐ πολλῶν, ἔφη, θανάτων ἄξιος ὑφέρπων οὗτος τὴν εὐνὴν τὴν ἐμήν; Malo codicis 1696 lectionem οὕτως.

P. 32. Σωσιπάτρα συνῴκησεν] BD, Lotharingiensis Carpzovii Σωσιπάτρῳ. C Σωσίπατρον. Regius Carpzovii, qui meus est B, Σωσιπάτρῳ ἢ συν. Hoc ἢ vel male addidit Carpzovius, vel ego imprudens omisi; quod caeteroquin vix fuit animadvertendum. In istis putidorum librariorum erratis indicandis tempore nimium quantum abutimur critici. Sed hic est aetatis hujusce mos, et diligentiam in minimis, utinam saepe non in absurdis, exercere, immo perdere cogimur. — „Fabricius B. Gr. Harles. III. p. 194. quae Eu„napius de Sosipatra narrat in fabulis Milesiis „ponit." WAGNER. Confer de illa muliere Carpzovii notam.

P. 32. δι' ὑπεροχὴν σοφίας] P. 50. διὰ λόγων ὑπεροχήν. P. 104. διὰ τὴν ὑπεροχὴν τῆς δόξης.

P. 32. εὐτελῆ τινὰ καὶ μικρὸν ἀπέδειξε] Lotharingiensis σμικρόν. — Eusebius quidem V. C. I. 10.

κὰν σμικρὰ ἢ ταῦτα καὶ εὐτελῆ. Sed noster p. 68. οἰκίαν μικρὰν μὲν καὶ εὐτελῆ τινά. Herodianus I. 1. 2. εὐτελῆ καὶ μικρὰ ἔργα. Basilius Sel. V. Thecl. init. ὥστε τι καὶ τῶν ἡμῖν δυνατῶν, τῶν μικρῶν καὶ εὐτελῶν ἀναθεῖναι τῇ μεγάλῃ μάρτυρι. Carpzovius exemplum excitat e Philone V. Mos. I. p. 619 C. Ad sententiam conferendus noster p. 55. de Maximi uxore: ἡ δὲ φιλοσοφίας ἕνεκεν Μάξιμον οὔτε γράμματα εἰδότα ἀπέφαινεν. Eusebius V. C. I. 55. τῆς τῶν ἐσχάτων αὐτοῦ πράξεων ὑπερβολῆς σμικρὰ τὰ πρῶτα καὶ τὸ μηδὲν ἀποδειξάσης.

P. 32. τοσοῦτον κλέος] Carpzovius conjecturae κλέους poterat supersedere.

P. 32. Ἀσίας] Confer Carpzovii notam.

P. 32. διαῤῥέων γῆν] Philostratus V. A. I. 7. p. 8. ποταμὸς δὲ αὐτοὺς διαῤῥεῖ Κύδνος.

P. 32. ἀφ', ἑαυτοῦ τῷ πεδίῳ] B ἀφ' ἑαυτῶ οὕτω παιδίῳ δίδ. Carpzovius e Regio notavit αὐτῷ παιδίῳ. Quae hic habet loca de tractu Caystri homonymo hausit ex Wesselingii nota ad Diod. t. 6. p. 566. et eum nominare fuit oblitus.

P. 32. εὐδαίμονος καὶ ὀλβίου] Confer Carpzovium, et quae dixi supra p. 174.

P. 32. τοσοῦτόν τι κάλλους — κατέλαμπε] CD et Gudius Carpzovii τοσοῦτο. Pro κατέλαμπε Carpzovius proponit διέλαμπε: cui bono?

P. 32. δύο τινές] Quod recepi pro τινὲς δύο, motus consensu Codicum AB, Medicaei et Mediolanensium Carpzovii.

P. 32.

P. 32. ἄμφω μὲν — παρήλλαττον] Editi παρηλλάττην. ABCD παρήλλαττον, et sic Carpzovii Barberinianus, Lotharing. et Mediolanensium unus; alter παρήλλακται, cum correctione παρήλλαττον. Medicaeus παρελλάτν, sic post lituram. Casaubonus Carpzovii παρηλλαξάτην: sed probum est παρήλλαττον, jam a Carpzovio in speciminis textum receptum. A omisit μὲν.

P. 32. ἀφηλικέστερος] Carpzovius edidit ἀμφηλικέστερος e conjectura pessima, barbarismum pro voce pura. Confer notas ad Thomam p. 322. Gregorius Dial. Ion. §. 134. Ἀφηλικέστερον δὲ τὸν πρεσβύτερον: ubi vide notam Scholiastes Luciani Pseudol. 15. Ἀφῆλιξ· πρεσβύτης. Lexicum Cyrilli: Ἀφῆλιξ: *adultae aetatis*. Adde Phrynichum Bastii Ep. Crit. p. 131. Toupium Em. 3. p. 479.

P. 32. δέρματα ἐπὶ τῶν νώτων ἐνημμένοι] Regius νώτων. D ἐννημένοι. Vir doctus Carpzovii ἐννυμένοι, „sed non opus" ait Carpzovius. Ἐνημμένοι illustrant et firmant quae scripsi ad Philostr. Her. p. 380. De Philosophorum peris et pellibus Carpzovii nota est eruditissima.

P. 32. συνωθοῦνται] Confer supra p. 213.

P. 32. ἀμπελίων] B Ἀμπελείων. Scaliger Carpzovii ἀμπελώνων: quod malim, vel ἀμπέλων.

P. 32. παρὰ τὴν ἐλπίδα] CD, Lotharing. Ἑλλάδα: sicque Regius e correctione; et in Ambrosiano altero Ἑλλάδα est superscriptum. Varietas est notanda: sed absurdissima lectio Ἑλλάδα, etsi

Carp-

Carpzovius eam explicare conatus sit. P. 31. ἄελπτα ἦν ὑπὲρ ἐλπίδας.

P. 32. παρῆν — συμπαρῆν] Plantinus, Mediolanenses et Venetus bis παρῆν. Sed p. 70. ὅ, τε γοῦν Ἰουλιανὸς παρῆν, καὶ ὁ Ἀψίνης συμπαρῆν. Achilles Tatius II. 6. μόνη δὲ ἦν καὶ οὐδὲ ἡ Κλειὼ συμπαρῆν.

P. 32. τὸ παιδίον ἡ Σωσιπάτρα] CD παιδίων. P. 33. τοῦ δὲ παιδίου τῆς Σωσιπάτρας.

P. 32. θειασμοῦ τινός] Hic Carpzovius multa notat de studio sophistarum istorum miracula sua Christi miraculis opponendi, apud ipsum legenda.

P. 32. ὁμοτραπέζους ἐποιήσατο] P. 30. ὁμοτράπεζος ἐγένετο. 61. ὁμοτράπεζον ἔθετο. 89. ὁμοτράπεζος ἅμα τοῖς τιμιωτάτοις ἦν. Fragm. Leg. p. 21 D. ὁμοτραπέζους εἶχε καὶ ὁμοσκήνους. Vide Pollucem.

P. 32. πολλῆς ἐπιμελείας ἠξίου] „ Philo L. quis „ rer. d. her. p. 495 C. et saepius: καὶ πλείονος „ ἐπιμελείας ἀξιοῦν." CARPZOV.

P. 32. καταμεμφομένους] Wagnerus indicat videndum Abreschium Dil. Thuc. p. 733.

P. 32. ξενίας τε Ἑλληνικῆς] „ Cod. Lothar. τῆς „ Ἑλλην. [ut CD mei]. Vid. Casalium de con„ viv. Vet. c. 2. Thomasin. de tesser. hosp. t. 9. „ Thes. Gron. [c. 23.]" CARPZOV.

P. 33. τοῦ δὲ παιδίου] Addidi δὲ, monente etiam Carpzovio, ex AB, Mediolanensi et Barberiniano.

P. 33. τῷ τε περιττῶς καλῷ καὶ λαμυρῷ] „ Sic „ MSS. omnes et editi. In margine tamen utrius-

„ que

„ que Mediol. περιττῷ κάλλει καὶ λαμ." CARPZOVIVS: qui insuper de λαμυρὸν utilia monet. Vide Jacobsium ad Meleagri λαμυροῖς ὄμμασι Ep. 50. et Toupium Em. t. 3. p. 479.

P. 33. δηχθέντες] Plato Polit. V. p. 474 D. οἱ ἐν τῇ ὥρᾳ τὸν φιλόπαιδα καὶ ἐρωτικὸν ἀμηγέπῃ δάκνουσί τε καὶ κινοῦσι. Themistius Or. I. p. 10 C. δάκνεται ὑπὸ φιλίας. Heliodorus II. 8. δακνομένην ἔρωτι. Multa dabit Valckenarius ad Hipp. 1303. p. 305. cui non facile concesserim in Euripide pro Veneris δηχθεῖσα κέντροις, reponendum πληγεῖσα κέντροις. Nam et δάκνειν de rebus dicunt omninò quae pungunt. Philostratus Ep. 22. μαλακώτερον διετέθης ὑπὸ τοῦ σανδαλίου. θλίβει σε, ὡς πέπεισμαι· δειναὶ γὰρ δακεῖν σάρκας ἁπαλὰς αἱ τῶν δερμάτων καινότητες. Notandum obiter codicem 1696 habere πέπυσμαι melius, et βληθεῖσα pro θλίβει σε, quasi ad feminam scripta esset epistola, quae in editis μειρακίῳ inscribitur; Vaticanum vero 140 exhibere βληθείς. Vt hic πέπυσμαι et πέπεισμαι confusa sunt (vid. Dorvill. ad Char. p. 562. 588. 603. Ernest. ad Xen. p. 92.) sic apud Meleagrum 118. Vaticanus codex πεύσῃ exhibet pro πείσῃ. En verba non facilia Meleagri:

οὐκ ἀπ' ἐμεῦ; μὴ τρηχύς· ἐπεὶ τάχα καὶ σύ τι πείσῃ
τρηχύτερον. — πάτρης χαῖρε σὺ δ' ἐξ Ἐφέσου.

In his latet personarum distinctio editori elegantissimo non animadversa. Οὐκ ἀπ' ἐμεῦ; verba sunt

Heracliti, indignantis nempe quod viator tam diu circa se vel circa sepulchrum maneat. Viator, his auditis, respondet: μὴ τρηχὺς: *ne sis tam durus; nam forte et tu durius quid patieris*; vel, quod malo, legendo πεύσῃ: *nam forte et tu durius quid a me poteris audire*. Tum abit viator, Heraclitum non sine ironia salvere et *gaudere* jubens.

P. 33. ταυτησὶ τῆς ἐπαινουμένης — πλεονεκτημάτων] Lothar. et CD ταύτης τῆς. Casaubonus Carpzovii nullum his sensum esse falso credens, proponit: καὶ τὸ αὐτησὶ τῆς ἐπ. Petiti Misc. observ. II. 5. similis est conjectura: καὶ τὸ ταυτησὶ τῆς ἐπ. εὐνοίας, ut τὸ εὐνοίας sit pro εὔνοια. Idem mox legit: πρὸς τὰ τῶν παρ' ἡμῖν πλεονεκτημάτων. Hae mutationes non sunt necessariae. Sententia integra est, sed non omnino plana. Maxima difficultas est in μετ' ὀλιγωρίας. Videamus loca, ubi noster hac voce fuit usus. P. 21. ὑπὸ γέλωτος καὶ ὀλιγωρίας, ubi videtur esse pro ῥᾳθυμίας positum, maleque a Junio versum *contumelia:* p. 24. μετ' ὀλιγωρίας ἐν ταῖς ἀποδημίαις ἀσχημονεῖν, id est, ἀμελῶς, vel ῥυπαρῶς, Hesychio interprete: p. 37. ταῦτα ἐκείνη μετ' ὀλιγωρίας ἔφραζεν, id est, ut patet e verborum serie, *absque ullo negotio, facile et negligenter*. His perpensis, crediderim fere comma tollendum post τι, et παίγνιόν τι τῶν παρ' ἡμῖν πλεονεκτημάτων dictum esse ut p. 25. παίγνιον Τύχης: verterimque „ haec, quam tantopere laudas, „ benevolentia res est ridicula, et quasi lusus fa-

„ ci-

„ tiis illarum, quibus praediti sumus, virtutum."

P. 33. ξενίων] Editi ξένων. Junii conjecturam ξενίων recepi, adstipulantibus B, Mediceo, Barberiniano, nec non Scaligero Carpzovii, ipsoque Carpzovio, qui meliora videns et probans, tamen ξένων servavit.

P. 33. ἐπικήροις] Remensis ἐπεκήροις. P. 39. τὰ γήϊνα καὶ ἐπίκηρα χρήματα. Hesychius: Ἐπίκηρα· ἐπίσφαλῆ — ἐπιθανάτια, &c. Eusebius V. C. I. 3. θνητοῦ καὶ ἐπικήρου τέλους. Themistius Or. 5. p. 67 D. γράμματα ἀνθρώπινα δεδιότας καὶ ἐπικήρους ἀνάγκας. Theophilus Coryd. Ruhnkenii ad Tim. p. 18. μόνος ἂν κήρας ὑπέρτερος, τῶν ἄλλων ἀπάντων ἐπικήρων ὄντων.

P. 33. ὑπὲρ σέ τε] „Rem. cod. male τι." CARPZOV.

P. 33. ἐφικνούμενον] „Ita Codd. Med. et Ambros. 1. 2. Sed in 2 correctum ἀφικνούμενον. „Concinunt MSS. Barberin. ac Reg. In Lothar. „ἐφικόμενον, ab inusitato ἵκομαι. Editi ἐφικνού-„μενον." CARPZ. — Hoc ἀφικνούμενον cum genitivo structum, non esset rejiciendum in tali scriptore: confer omnino Bastium Ep. Crit. p. 176. Noster p. 113. διὰ τοῦ βάθους, τῆς ψυχῆς οὐκ ἀφιγμένων. Julianus ad Them. p. 253 A. τῆς τελείας ἀρετῆς οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον ἀφίκωμαι. Vir doctissimus ἐφίκωμαι reponere jubet: sed forte soloecismum Juliano linquere satius erit. Valesius ad Amm. p. 109. haec verba adfert, nec mutat.

 Aeso-

Aesopus viri clarissimi de Furia I. f. 103. ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο αὐτῆς ἀφικέσθαι.

P. 33. μηδενὸς — φοβηθῇς] Ambrosianorum ad marginem adscripta est conjectura μὴ νόσον pro μηδενός. Nonnemo apud Carpzovium mox pro θάνατον, proponit θανάτου. Offendebant conjectores ad haec dissimilia regimina, μηδενὸς, θάνατον, vitiumque structurae volebant sanare. Facillimus quidem fuerit calami lapsus e θανάτου in θάνατον. Nihil tamen mutandum esse putaverim. Lothar. φοβηθείς.

P. 33. ἴσο καὶ ἔμπεδος] „Recte sic Junius pro „ἔμποδος codicis Samb. In Mediol. 1. 2. erat „pessime ἴσο ἔμποδος, sed correctum ἴσο καὶ ἔμπε„δος." CARPZOV. CD, et Commelinus ἔμπεδος.

P. 33. τὸ χωρίον πατεῖν] Plantinus et Palatini sine τό. Gudius Carpzovii τὸ deleverat in suo exemplo. Restitutum est τὸ in Ambrosianorum altero. Πατεῖν, Carpzovio interprete, est hic *arare*, *subigere*. Praetulerim Junii versionem *pede calcare*. Hesychius: πατεῖν· πορεύεσθαι. Homeri πάτος Suidas vertit ὁδός. Ovidius Ep. 2. 121.
„Moesta tamen scopulos fruticosaque litora *calco*."

P. 33. περιτελλομένων] Sophocles Oed. T. 159. περιτελλομέναις ὥραις: ubi Scholiastes: εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον προϊούσης τῆς ὥρας. Hesychius et Suidas: περιτελλομένων· πληρουμένων, περιερχομένων.

P. 33. κατὰ γυναῖκα] „MS. Barber. κατὰ τὴ „γυναῖκα." CARPZOV.

P. 33.

P. 33. πλέον] „ Intellige ἢ κατὰ γυναῖκα καὶ ἄν- „ θρωπον: et ſic πλέον idem eſt ac κρεῖττον, *divi-* „ *nius quid*, *auguſtius*." CARPZOV. Servius ad Aen. I. 200. „ Heros, vir fortis, ſemideus, *plus* „ *ab homine* habens."

P. 33. ἀγαθὸν ἔχεις θυμόν] „ MS. Reg. ἔχοις. „ Junius: *ſi bonum habes animum*. Melius, *ſi* „ *fidem nobis habes*. Veteres philoſophi εὐθυμίαν, „ quam Cicero *bonum animum* vocat, finiunt ani- „ mi tranquillitatem propter alicujus dicta." CARPZOV.

P. 33. ὑπτίαις χερσὶ δέξαι τὰ λεγ.] Suidas in Ὕπτιος fragmentum hoc citat anonymum: προθυμίᾳ τῇ πάσῃ ἀναπετάσαντες τὰς πύλας, ἐδέξαντο ὑπτίαις χερσὶ τοὺς πολεμίους. Anna Comn. I. p. 9 D. ἐπιόντα τοῦτον αἱ πόλεις ἅπασαι ὑπτίαις χερσὶ ὑπεδέχοντο. Nicetas Chon. in Joh. Comn. 7. p. 18 B. ὑπτίαις χερσὶ παρά τε τοῦ πρίγκιπος Ῥαϊμούνδου καὶ τοῦ πλήθους παντὸς τῶν ἀςῶν προσδέχεται. Idem in Man. Comn. I. 1. p. 35 D. ὑπτίαις ἀγκάλαις περιχυθέντων τῶν πολιτῶν, εἴσεισιν ἀσμένως τὰ βασίλεια. Senſu proprio Philoſtratus Icon. I. 6. p. 771. ὁ μὲν ἀφίησι φιλήσας τὸ μῆλον, ὁ δὲ ὑπτίαις αὐτὸ ὑποδέχεται ταῖς χερσί. Johannes Chryſ. de Educ. p. 29. ed. Combeſ. ἐπὶ τῆς χειρὸς θεὶς τὴν ςαγόνα ἐκείνην καὶ τὴν χεῖρα διακινήσας, δεχόμενος ὑπτίᾳ τῇ χειρὶ ἐπὶ τοῦ θέναρος, καὶ περιςρέφων κτλ. Monente Wagnero, vide Abreſchium Dil. p. 440.

P. 33. ἀνακινεῖς] „ MS. Reg. ἀνακινῇς." CARPZ.

P. 33. τὴν γλῶτταν ἐνδακὼν καὶ πτήξας] P. 54. καταπλαγεὶς καὶ πρὸς τὴν ὄψιν ὑποπτήξας, καὶ τὴν γλῶσσαν ἐνδακών. Conferri poteſt ſimilis locus p. 70. χροίαν τε ἤλλαξε καὶ τὰ χείλη διέδακνεν ἀπορούμενος. Eumathius Hysm. IV. p. 98. δάκνει τὸ χεῖλος καὶ τὴν ἀλγοῦσαν καθυποκρίνεται. Vide Erasmum Ad. III. 7. 69. Rusſaeus (*Emile* V.): „ Sophie interdite, rougit, baiſſe les yeux, *ſe* „ *mord la langue;* on ne peut imaginer une pa- „ reille confuſion."

P. 34. ἐγχειρίζει καὶ παραδίδωσι] Iamblichus V. P. 2. p. 6. τοῖς τῶν ἱερῶν προϊσαμένοις παραβάλλων αὐτὸν καὶ ἐγχειρίζων. Confer ſupra p. 165.

P. 34. τὸν οἰκονόμον μετακαλέσας] „ MS. Reg. „ τῶν οἰκονόμων, ſc. τινά. Supra: ἐπίτροπον. He- „ ſychius: οἰκονόμος, ὁ τὸν οἶκον νεμόμενος φύλαξ." CARPZ.

P. 34. πρὸς αὐτόν] „ MS. Reg. et Lothar. [cum „ meo D] ἑαυτόν. Perperam." CARPZ.

P. 34. πολυπραγμόνει] Multa nec mala notat Carpzovius de hoc verbo, in hoc tamen falſus, quod, comparationis faciendae cauſa, adtulerit Noſtri περιεργάζειν. Nam a tam foedo barbariſmo abſtinuit Eunapius, qui p. 36. legitime ſcripſit: περιειργάζετο τῶν κατ' ἐκείνην οὐδέν. Heſychius: πολυπράγμων· περίεργος. Confer Abreſchium L. A. p. 286.

P. 34. ταῦτα δὲ εἶπεν· οὔπω δὲ ἕως ὑπέφαινεν] Carpzovius notat δὲ deletum in Med. et Ambroſianis,

nis, oblitus sedem voculae indicare. CD ὑπέφενεν. Loth. ὑπέφρενεν. P. 36. ὡς δὲ ἕως ὑπέφαινε. Lucianus Necrom. 9. ἤδη δ'οὖν ὑπέφαινεν ἡμέρα. Confer Abreschium ad Catt. p. 92.

P. 34. παραλαβόντες τὸ παιδίον] P. 39. ὁ δὲ πατὴρ τὴν παῖδα παραλαβών.

P. 34. εἴτε ἥρωες, εἴτε δαίμονες, εἴτε τι θειότερον ἦσαν γένος] Scripsi pro edito εἴ τι, εἴ τε τι ex CD, Regio, Veneto, Medic. et Lotharingensi. De Diis, Daemonibus et Heroibus nonnulla dedit Carpzovius. Vide inprimis Cuperi dissertationem obss. III. 16. Nicephorus ad Synes. p. 380 C. οἱ μὲν πάλαι Ἕλληνες θεῶν καὶ δαιμόνων ἔλεγον εἶναι διαφορὰν, καὶ θεοὺς μὲν ἐκάλουν τοὺς μείζονας, δαίμονας δὲ τοὺς ἥττονας.

P. 34. τό, τε κάλλος ἑτεροῖον αὐτῷ κατεφαίνετο — ἠγνόει] Editi αὐτό. Junii recepi conjecturam, faventibus Mediolanensium marginibus, ubi: ἴσ. αὐτῷ. Bene, nam mox: οὕτως ἄλλην τινὰ ὁρᾷν ἔδοξεν. Lotharingensis κατεφραίνετο, ut supra ὑπέφρενεν pro ὑπέφαινεν: ni reponendum κατευφραίνετο. Nam sic distinguit: τό, τε κάλλος ἑτεροῖον αὐτὰ κατεφραίνετο τὸν πατέρα· σχεδόν τι καὶ ἠγνόει. Et Gudius δὲ delebat. Sed praestare videtur lectio quam edidi. Carpzovius ad ἠγνόει subaudit ἑαυτὸν, et vertit: „ parumque abfuit, quin semet pater ipse ignora- „ ret." Nempe non credebat, inquit, pater, se tam pulchrae et divinae puellae ποιητὴν fuisse. Sed hoc est nimis durum. Capio cum Junio de filia

patrem fere non agnoscente; et Wagnerus Carpzovio ait se non consentire, quid tamen ipse sentiat non declarans.

P. 34. ὡς δὲ] CD ὥστε.

P. 34. ἐρώτα ὅ, τι βούλει] Vide notam ad Philostr. H. p. 332. — Mox Medic. ἀλλ' pro ἀλλά.

P. 34. εὐδαιμονίαν] Confer supra p. 174.

P. 34. τετρακύκλου ὀχήματος] Rheda τετράκυκλος fuit hominum delicatiorum. Posidonius Athenaei XII. 59. τρυφῆς οὖν δοῦλος ἦν καὶ κακουργίας, διὰ μὲν χώρας τετρακύκλους ἀπήνας περιαγόμενος. Confer Themistium Or. IV. p. 50 A. Alia dabit Carpzovius.

P. 34. ἐξήγγειλε] „Ita MSS. Med. Lothar. „Reg. Barber., nec dubitavi in contextum recipe-„re pro ἀπήγγειλε." CARPZOVIVS: cui fui obsecutus, cum et mei CD haberent ἐξήγγειλε, et Venetus ἐξύγγειλεν. Codicum consensus me ad mutationem loci impulit; nec per se malum est ἀπήγγειλε. P. 39. τήν γε εὐχὴν ἀπήγγειλε τῷ Μαξίμῳ.

P. 34. ὥσπερ αὐτὴ συνηνιοχοῦσα] Editi ὥσπερ αὐτὴν συνηνιοχοῦσαν. Recepi Huetii conjecturam. P. 39. τὴν ὥραν προσέθηκεν, ὥσπερ συμπαροῦσα. Sed me poenitet mutationis. Locus stare poterat; accusativus erit consequentiae. Vide Ernestum ad Xen. p. 75.

P. 35. κατεπλήττετο] Sic scripsi pro κατεπλήσσετο, praeeuntibus Med. Barb. Loth. et meis CD. In B καταπλήττετο.

P. 35.

P. 35. προσπεσὼν] Barb. et Lothar. προπεσὼν, male. Mox προσπεσὼν τοῖς γόνασιν, ubi Carpzovius apte adtulit Lucae verba 5. 8. Πέτρος προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ. Confer ibi Pricaeum Rapheliumque; et cum Raphelio Palairetum et Elsnerum ad Marc. 3. 11.

P. 35. οἱ δὲ μόλις καὶ βραδέως] Medic. οἱ δὲ μόλις δὲ καὶ βραδέως. Carpzovius proponit μὲν, ut p. 81. οἱ δὲ μόλις μὲν καὶ βάδην. Confer. Dorvillium ad Char. p. 409.

P. 35. Χαλδαϊκῆς] Hic Carpzovius multa de philoſophia Chaldaïca quaerentibus dabit.

P. 35. δι' αἰνίγματα] „ Ex more Pythagoreo-„ rum, per ſymbola et aenigmata." CARPZ.

P. 35. κάτω νεύοντες] Confer ſupra p. 146.

P. 35. μυεῖν εἰς τὸ τελεώτερον] Sic Commelinus, CD et Ambroſiani e correctione. Plantinus μυεῖν θεῖς, et Ambroſiani ante emendationem. Junius conjecerat, μυεῖν θεοῖς τὸ τελ. Corayus, μυεῖν αὖθις.

P. 35. ἐπινεύσαντες] Verbum hoc illuſtravit Carpzovius.

P. 35. Καί τε θεοί] Odyſſ. P. 484. BCD ξένουσιν, ut et Lothar. in quo ξείνοισιν correctum. B ἐπιςραφῶσι. Carpzovius ait Homeri Editiones habere ἐπιςρωφοῦσι, quod non inveni in illis, quas videre licuit. Plato Polit. II. p. 431 D. ὡς ἄρα θεοί τινες περιέρχονται νύκτωρ, πολλοῖς ξένοις καὶ παντοδαποῖς ἰνδαλλόμενοι. Confer Himerium p. 458, Pricaeum, ad A. A. 14. 11. et Albertum Obſerv.

p. 250. Add. Carpzovii nota, et Thomasinus de Tesser. c. 8.

P. 35. ᾤετο ξένοις μὲν ἀνδράσι] Huetius: ξ. οὐ μὲν, quod est prorsus inutile.

P. 35. ἐμπιμπλάμενος] Sic scripsi cum Lotharing. pro editorum et codicum plurimorum ἐπιμπλάμενος. In Ambrosiano utroque deletum est ἐπιμπλ. et ἐμπιπλάμ. restitutum. Lectio edita Carpzovio sollicitanda non videbatur; mihi non item; malui Lotharingiensem sequi. Vide Dorvillium ad Char. p. 469. in Dione Chrys. Or. 17. p. 20. pro ἐμπιπλαμένων, cod. 2958 habet ἐμπιμπλαμένων: quod perinde est.

P. 35. τὴν δὲ στολὴν τῆς ἐσθῆτος ἐν ᾗ τετέλεστο] „ Haec lectio unice recta est. MS. Barb. τὴν ἐπιστολὴν τῆς ἐσθῆτος. Ambros. 1. 2. τὴν δὲ σ. sed „ in margine 1. correctum τὴν ἐπισ. At quamnam „ epistolam? Ego non capio: an, quia sequitur „ κατασημήνασθαι? MS. Reg. ex vitiosa pronun„ ciatione αι pro ε, τὴν δὲ στολ. τῆς αἰσθῆτος: quod „ ferri nequit. Pro τετέλεστο, Cod. Lothar. ἐτέ„ λεστο [forte ἐτετέλεστο?]: sed nihil muta. Puta„ bam ante, τῆς ἐσθῆτος glossema esse: sed est „ etiam in vit. Porphyr. [supra p. 7.] τὸ βασι„ λικὸν τῆς ἐσθῆτος [quae non comparanda; nam „ sunt dissimilia], et apud Achill. Tat. 3. p. 205. „ στολὴ τῆς ἐσθῆτος [sed haec non sunt prorsus „ parallela, ut videbit, qui locum inspexerit]. CARPZOV. Corayus conjicit τήν τε στολήν. De ve-

veste peculiari eorum, qui Sophisticis studiis initiabantur, vide Carpzovium, collato Cresollio Th. Rh. III. 16. p. 250.

P. 36. τὴν κοιτίδα τῆς Σ.] Vide Bosium ad Lucian. Ep. Saturn. 21. t. 9. p. 345. — Forte τὴν Σωσιπάτραν.

P. 36. κατασημήνασθαι] „ Pro κατασημεῖνασθαι „ in Plantiniana, Casaubonus not. MSS. κατασημειώσασθαι, *sigillum apponi.*" CARPZ.

P. 36. προσεμβάλλοντές τινα βιβλίδια] Plantinus προσεμβάλοντες. Huetius, προσεμβαλόντες, quod fere praetulerim. Pro βιβλία, scripsi βιβλίδια ex B, Medic. et margine Ambrosiani. Barberin. βιβλίδα. P. 42. σακκία ὑπόμεστα βιβλιδίων.

P. 36. κατὰ τὸ εἰωθός] „ MS. Reg. καὶ τὰ τὸ „ εἶδος. Lothar. κατὰ τὸ ἦθος." CARPZ.

P. 36. τῶν τις θεραπ.] Barberin. Medic. et Ambrosianorum margines τῶν τις θ. quod statim recepi loco editi, τις θερ. Carpzovius e Regio citat τις τῶν θερ. De hac articuli trajectione vide Schaeferum ad Long. p. 363. Diogenes Laert. I. 122. τῶν τινὰ ἰητρῶν.

P, 36. ὁ δὲ πλοῦτον — ἀναγκαῖον αὐτοῖς αἰτήσας] D οἱ pro ὁ δέ. Lothar. sine δέ. Pro αὐτοῖς, conjectura Carpzovii, quam admisi, editi habent αὐτῆς: Casaubonus proposuit αὐτῇ. Huetius sic locum vertit: „ et cum a villicis quaesivisset quae„ nam ad se in praesentia redirent opes, quan-

„ tum-

„ tumque ad vitae neceſſaria filia conſumpſiſſet." Equidem probo priorem Huetianorum partem, poſtrema vero ſic intelligo: *et quibus ipſis eſſet opus.* Pater cum vellet duumviris illis divinis munus egregium offerre, quaeſivit nummos, quos paratos tunc forte apud ſe habebat, et a villicis, qua nunc pecunia opus haberent, ut reliquis poſſet uti. Sed forte ſatius fuerit cum Corayo αὐτῆς delere, natum ex ſequenti αἰτήσ.

P. 36. ἐπισχοῦσα μικρὸν] Philoſtratus V. A. I. 34. p. 42. ὁ δὲ βραχὺ ἐπισχών. V. S. II. 5. p. 572. καιρὸν δ᾽ἐπισχὼν βραχύν. Plato Phaedr. 3. οὐ πολὺν δ᾽οὖν χρόνον ἐπισχών. Alcidamas de Soph. p. 86. μακροὺς μὲν χρόνους ἐπισχεῖν. Julianus Ep. 37. p. 413 A. κελεύσαντος δ᾽ἐκείνου μὴ φείσασθαι, ὅ, τι δ᾽ἂν ἐξῇ λαβόντα τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδῶσαι, μικρὸν ἐπισχόντα χρόνον, εἰπεῖν. . . . . Codex 2755. ὅ, τι ἂν: Sed δὲ poſſe ſtare monſtrant notata Baſtio Ep. 219. Append. p. 49. Aptius reciperetur e Barocciano μηδενὸς, pro μή. Wagnerus adfert ex Himerio p. 700. ὁ δὲ μικρὸν ἐπισχών.

P. 36. ὡς γὰρ ταῦτα] Γὰρ pro δὲ ſcripſi poſt Corayum et Carpzovium ex Med. Barber. Lothar. et D.

P. 36. ἐπὶ τὸν ἑσπέριον ὠκεανόν] Lothar. et D. πρὸς τόν. Vide Carpzovium. Mox Lothar. ἀπήλεγξεν. P. 41. ὁ δὲ χρόνος ἀπήλεγξεν ἅπαντα.

P. 36. ἀπιόντες ᾤχοντο — καὶ ἀπήεσαν] Confer ſupra p. 165.

P. 36.

P. 36. εἰς μέτρον ἀκμῆς] Locutionem illustravit Carpzovius, cui adde Toupium in indice Longini ad εἰς ἡλικίας; Palairetum observ. p. 440; Jacobsium Anth. t. XII. p. 229. et t. I. p. 277. ad Pindari epigramma: ubi pro

Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης,

quod Jacobsius mutat in Ἡ. ἀμβροσίης μ. ἔ. σ. legere proposuerim, Ἡ. ἀνδρομέης μ. ἔ. σ. Cum scholium ἀνθρωπίνης, quo ἀνδρομέης explicabatur, in textum esset illatum, quidam metro cavens ἀνθρώποις potuit scribere, emendavisse putans.

P. 37. διὰ ςόματος εἶχε] Vt p. 47. διὰ ςόματος εἶχε τὰ βιβλία: ubi vide notam. p. 61. πάντες τοῦτο διὰ ςόματος εἶχον. p. 42. τὸν Εὐςάθιον διὰ ςόματος φέρειν. Lucianus Dem. 56. τὸν Ἀριςοτέλη δὲ διὰ ςόματος ἔχοντα. Aristaenetus I. ep. 1. ὦ νέμεσις τὸ γύναιον εἶναι διὰ ςόματος τῇ Ἑλλάδι. Lucianus Lex. 23. διὰ ςόματος ἐπὶ τῷ χείρονι τοῖς ἀρίςοις ἴση. Euripides Andr. 94:

ἀνὰ ςόμ' αἰεὶ καὶ διὰ γλώσσης ἔχειν.

Epigramma ἀδέσπ. 683. ἀνὰ ςόμα φωτὸς ἑκάςου: ubi vide Jacobsium. Noster p. 65. ἐπὶ ςόματος ἔχων, et p. 75. ἐπὶ ςόματος εἶχε. Cicero de fin. IV. 79. „semperque *habuit in ore* Platonem, Aristo„telem." Virgilius Aen. XII. 235. „vivusque „*per ora feretur*"; quod habet ab Ennio Ciceronis Tusc. I. 15. 34. „Nam *volito vivu' per* „*ora* virûm." Restituam hac occasione Themi-

stio

ſtio verba quae perdidit. Sic editur Or. XX. p. 237 B. οὗτος ὁ ἀγρὸς καὶ πάνυ οὐδὲ Ἑλληνικὸν τοὔνομα. Lege e codice Valeſiano: οὗτος ὁ ἀγρὸς, εἰ καὶ οὐ πάνυ Ἑλληνικὸν τοὔνομα, ὅμως ἐν στόματί ἐστιν ἐκείνων τῶν ἄγαν Ἑλλήνων.

P. 37. μετ' ὀλιγωρίας] Confer ſupra p. 242.

P. 37. εὐκόλως καὶ ἀλύπως] Confer ſupra p. 231.

P. 37. ἔδοξε γοῦν αὐτῇ] „MS. Reg. αὕτη, „ quod mihi non placet." CARPZ.

P. 37. ἀττάντων ἀνδρῶν] „MSS. Barber. et Loth. ἀ. τῶν ἀνδ." CARPZ. Et ſic D.

P 37. συμμαρτυρούντων δὲ οἱ] Reg. δέοι. Locus non jacet in mendo, ut ait Carpzovius; eſt omnino ſanus et integer. De hac imperativi forma cf. Gregor. de Dial. Att. §. 97. et Reitz. ad Lucian. t. 9. p. 338.

P. 37. παῖδας μὲν ὑπὸ σοὶ τέξομαι] Lucianus D. Mort. 16. 4. δύο γὰρ, φὴς, ἔτεκεν ἡ Ἀλκμήνη κατὰ τὸ αὐτὸ Ἡρακλέας, τὸν μὲν ὑπ' Ἀμφιτρύωνι: ubi lege Hemſterhuſium.

P. 37. πρὸς τὸ θεῖον δὲ οὐδὲ εἷς] Huetius: „ad „ Deum vero reſque divinas ne unus quidem ani„ mum applicuit." Junius, probante Carpzovio: „ ſed Deo obſiſtere nemo poteſt:" quod equidem malim.

P. 37. περὶ σελήνην ἡ χορεία] Reg. χορία. Erudita videatur Carpzovii nota, de animis ſapientum,

tum, post discessum a corpore, lunam habitantibus.

P. 37. εἴδωλον] P. 45. ὥσπερ ἐν τοῖς εἰδώλοις φέροντα. Εἴδωλον, *effigies*, *corpus*: Sosipatra ἐφυσιογνωμόνει, more Pythagorico, ut bene Carpzovius animadvertit.

P. 37. σὺν ἀγαθῇ καὶ εὐηνίῳ φορᾷ] „ Apud Pla„ tonem in Cratylo p. 282 E. ipsa Eunapiana le„ gis: ἀγαθῇ καὶ εὐηνίῳ φορᾷ." CARPZ. De εὐήνιος confer notam ad Philostratum H. p. 560. Themistius Or. XXVI. p. 326 C. ἐμοὶ δὲ εὐήκοος μὲν ὁ δῆμος καὶ εὐπειθής. Pro εὐήκοος, Codex Valesianus habet εὐήνιος. Plato et Synesius a Ruhnkenio adlati ad Tim. p. 125 jungunt, ille εὐπειθὴς et εὐήνιος, hic εὐήνια et καταπειθῆ.

P. 37. (εἶτα — κωλύει] locus, ut dedi, distinctus nemini jam molestiam creabit. Junius et Carpzovius a sensu aberraverunt.

P. 37. μοῖραι γὰρ οὕτως ἔνευον] P. 27. in oraculo λίνον δέ τοι ὧδε νένευκεν.

p. 379. Noster p 78. πρὸς τὸν Οὐλπιανὸν καρτοῦντα τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ λόγοις. p. 80. τὴν ἐπὶ λόγοις βασιλείαν εἶχον αὐτοί. p. 85. τὸ δὲ Προαιρεσίου τύραννις ἐδόκει τις εἶναι. p. 157. in inscriptione statuae Proaeresii: τὸν βασιλεύοντα τῶν λόγων. Libanium (t. I. p. 24.) Nicocles, sophista Constantinopolitanus, Athenas jam jam reversurum in Urbe manere hortatur, dicens: μηδ' ἄρχειν ἐξὸν, ἀρξόμενος πλέε· ταυτηνὶ δὲ ἐγώ σοι παραδώσω τὴν βασιλείαν αὔριον, τετταράκοντα νέους, τὰ πρῶτα τῶν τῇδε.

P. 68. Ἀψίνης] De hoc Apsine vere, ut videtur, monuit Fabricius B. Gr. t. 6. p. 107. nepotem esse Apsinis Atheniensis, filium vero Onesimi Lacedaemonii, quorum Suidas meminit. Et cum Wolfio crediderim de eodem Apsine dixisse Libanium Ep. 881: Φιλείτω τοίνυν με καὶ ὁ καλὸς Ἀψίνης.

P. 68. δόξαν ἔχων τεχνικοῦ τινὸς] „Qui artis „rhetoricae magistrum cum laude gessit." Verba sunt Fabricii ibidem. Vocem τεχνικὸς illustrant Cuperus obs. I. 11. p. 83. et Ernestius Lex. Rh. Gr. in Τέχνη.

P. 68. μακρῷ τινὶ ἦν ἔλαττον] Quis Virgilii non meminit?

„Proximus huic, *longo sed proximus intervallo*,
„Insequitur Salius."

P. 68. ὅπου τε ἱδρύθησαν] C ὅπως. Corayus: ὅπου γε.

P. 68. καὶ Ἐπάγαθος, καὶ τοιαύτη τις] Editiones, καὶ ἐπαγαθῶ, καὶ τοιαύτη τινός. Recepi Junii emendationem, de qua subdubitat Wagnerus, sed quae mihi quidem certissima videtur. Vocis depravatio orta est e formula ἐπ' ἀγαθῷ [cf. not. ad Phil. Her. p. 421.], quae librario magis nota erat quam nomen Ἐπάγαθος, ipsum tamen non rarum. Inscriptio Reinesiana p. 676, 81.

D. M.
Q. SEXTILIO. EPAGATHO. F.
Q. SEXTIL. FORTVNATVS
PATER FILIO OPTIMO

Alios titulos dabit volenti Muratorianus Thesaurus.

P. 68. Προαιρέσιος, καὶ Ἡφαιστίων] Proaeresii vita infra narratur, ubi et de Hephaestione nonnulla p. 78. 79. recitantur.

P. 68. Ἐπιφάνιός τε ὁ ἐκ Συρίας, καὶ Διόφαντος] Utriusque vitam infra legemus, et nonnulla ad ipsos pertinentia Proaeresianae inserta sunt.

P. 68. Τουσκιανοῦ] Fuit natione Lydus, ut infra docebimur p. 81., et λόγων δημιουργός τε καὶ κριτὴς ἀγαθὸς, teste Libanio Ep. 348., nec non ῥήτωρ δεινότατος, ut Suidas ait. Fuit et in comitatu Anatolii praefecti, cumque ab eo parce admodum et tenuiter locoque infimo haberetur, Anatolium rogavit Libanius Ep. 351. ποιῆσαι Τουσκιανῷ τὰ πράγματα βελτίω. Meminerat Tusciani No-

Noster in Historia, et eo fortasse loco, quem anonymum transcripsit Suidas: Ἀκάκιος, ῥήτωρ δεινότατος ἐπὶ Ἰουλιανοῦ. καὶ Λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ· ὃς ἐπεκάλει τὸν Ἰουλιανὸν καὶ διεμέμφετο τὰς κρίσεις αὐτοῦ, σὺν τῷ Τουσκιανῷ τῷ ἐκ Φρυγίας, καὶ αὐτῷ ῥήτορι ὄντι δεινῷ. Libanius quoque Ep. 351. ἀπὸ Φρυγίας habet; nec tamen pugnat, quod Λυδὸς infra dicatur.

P. 68. μικρὰν μὲν καὶ εὐτελῆ] Glossae ad Aristophanem Nub. 629. Brunck. Σκαλαθυρμάτια· μικρὰ καὶ εὐτελῆ παίγνια. Confer supra notam p. 237.

P. 69. καὶ εἰκόνες τῶν . . . . ἀνέκειντο] Haec est lectio Plantini. Commelinus et C alterum καὶ habent ante τῶν. De ἀνακεῖσθαι vide notam ad Philostr. Her. p. 362. Philostratus V. S. II. 7. p. 576. καὶ τοῦτο μὲν ὡς οὐκ ἀπὸ δόξης ἠσεῖζοντο ἔξεστι συμβαλεῖν ταῖς εἰκόσιν αἳ ἀνάκεινται ἐν τῷ τῆς Περγαίας ἱερῷ. Aeschin. Tim. p. 52. Lycurg. p. 176. Reisk. Scholiastes ineditus ad Philostratum prooem. Icon. p. 764. ἀνακείσθω τούτῳ ἡ σπουδὴ τοῦ λόγου] ἤγουν ἀνατεθειμένη ἔστω. Λέγεται δὲ τὸ ἀνακεῖσθαι κυρίως ἐπὶ τῶν ἀναθημάτων καὶ ἀνδριάντων. Herodianus Phil. p. 441. ἀνακεῖσθαι ἐπὶ εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων: et ibi Piersonus. Dio Chr. Or. 72. p. 383. καὶ ἀνδρῶν εἰκόνας ὁρῶσι πολιτῶν τῆς πόλεως, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς στρατηγῶν οὕτω, ἀνακειμένας γένεια καθεικότων. Codex 2958.

ϛρατ. καὶ βασιλέων exhibet, nihil vero auxilii ad sanandam depravationem vocum πολιτῶν πόλεως. Forte pro πολιτῶν legendum πολλαχοῦ.

P. 69. ἦν ξεϛοῦ λίθου] Philostratus V. A. II. 8. τὸ δὲ ἄγαλμα εἴκαϛαι μὲν ἐφήβῳ Ἰνδῷ, λίθου δὲ ἐξεϛαι λευκοῦ.

P. 69. ὅσον πρέπειν οἰκίᾳ] B πρέπειν, quod posui loco editi πρέπει. Venetus τρέπει, ut Plantinus: quae permutatio et alibi obtinet. Vide Abreschium ad Aesch. III. p. 158. — De privatis rhetorum theatris lege Cresollium Th. Rh. III. 12. IV. 4.

P. 69. ἀπολαβόντες τὰς φωνὰς αὐτῶν] „ In pri- „ vatis theatris voces suas continentes." HUET. Quae sequuntur, μειράκια ἐλέγοντο, Wyttenbachius mutanda censet in μειρακίοις συνελέγοντο: praetulerim μειρακίοις διελέγοντο. Corayus: μειράκια διελέγοντο.

P. 69. οὐ τὸν περὶ ψυχῆς θέοντες] Supplendum ἀγῶνα, quod plene scriptum habuimus supra p. 60. τὸν περὶ σωτηρίας ἀγῶνα τρέχοντος. Potest subaudiri quoque vel δρόμον vel κίνδυνον: vide Bosii Ellipses Schaeferianas sub his vocibus. Eumathius X. p. 398. ὡς τὸν περὶ ψυχῆς τρέχοντες: et ibi Gaulminus.

P. 69. ἀγωνιζόμενοι] emendatio est Huetii et Wyttenbachii pro edito ἀγωνιζομένης.

P. 69. κρατήσαντες τοῦ Ἰουλιανοῦ] Velim κρ. τῶν τοῦ Ἰ: nempe τῶν μαθητῶν.

P. 69.

P. 69. Λακωνικαῖς] Suidas: Λακωνικός· ὁ σέβ-βος καὶ ἀνδρεῖος· τοιοῦτοι γὰρ οἱ Λάκωνες. Καὶ Λακωνικὸν πνέων, ἀντὶ τοῦ ἰσχυρόν.

P. 69. τῶν πεπονθότων περὶ τοῦ σ.] Huetius: ἴσως· καὶ περί. Conjunctio non est omnino necessaria.

P. 69. βαρύς τις εἶναι καὶ φοβερός] P. 73. βαρὺς ἐκεῖνος καὶ ἀμείλικτος.

P. 70. παρῆν .... συμπαρῆν] Vide notam p. 240.

P. 70. οὕτως ἐπιταχθέν] Heliodorus I. 8 p. 12. κεχώριστο γὰρ (τοῦτο προσταχθέν) ἐπί τινος χαμεύνης κατακεκλιμένη. Vide Hemsterhusium ad Propert. Burm. p. 948.

P. 70. προεισήκει δὲ τῆς ἀτάκτου σπάρτης Θεμιστοκλῆς τις Ἀθηναῖος] Meursius Misc. Lac. III. 2. adludi putat ad proverbium Σπάρταν ἔλαχες, de quo vide Erasmum Adag. II. 5. 1. Sed et lusum quaesivit Eunapius, cum factio Proaeresio adversa ducem haberet Apsinem Lacedaemonium. Themistoclem hunc Atheniensem laudari credo a Libanio Ep. 1032. ἐγώ σε πάλαι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν ἡγούμην ἀπὸ τῆς Θεμιστοκλέους πρὸς σὲ φιλίας· ὁ γὰρ ἀνὴρ ἐκεῖνος οὐκ ἂν φιλῆσαι μὴ λίαν ἀγαθόν. Diversa Libanii et Eunapii judicia de eodem homine nihil miri habent. „Vid. Jonsius H. Ph. III. 15. 3." WAGNER.

P. 70. ἐς τὴν ἐπωνυμίαν ὕβριζεν] P. 71. Θεμιστοκλῆς ὀνόματος ἦν ὕβρις. Adludit Eunapius ad nominis etymum. Junius non intellexerat.

P. 70. ταυρηδὸν ὑπιδὼν] P. 83. ταυρηδὸν μὲν αὐτοὺς ὑπέβλεψε: ubi vide, quae fcripfit Wyttenbachius Epift. p. 46. Confer notam ad Philoftr. Her. p. 499.

P. 70. περὶ τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις] Junius corrigebat ἐμαυτοῦ: fruftra, ut oftendent Normannus ad Ariftid. t. 2. p. 595, et Dorvillius ad Char. p. 296. Huetius adfcripfit: „ optime, ἑαυτοῦ." Pluribus et ego egi de hoc ufu pronominis ad Her. p. 326. Adde quos indicat Wernsdorfius ad Him. p. 489. Apud Achillem Tat. VIII. 5. τὸ πράγμα ἐμαυτοῦ edidit Salmafius, contra libros, qui, ut et Venetus 409. ἑαυτοῦ habent, omnino reponendum. Fallitur vir doctisfimus ἑαυτὸν pro ἐμαυτὸν recentiorum, nec idoneorum, esfe credens. Ἑαυτὸν fic pofitum legere eft apud Platonem: vide Ruhnkenium ad Tim. p. 92. Philoftratus V. A. II. 26. p. 78. ἐμαυτοῦ δὲ ἐκλαθόμενος: Codex 1696. melius ἑαυτοῦ. Libanius t. 4. p. 662. ὅμως δ' οὖν ἐνεγκὼν καὶ μόλις ἐν ἐμαυτῷ γενόμενος: Codex 3017. ἀνενεγκὼν καὶ μόλις ἐν ἑαυτῷ γεν: utrumque optime. Ἀνενεγκὼν, *recreatus*, fupra p. 323. illuftratum eft. Libanius Ep. 1581. ἔλεγον πρὸς ἐμαυτόν: Codex 3002. ἑαυτόν. Themiftius Or. X. p. 129 D. τοῖς νουθετοῦσιν εὔκολον σεαυτὸν παρέχεις καὶ χειροήθη: Codex Valefianus ἑαυτὸν, bene; nam ἑαυτὸν et ad fecundam referri poteft perfonam.

P. 70.

P. 70. κόμας ἔχοντες] Periit epithetum, vel αὐχμηρὰς, vel aliud quid simile.

P. 70. τῷ κρίνοντι] Sic ex B, pro κρίναντι.

P. 70. δοθέντος δὲ τοῦ λόγου] Vide Budaeum Comm. L. Gr. p. 174.

P. 70. χροίαν τε ἤλλαξε] Similia collegit Abreschius Lectt. Arist. p. 61., qui p. 332. Dionis Chrys. locum recte emendans, ignorabat non Dionem ipsum se emendare, sed Morellianae textum; nam Veneta sana erat.

P. 70. τὰ χείλη διέδακνεν ἀπορούμενος] Lege omnino Klotzium ad Tyrt. fr. I. p. 30. ubi, inter alia, haec adferuntur Eustathii: ὅπερ ἐςὶ σχῆμα θάμβους καὶ ἀπορίας. Ad ἀπορίαν referri potest hic *Du fresnyi* locus ex comoedia cui titulus: *La Joueuse.* II. 1. *Pour lui cacher ce plaisir qu'elle me faisoit, je me refrognois le visage; je me mordois les lévres.* Est et furoris σχῆμα iraeque. Tyrtaeus militem hortatur, ut hostem maneat χεῖλος ὀδοῦσι δακών. *Tassus* ad veterum imitationem dixit *Ger.* IV. 1.

Ambo le labbra per furor si morse.

Vide et VII. 87. *Mollus*, Poeta Neapolitanus, Algeriensis principis furorem et indignationem alio raroque σχήματι depinxit:

e morde il dito — sul destin de' vinti
il Dey feroce.

Confer supra notam p. 246.

P. 71. καθ' ὅλον] B καθόλου. Et ſtatim post περὶ omittit τό.

P. 71. ἀλλ' οὐδεὶς ὑμῶν χειρὶ τῶν ἐσκεμμένων διδασκάλων, οὐδὲ κροτήσει τις τῶν μαθητῶν] Junius proponit χειρίσει, ut ſit verbum quod κροτήσει respondeat. Sed potest verbum κροτήσει ad utrumque ſententiae membrum pertinere. — De interdicto plauſu vide Creſollium Th. Rh. III. 20. §. 10.

P. 71. εἴσεσθε] Sic Junius et B pro εἴσεσθαι, De frequentisſima permutatione harum vocalium vide, inter alios, Westenium ad Origen. p. 216.

P. 71. πεποίηκας Πυθαγόραν 'Αψίνην] P. 83. ſimili luſu: τὸ δὲ ἀναγκαίως Πυθαγορικὸν θέατρον.

P. 71. ὡς δὲ ταῦτα] B ὡς τὰ τ.

P. 71. εἴσω τῶν κατηγ.] Corayus conjicit, εἷς ὢν τῶν κατ. — Mox ἐμβοήσαντος αὐτῷ ex B et Plantino ſcripſi pro ἐμβ. αὐτῶν, quod habent Commelinus et C. Statim pro διάτονον proponit Wyttenbachius διάτορον, quod equidem malim; ſed, codicibus vulgatae faventibus, nihil mutare volui.

P. 72. ὥσπερ ἐπὶ τῶν στεφανιτῶν οἱ παρακελευόμενοι καὶ προτρέποντες] Marinus vit. Pr. c. 14. ὥσπερ οἱ τοῖς θέουσι παρακελευόμενοι. Vide Wyttenbachii, viri eximii, animadverſionem ad Phaedon. p. 126. — Ad τῶν στεφανιτῶν ſupple ἀγώνων: Confer notam ad Philoſtr. Her. p. 403.; Ulpianum ad Leptin. §. 129.

P. 72.

P. 72. τὸν δὲ νοῦν ἔφραζεν] Confer ſupra notam p. 223.

P. 72. καὶ που καὶ διαλέξεως μιᾶς διαβολή τις] BC et Venetus καί πού τις καὶ διαλ. Quod forte verum eſt; nam hunc ordinem verborum alibi Noſter habet. P. 31 et 110. καί πού τι καί. — Μιᾶς est pro τινὸς, et cum noſtrorum hominum vocula *un*, articuli vice poſita, omnino poteſt conferri. Jam attigi ad Her. p. 434. Adde Valckenarium in N. F. p. 347; Heinrichium ad Muſ. p. 45. Plutarchus Craſſ. 4. ἔπεμψεν ἕνα δοῦλον: quem locum fruſtra ſollicitasſe videtur editor praeſtantisſimus. Idem de Superſt. §. 17. ἔμειναν ὥσπερ ἐν σαγήνῃ μιᾷ τῇ δεισιδαιμονίᾳ συνδεδεμένοι.

P. 72. κάτω δὲ τοῦ ἀνθ. νεύοντος] Vide notam p. 146.

P. 72. τὴν εὐκολίαν καὶ τὸν κρότον] Junius: „morum comitatem et aptam manuum plauſionem." Prorſus contra loci ſententiam, ut ſexcenta alia. Vox εὐκολία, quam illuſtravi p. 231. est „facilitas loquendi, dicendi ubertas et facundia." Κρότος autem eſt orationis ſonoritas quaedam et verborum dulcis et elegans concentus. Noſter p. 100. ἡ λέξις μετὰ κρότου πρὸς τὸν ἀρχαῖον ἐπέστρεφε τρόπον: quod Junius abſurde vertit: „dictio ejus ad manuum plauſum priſco dicendi genere accedit" Forte, Latinorum rhetorum

verbis: „ ejus sermo canoroso sonitu modulato„ que ad veterem se modum informabat.” Rursus p. 95. κρότον δὲ ἔχει καὶ ἦχον ἡ συνθήκη πολιτικόν. Junius: „ compositio ab urbano strepitu „ plausuque non dissonat.” malim: „ compositio „ civilem (non vero sophisticum) sonitum habet „ et concentum.” Junii errores jam reprehendit eruditissimus Cresollius omnino legendus Th. Rh. III. 27. Adde Ernestium Lex. Rh. in κρότος.

P. 72. διοσημίαν] B διοσημείαν. Eamdem permutationem notavi ad Marinum c. 37. — Mox ad μυστηριώδους vide notum p. 203.

P. 73. ἀνά τε ἐπήδησεν] De hac tmesi vide supra p. 153. et notas ad Gregorium Cor. p. 449. In hac superiori adnotatione locum Aristaeneti II. 7. μὴ γὰρ ἡ τύχη σὺν τὸ σῶμα κατεδούλωσε τὴν ψυχὴν, pessime sollicitavi. Legendum omnino, quod conjecerant editores, σὺν τῷ σώματι: quam lectionem unice veram sibi videri significavit mihi per literas vir doctissimus, cuique plurima me debere gratus profiteor, Lennepius; et nunc asserta est et extra dubium omne posita a Bastio Epist. app. p. 17. et Comm. Palaeogr. p. 799.

P. 73. ἀνά τε ἐπήδησεν ὁ ἀνθ. ἐκ τοῦ θρόνου, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα] Eusebius H. Eccl. VII. 30. p. 229 C. eosdem fere recenset plaudendi modos, nisi quod ὀθόνας, non ἐσθῆτα, concuti narret: τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι μηδὲ ὥσπερ ἐν τοῖς

τοῖς θεάτροις καταπείουσι ταῖς ὠδῖναις, μηδ' ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι. Vide ibi Valesium, collato omnino Harduino ad Themist. p. 500. Aristaenetus I. 26. ὁ δὲ δῆμος ἀνέστηκέ τε ὀρθὸς ὑπὸ θαύματος . . . . καὶ τὼ χεῖρε κινεῖ καὶ τὴν ἐσθῆτα σοβεῖ: ubi lege Bastium in Specimine elegantissimo. Apuleius Apol. p. 43. „ Ego comperior omnes judi„ces tanto poetae adsurrexisse, miris laudibus „ eum tulisse:" ad quem locum erudita videnda est Pricaei nota.

P. 73. τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα· τήβεννον αὐτὴν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν] Junius: „ purpuream„ que togam (Romani trabeam vocant) excuti„ ens." „ Duplex error"; ait Ferrarius de Re Vest. II. 3. „ nam et toga illa non erat tota pur„ purea, sed περιπόρφυρος, id est, tantum prae„ texta, vestis nempe proconsularis; neque eam „ vestem Romani trabeam appellant; nec τήβεννος „ est trabea, sed simpliciter toga. Ad verbum er„ go: *vestem praetextam excutiens quam Romani* „ *togam appellant*. Nullus hic trabeae locus." Vide ibidem I. 1. Ferrarium de origine vocis τήβεννος, et alios scriptores a Reiffio indicatos ad Artem. II. 3. p. 311. Themistius or. IX. p. 127 D. τὴν τήμερον τῆς ἁλουργίδος: Codex Valesianus, τὴν τήβεννον τ. ἁ. quod conjecerat Petavius, et, ante ipsum, P. Faber Sem. II. p. 138, qui et ibi Nostri locum tractat. Themistius iterum Or. II. p. 26.

p. 26 C. *μεταμφιεσάμενοι τὰς τηβέννας*: Codex Valesianus, *μεταμφιεσμένοι τὰς τηβέννους*. Sed aeque dixerunt *τήβεννος* et *τήβεννα*.

P. 73. *τῶν ἐν Λακεδαιμονίᾳ μαστίγων*] Vide Meursium Gr. fer. II; Petavium ad Themist. p. 503; Wernsdorfium ad Him. p. 779; Naigeonium ad Senec. Provid. c. 4.

P. 73. *καὶ τῶν Ἀθηναίων*] Nempe, cum res Athenis ageretur, flagra Attica iis minatur Proconsul: is est, credo, loci sensus.

P. 73. *εὐδοκιμῶν δὲ — καὶ διὰ τῶν ὁμιλητῶν*] Διὰ pro δὴ edito dederunt opportune BC.

P. 73. *μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα παραδεδωκώς*] Editi *παραδέδωκεν*, quod syntaxi adversabatur: participium inveni in A. Himerius ad filium interemtum p. 806. *κοσμήσω σε καὶ ἐπιταφίοις ἀγῶσι καὶ παραδώσω τῷ χρόνῳ τὸ σὸν ὄνομα.* Non raro *ἀγὼν ἐπιτάφιος* nihil aliud est apud scriptores quam funebris laudatio: vide Wernsdorfium ad Himer.

P. 73. *εἴρηται*] p. 68.

P. 73. *καὶ ταῦτά γε, εἰ καὶ πάνυ μέγαλα*] Edebatur *κ. τ. γ. εἰς πάνυ μ.* Veram lectionem restitui ex B. Wyttenbachius et Junius locum sanare conjecturis voluerunt, nunc demum inutilibus.

P. 73. *ἀφεστήκεσαν*] Secutus sum Codicis B scripturam et Wyttenbachii conjecturam. Antea legebatur *ἐφεστήκεσαν*.

P. 73. *διέβαλε*] C *διέβαλλε*. Vide notam p. 270.

P. 74. *τελῶν εἰς ἕκτον*] Quae iterantur infra p. 92. Sic p. 108. *τῶν μὲν οὖν εἰς βουλὴν τελούντων ἦν ὁ Χρυσάνθιος*: aliisque in locis jam indicatis, cum ſupra p. 310. de hac locutione agerem. Scholiaſtes Sophoclis Oed. T. 231. *τελεῖ εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἤγουν Ἕλλην ὑπάρχει· καὶ τελεῖ εἰς τοὺς ἀςοὺς, ἤτοι ἀςὸς ὑπάρχει*. Pollux On. V. c. 28. *τὸ δὲ εἰς ἥμισυ τελῶν, ἡμιπλήρωτον*. Syntaxi diverſa nec facile obvia, Photius Bibl. Cod. 260. p. 1453. *ἐν παισὶ τελῶν*. Confer Ruhnkenium ad Timaei *Τέλος· τάξις*. Adde not. ad Phil. Her. p. 582.

P. 74. *συνεχὴς ἡ κόμη*] „ V. Toup. Ep. Crit. „ p. 44. [Emend. t. 2. p. 467.]" WAGNER.

P. 74. *διὰ πλῆθος — ὑπαργυρίζουσα*]. Haec admovit Pricaeus p. 270. ad Apuleii Met. V: „ can„ denti canicie lucidus."

P. 74. *ἀγήρων τινὰ καὶ ἀθάνατον*] B *ἄγηρων*. C *ἄγηρον*. — Haec epitheta ſaepisſime juncta leguntur. Homerus Od. E. 238.

Ἡ μὲν γὰρ βροτός ἐςι, σὺ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως.

H. in Cer. 242.

Καί κέν μιν ποίησεν ἀγήρων τ' ἀθάνατόν τε;

ubi Ruhnkenius. Phocylides 109.

ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.

Philoſtratus V. A. I. 14. *χρόνον ἀγήρω τε καὶ ἀθάνα-*

νατον. Epiphanius t. 2. p. 1090 D. Παναίτιος ὁ Ῥόδιος τὸν κόσμον ἔλεγεν ἀθάνατον καὶ ἀγήρω. Maximus Tyr. Diss. 35. Vide Dorvillium ad Char. p. 583; Spanhemium ad Callim. H. Jov. 9; Beckium ad Aristoph. Av. 588.

P. 74. φανέντι θεῷ] Vide supra p. 302.

P. 74. ἦν ἥκων] Audacior forte recepi pro ἔχων conjecturam meam, quam et apud Huetium inveniebam. Libanius t. 1. p. 24. ἦν ἀναστρέφων ἐν τῇ τοῦ Κωνσταντίνου πόλει.

P. 74. περὶ πρώτην φυλακὴν] Achilles Tat. III. 16. περὶ δὲ πρώτην νυκτὸς φυλακὴν πάντας ἐπιτηρήσας καθεύδοντας. Herodotus IX. 50. ἐπεὰν τῆς νυκτὸς ᾖ δευτέρη φυλακή. Eumathius V. 178. περὶ δὲ τὴν τρίτην φυλακήν. Matthaeus 14. 25. τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἀπῆλθε πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰήσους. Pollux quidem I. §. 70. tres tantum indicat φυλακάς.

P. 74. ἐπὶ πυρετῷ λάβρῳ — γενομένῳ] Et γενομένῳ pro γενομένων correxeram, cum sic vidi Huetium fecisse. BC λαύρῳ: qua de permutatione egi supra p. 172. Hesychius: Λαύρα· ῥύμη δι' ἧς ὁ λαὸς εἰσέρχεται. ἡ φλόξ. Sopingius frustra ἢ φλόξ tentabat. Hesychius indicare voluisse videtur λαύρα esse quoque epithetum, dicique posse, immo dictum fuisse alicubi, λαύρα ἡ φλόξ: atque ita Toupius sentiebat, quippe qui comparat Em. t. 4. p. 345. Appiani λαῦρον πῦρ.

P. 73.

P. 74. πολλοί τινες] Mox οὐκ ὀλίγοι τινές. p. 80. ἐν ὀλίγοις τισί. Confer Schaeferum ad Gregor. p. 864.

P. 74. τὸ γὰρ πλοῖον] Emendet lector vitium typographicum πλεῖον. — B. πλείων. — Nauclerus ille statim Athenas petit, neglectis quae fieri solebant, cum navis Piraeum intraret, quod navis qua utebatur, esset Attica, nec iis forte obnoxia legibus, quibus exterae naves tenebantur, et simul quod multi juvenes, huic vel illi professori faventes, circa portum quasi in insidiis starent, navium operientes adventum, et advenas invaderent studiorum causa Athenas delatos, ut ad sui magistri partes traherent. Proaeresii autem vetus hospes cum esset nauclerus, ad ipsius domum hanc advenarum turbam ducere illico volebat, ne ab aliis Sophistis missi exploratores quemquam ad magistri, in quem *insaniebant*, scholas possent rapere. De hoc furore et ridicula insania vide quae notavit Wyttenbachius Bibl. crit. III. 2. p. 86; Cressolium Th. Rh. IV. c. 10.; Thorlacium Prolus. p. 216. Ut autem Noster τῶν μεμηνότων dixit, sic Libanius in eodem argumento t. I. p. 19. ἐν δὴ μανίᾳ τῶν νέων.

P. 74. ἐναυλόχουν] Hesychius: Ναυλοχώντων· ὑποδεχομένων τὰς ναῦς. — Wagnerus indicat videndum Abrescium Diluc. p. 665.

P. 74. ἦν τε νυκτὸς τὸ σαθερώτατον] B ἦν τάς.

For-

Forte τῆς legendum. De hoc loco vide Ruhnkenium ad Tim. p. 237. qui Eunapii tangit κακοζηλίαν, nescio an merito. Scholiastes Philostrati Her. p. 403. ϛαθερὸς explicat, et ibi nonnulla fuerunt adnotata.

P. 74. ἐνεβεβήκει γὰρ τῷ ζυγῷ καὶ τὰ νυκτερεῖα ἔμελλε] BD ἀναβ. B κατανυκτ. D κἂν τὰ νυκτ. — „ Νυκτερεῖα, *Noctes longiores.* Schneiderus so„ lum Nostrum laudat." WAGN.

P. 75. περὶ ἑνὸς μειρακίου καὶ δυοῖν] Paroemiace dicitur. Homerus Od. XII. 53.

Ὦ φίλοι, οὐ γὰρ χρὴ ἕνα ἴδμεναι οὐδὲ δύ' οἴους
Θέσφαθ' ἅ μοι Κίρκη μυθήσατο δῖα θεάων.

Heliodorus I. 26. p. 42. πολλὰ μία ἡμέρα καὶ δύο πολλάκις ἔδοσαν τῶν εἰς σωτηρίαν. Joh. Chrysostomus de Educat. p. 15. Comb. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀφείσθω τὸ εἶδος, ἑνός που ἢ δευτέρου ὄν. p. 17. ἀλλ' ἐφ' ἕτερον ἔλθωμεν εἶδος κενοδοξίας. Ποῖον δὴ τοῦτο; ὃ τῶν πολλῶν ἐϛὶ, καὶ οὐκ ἑνὸς καὶ δευτέρου. Orat. I. de Paulo p. 12. οὐ δύο καὶ τρεῖς καὶ πέντε συγγενεῖς, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν: cum nota Valckenarii. Adde Casaubonum ad Pers. p. 40.

P. 75. πλήρωμα διατριβῆς ὅλους σοφιϛικῆς] De πλήρωμα vide notam ad Philostr. Her. p. 556. Pro ὅλους, Junius conjicit ὅλης, non bene, si quid video.

P. 75. εἰς πλοῦτον — ἀκρότεροι] B ἁβρότεροι, et sic conjiciebat Junius; sed praestat ἀκρότεροι.

P. 31.

P. 31. τοὺς ἄκρους ἐπὶ σοφίᾳ. p. 83. τοὺς ἄκρους τῶν γραφέων.

P. 75. ἐπὶ ςόματος εἶχε μόνον] B μόνον εἶχε. Et Carpzovius Specim. p. 21. hoc ordine legere jubet. — Confer notam p. 332.

P. 75. ἐλεεινῶς διακείμενος] Malui ἐλεεινῶς a B oblatum quam editum ἐλεεινός. Erunt forte, quibus adjectivus placeat magis, praesertim si eorum meminerint, quae notavit Heusdius Spec. p. 77.

P. 75. χαρμονή — ἐχλεύαζον] Haec contulit Pricaeus ad Apuleii Met. II. p. 107. „ Epularis „ sermo percrebuit; jam risus affluens et joci libe„ rales et cavillus."

P. 75. οἱ μὲν ἐγέλων, οἱ δὲ ἐχλεύαζον] Mox: ἐπεδείκνυτο καὶ χλευασίαν — καὶ γέλωτα. Haec et alii jungunt. Libanius t. 4. p. 194. τὴν χλεύην οὐ φέρων καὶ τὸν γέλωτα ἐκείνου τὸν πολύν. Himerius p. 592. αὐτὸ τὸ πρόσωπον καὶ τὴν φωνὴν γέλωτα καὶ χλεύην ἥγηντο. Noster p. 77. χλευασίας φεισάμενοι καὶ παιδιᾶς. Nicephorus Gregoras Hist. I. c. 1. p. 5 F. ἵνα μήτε .... γίνηται τοῖς φιλοσκώμμοσι πρόφασις γέλωτος ἅμα καὶ χλεύης.

P. 75. ἐξ Ἀρμενίας] Confer p. 78, 2.

P. 75. ἦσαν εἰς γειτόνων καὶ περὶ τὰ λουτρὰ μ. τ. ἐπιδ., ἥ τε νεότης ἐς αὐτοὺς ἐπεδείκνυτο καὶ χλ.] Pro ἦσαν editorum, quod exhibere volui, etsi corruptum, male nunc editur ᾖσαν, errore typographico. Sensus postulare, pro ἦσαν, videtur, vel

ᾔεσαν, *iverunt*, vel *ἦξαν*, *duxerunt*. Reinesius conjicit *ἦγον*. Pro *εἰς γειτόνων*, quod probum est (vide Berglerum ad Alciphr. II. 2. Schaeferum ad Ellipf. p. 297.), D. *ἐγγειτόνων*, quod idem et ac *ἐν γειτόνων*: et Barberianus Dorvillii ad Char. p. 564. *ἐκ γειτόνων*, solita, ut ait vir doctus, variatione. Mox *ἥ τε νεότης*, scripsi ex conjectura, pro *ἡ τότε νεότης*, quod sententiae adversabatur; haec mutatio levissima est et necessaria. B et Barberianus dederunt *ἐπεδείκνυτο*, quod recepi loco editi *ἀπεδείκνυτο*. — Caeterum de his ludicris ritibus, quibus novi discipuli inaugurabantur, vide Wyttenbachium Bibl. Crit. III. 2. p. 86; Thorlacium Prolus. p. 217; Holstenium ad Porphyr. V. Pyth. p. 10; Bulengerum de Lud. c. 32.

P. 75. *ὀνειρῶξαι δοκῶν*] Noster in fine Legationum: *καὶ ὁ μὲν ἔκειτο πεσὼν, ὀνειροπολήσας τὴν ἄδικον ἐπιβουλήν*. Plutarchus Alcib. c. 17. *Ἀλκιβιάδης δὲ Καρχηδόνα καὶ Λιβύην ὀνειροπολῶν*. Julianus Ep. 40. p. 417 D. *παρὰ σοῦ πρὸς ἡμᾶς ὀνειροπολῶν γράμματα*. Confer Hemsterhusium ad Luc. D. Mort. V. 2; Jacobsium ad Anthol. t. 7. p. 367. Si vera est, quam esse tradunt inter *ὀνειροπολεῖν* et *ὀνειρώττειν* differentiam Scholiastes Nub. vs. 16 et Tzetzes Chil. VIII. 887. *τῷ ὀνειρῶξαι* noster hic proprie fuisset usus, cum hoc verbum de insomniis *ἐρωτικοῖς* eximie usurpetur. Conf. Foesius Oec. Hippocr. v. *ὀνειρώττειν*. P. 75.

P. 75. οἱ δὲ ὁμοεθνεῖς καὶ ἐκ Λυδίας] Haec est lectio Commelini; Plantinus καὶ εὐκλυδίας. Junius proponit καὶ οἱ ἐκ Λ. Forte, ὁμοεθνεῖς οἱ ἐκ Λ.

P. 75. τοῖς κατὰ τήνδε τὴν ἡλικίαν ἀπιοῦσιν] Junius conjicit ἐπιοῦσιν, et vertit: „ adolescentiam „ aetatis florem ineuntibus." Pessime. Ἀπιοῦσιν est *morientibus*, notissimo euphemismo. Plato Phaed. §. 4. ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι μὴ ἀπιέναι πρὶν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα. §. 5. ἄπειμι δὲ, ὡς ἔοικε, τήμερον. Cinnamus plene I. 1. ἀπῄει τοῦ βίου. Confer notam supra p. 196.

P. 76. πένθος κατεῖχε τὴν πόλιν] P. 23. τὸν βασιλέα κατεῖχεν ἀθυμία.

P. 76. οὐκ Ἀθηναῖος — πατρίς] Wagnero haec verba glossam sapere videbantur, mihi non item. Timuit Eunapius, homo festivus, ne quis de Aeschine Atheniensi oratore cogitaret.

P. 76. οὐχ ὅσους — ἀλλὰ καὶ ὅσους] Id est, οὐχ ὅσους μόνον. P. 79. περὶ λόγων οὐκ ἦν αὐτοῖς ἡ στάσις, ἀλλ' ὑπὲρ ἐθνῶν ὅλων: et hic deest μόνον. De hac ellipsi vide Schaeferum ad Ellips. p. 309. et Schwebelium ib. p. 772.

P. 76. ὅσους εἶδε μόνον] Simile acumen est Lucillii Epigr. 37.

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις
οὐκ ἔτ' ἀνηγέρθη, καὶ περίαμμα φέρων:

ubi Martialem VI. 53. opportune adtulit Jacobsius.

Z 2 P. 76.

P. 76. νεκρῷ με] Ita Plantinus; sed Commelinus νεκρῷ [μὲν] με: Sic. Particulam importunam inveni in BD; at Plantinianam lectionem praetuli.

Mox ὅ, τι scripsi pro ὅτι editionum, et distinctionem plenam sustuli ante ἐμβαλὼν δὲ ὅμως. B habet ἐμβ. ὁ δὲ ὅμ.

P. 76. θάψας] Damascius Vit. Isid. p. 1056. εὐφυεστέρων ἤδη πολλῶν καὶ τῶν πρεσβυτέρων κατέχωσε δόξας τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ὁ Μαρῖνος. Aristides t. I. p. 135. ἀποκρύψας τοὺς ἄλλους ἅπαντας στρατηγούς. Zosimus Ascal. Vit. Demosth. p. 146. ἐκ γονέων δὲ μὴ πάνυ τι σεμνῶν προελθὼν, τοῖς αὐτοῦ τἀκείνων συνέκρυψεν. Cf. Nostrum p. 96. de Libanio.

P. 76. προσέδωκε πάλιν τῆς δυνάμεως τοῦ φαρμάκου] Huetius conjicit τὸ φάρμακον. Sed alia medicina locus eget, caeterum non intellectu difficilis. Delendum comma post σώματος: nam jungendum videtur προσέδωκε εἰς ῥῶσιν, *denuo dedit ad corpus roborandum*: posset tamen comma servari, quando sic vertendus locus: *nisi quod tantisper manens, dum corpus reficeretur, denuo dedit medicam illam potentemque potionem.*

P. 77. παιδιᾶς] Pro παιδείας edito, Reinesius παιδιᾶς conjecit, nec aliter Dorvillius ad Char. p. 446. Huetius reponere volebat παιδίας, male.

P. 77. ψαίροντες] B ψείοντες. Cum Plantinus haberet vitiose ψέροντες, Junius vitiose conjecit φέροντες.

P. 77.

P. 77. ὁ Πλάτωνος λόγος, ὡς ἀλήθεια] Plato Legg. V. p. 605 F: fontem indicavit Wyttenbachius Epist. crit. p. 15, omnino legendus. Adde Fabricium ad Marin. c. 4.

P. 77. γηραιὸς ὢν ἦν] Ex B ὢν sumpsi. Supra p. 52. ἐγένετο πατὴρ ὤν: ubi vide notam p. 300, et adlatis ibi auctoribus adde Stolbergium ad Ajac. p. 123. Schema est Chalcidiacum, de quo egit Lesbonax p. 179, cui adjungendus omnino Abreschius Auct. p. 317. Euripid. Hec. 117. ἦν σπεύδων. 575. εἶ δώσων, quod pro δώσεις esse potest, sed ob praecedens ἕστηκας malim εἶ ab εἶμι derivare. Schol. ad Hec. 521. παρῆν] παρὸν ἦν. Liban. t. 4. p. 146. τῇ πυκνότητι τῶν ῥημάτων τὰς νιφάδας συγκρύπτουσα: Cod. 3017. ἦν ἀποκρύπτουσα: melius. Duo exempla vide supra p. 350. et conf. Schaeferum ad Soph. Trach. 1066.

P. 77. πρὸς τοσοῦτον σῶμα] C τοσοῦτο. — Mox post κολοσσὸς ἐδόκει, comma est ponendum.

P. 78. Οὐλπιανόν] Bynkershoekius Obss. VIII. 15. p. 508. Ulpianum hunc credit illum ipsum esse, qui ad Demosthenem scholia scripsit, quae feruntur. Sed Chapmannus, in Observationibus ad Commentarios Ulpianeos, erudite ostendit Ulpianum Antiochensem, de quo nunc Eunapius loquitur, et Demosthenicum, longe diversos esse homines. Ibidem §. 2. Chapmannus de hoc Antiochensi utilia notavit.

P. 78. ὡσθεὶς] Suidas qui ὠσθεὶς καὶ ὤσθην citat, absque auctoris nomine, forte habuit ex Nostro, cujus verba non raro in suum Lexicum transtulit. Confer supra p. 213.

P. 78. ἓν γοῦν αὐτοῖς ὑπῆν ἱμάτιον] „ In his „ mire et pueriliter errat Ferrarius IV. de Re Vest. „ c. 16. p. 186: *Quid hoc loco* BARBA *cum tri-„ bonio?* Nimirum legit ὑπήνη." REINESIVS. De ὑπῆν vide notam supra p. 199.

P. 78. τὴν οἴκοθεν — ἀπαγορεύοντα] Junius de more non intellexit locum, etsi facillimus erat, Huetius vertit non eleganter sane: „ quae dome-„ sticam tincturam cum crassitie temporis lapsu „ amiserant."

P. 78. ἐνί τε ἀνθρώπῳ] Scripsi ἀνθρώπῳ pro ἀνθρώπων, et sic velle Huetium postea vidi.

P. 78. δύο τε ἦσαν καὶ εἷς] Plutarchus in Cat. Min. p. 794 D. Πόρκιος καὶ Μαρφαδάτης δύο φίλοι, ψυχὴ μία. Lege notata Wyttenbachio ad Plut. t. I. p. 659. Cyrillus Vit. S. Euthymii p. 14. ὥστε τοὺς ἀμφοτέρους μὲν ὁμογνώμονας καὶ ὁμοτρόπους γενέσθαι, καὶ οἱονεὶ μίαν ψυχὴν ἐν δυσὶ σώμασιν ἐπιδείξασθαι. Minucius Felix c. I. §. 2. „ Crederes unam mentem in duobus fuisse divi-„ sam."

P. 78. ἐν τοῖς στρώμασι κατακείμενος] „ Paupe-„ riores adeo Epaminonda, qui dum pallium ful-„ lonis in manibus esset, domi se continere coac-„ tus

„ tus fuit. Aelian. V. H. V. 5." WAGNER.

P. 78. πρὸς ἐκεῖνον αὐτῷ τὰ ὦτα ἀνειστήκει] Himerius Or. XXIII. §. 2. ἐγὼ μὲν ὀρθοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἱστήκειν τοῖς ὠσὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν τὴν τριπόθητον. Libanius t. 4. p. 629. ἐγὼ δὲ ἔστησα τὰ ὦτα: cui in proximis, ἢ δίκην με δεῖ ἢ τεθνάναι, restituo e codice 3017. λαβεῖν post δεῖ. Terentius Andr. V. 4. vs. 30. „ *Arrige aures*, Pamphile." Vide ibi Interpretem, collata nota ad Philostr. H. p. 442.

P. 79. τῆς διαδοχῆς τῶν — πλεον.] D τῶ δὲ pro τῶν.

P. 79. δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι] Exemplum notandum plenae locutionis, cum fere semper ἁπάσαις, absque nomine, scribatur. Confer Ellipses Schaeferianas in voce ψῆφοι. Aristophanes Av. 445. πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς Καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν. — Rem ipsam illustrat Cresollius Th. Rh. IV. c. 1. et, indicante Wagnero, Merillius Observ. III. 18.

P. 79. Ἐπιφάνιος καὶ Διόφαντος καὶ Σώπολις — καὶ Παρνάσιος] Horum res infra peculiariter narrantur. Huetius de Parnasio indicat videndum Ammianum 19. [p. 229.] ubi Parnasii cujusdam mentio quidem, sed non nostri.

P. 79. Σώπολις ἐκ τῆς πρεσβύτου καὶ παρημελημένης ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐνδείας] Scriptoris mens est, Sopolim electum fuisse, hominem ignotum et fere neglectum, ut numerum expleret, Parnasiumque

 simi-

similiter, magis etiam neglectum et vilem. Παρά-βυστος in conviviis vocabatur, qui se, nullo invitante, convivam intrudebat, et ἐκ παραβύστου sedere dicebatur. Sopolis ex supplemento quodam in literis quasi parasitico ad explendum numerum fuit electus. Hanc esse credo adjectivi παραβύστου vim hic et significationem. Pro παρημελημένης forte legendum παρειλημμένης.

P. 79. οἱ μὲν εὐτελέστεροι τὸ ὄνομα εἶχον] „ Qui „ doctrina et fama minus valebant, nomen tan„ tum et dignitatem professoris et sophistae ha„ bebant." Junius et Cresollius Th. Rh. IV. 2. crediderunt aliis hoc ipsum nomen fuisse, εὐτελέστεροι, aliis vero, οἱ δυνατώτεροι: quod mihi nondum persuadere potuerunt.

P. 79. μέχρι τῶν σανίδων — καὶ τοῦ βήματος] Illustrat haec Cresollius Th. Rh. III. 13. p. 223. 227. Theophylactus Sim. Ep. 50. εἰ δὲ ῥήτορες παρὰ σοὶ καὶ δικαστήρια καὶ βήματα περισπούδαστα. Codex 3047. δικαστήριον καὶ βῆμα περισπούδαστον. Idem Ep. I. verba arti sophisticae propria transtulit ad cicadam musicam: τερετίζει γοῦν ὁ μελῳδὸς, βῆμα τὸ δένδρον ποιούμενος, θέατρον τὸν ἀγρὸν, καὶ τοῖς ὁδίταις τὴν μουσικὴν ἐπιδείκνυται.

P. 79. περὶ λόγων οὐκ ἦν αὐτοῖς στάσις, ἀλλὰ] Vide supra notam p. 355.

P. 79. ἡ μὲν γὰρ ἑῴα κ. τ. λ.] Ex hoc loco *Lefevre* quidam in gallico libro, cui titulum fecit *la* nou-

nouvelle Athenes p. 4. pro certo affirmavit fuisse Athenis quatuor *Nationes*, ut olim in Universitate Parisiensi, quarum unicuique praeesset professor; sed non recte posuit calculum; nam Hephaestion sophisticum thronum reliquit, Proaeresium veritus, moxque Athenis excessit et simul e vita. Ergo tres tantum Professores numerandi sunt, Epiphanius, Diophantus et Proaeresius, trium *Nationum* praesides. Sed taedet his diutius immorari. Dicebam Hephaestionem excessisse e vita, ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων, sensum hujus locutionis vulgarem secutus (confer supra p. 196.); hic tamen Eunapius forte significare tantum voluit Hephaestionem, prae Proaeresii metu et invidia, ab hominum commercio se secrevisse, et vitae se tradidisse solitariae et obscurae.

P. 79. διὰ τῆς καλουμένης νῦν Ἀσίας] Vide notam p. 316.

P. 80. καὶ κλῆρος] Deleri velim καὶ quod locum impedit, non jam facilem nimis et perspicuum. Oriri potuit facile conjunctio ex male repetita τοῦ κλῆρος syllaba priore: ΚΑΙ ΚΛΗ.

P. 80. τό, τε ἄγνωστον] Editorum τότε mutavi.

P. 80. ἐπεὶ, τό γε ἀκριβῶς, καὶ διαφορὰς ἔσχε — εἴπου τις —] Editi διαφθορᾶς, quod in διαφορὰς mutavi, praeeunte B. De hac solenni permutatione vide notam ad Phil. Her. p. 344; Schweighauserum ad Athen. XIV. c. 31. Permutabuntur

 in-

infra p. 107. διαφεροῦμεν et διαφθεροῦμεν. — Mox εἴπου pro edito ἤπου optima est conjectura Wyttenbachii, quem reliqua violentius immutantem sequi non potui. Locum sic impressum, ἐπεὶ τό γε ἀκριβῶς, καὶ διαφθορὰς ἔσχε τὰ ἔθνη — ἢ μεταναστασιν παρ' ἑτέρους, ἤπου τις —, refingit eo modo vir doctissimus: ἐπεὶ τότε ἀκριβής τις διαφορὰ — διὰ μετανάστασιν π. ἑ. εἴπου τις. — Verba, ut edidi, non sunt, equidem reor, prorsus sincera, et velim deleri saltem καὶ ante κατ' ἀρχάς: attamen quodam modo possunt intelligi, isto forte sensu: „ haec autem fuse narrata sunt, quoniam, „ revera, dissidia exercebant populi illi ob pau„ cos quosdam juvenes" (cf. p. 75. πολεμοί τινες ἐγένοντο περὶ ἑνὸς μειρακίου καὶ δυοῖν) „ et ad alios „ deficiebant, si quis forte adolescentulus initio „ deceptus alii se magistro adjunxisset." Nempe, si Syrius quidam discipulus, ad professoris Syrii scholam missus, ab exploratoribus illis, de quibus supra relatum fuit, captus et interceptus, alius professoris disciplinam amplecteretur, tunc saepe caeteri Syrii discipuli civi suo adhaerebant, illumque apud novum professorem sequebantur; hincque μετανάστασις παρ' ἑτέρους. Rem melius expedient qui fuerint acutiores, vel codicibus melioribus instructi.

P. 80. Ἴσχυσεν ἡ σύστασις] Editi στάσις, quod mutavi ex D et Veneto. Modo pro σφοδρᾶς D σφοδρῶς.

P. 80.

P. 80. δεκάσαντες] Scholiastes Aeschinis Timarcheae ineditus in codice Coisliniano ad Reiskianae p. 110, 7. δεκάσαι ἐςὶ τὸ διαφθεῖραί τινας χρήμασι, παραδικάσαι, ἤ τι τοιοῦτον ποιῆσαι. Vide Scholia edita ad p. 108. et Ruhnkenium ad Timaei Δεκάζει. Moschopulus Eclog. in Δεκάζω: παραδικάζω δὲ οὐ γράφεται· ἀντὶ τούτου δὲ χρώμεθα τῷ δεκάζω, ὅπερ δηλοῖ τὸ ἀπὸ τῶν δέκα λαμβάνειν ἕν. Οἷον· „δειναὶ γὰρ αἱ ψῆφοι δικάσαι (lege „δεκάσαι) τὴν ἀλήθειαν·" ἤγουν παρακρῖναι. Respicit, puto, Synesii Epist. I. ubi: αἱ γὰρ εὔνοιαι δειναὶ δεκάσαι τὰς ψήφους. Scholia Synesiana: ἐπιτήδειαι, ἰσχυραὶ διαφθεῖραι, παρὰ τὸ δέον, τὸ δίκαιον κρῖναι. Hic esse videtur turbarum aliquid. Nam verba παρὰ τὸ δέον etymologia esse possunt τοῦ δειναί. Moschopulus: Δεινὸς, ὁ ἐπιτήδειος, ἀπὸ τοῦ δέον, τὸ πρέπον. Codex Synesii 1039. pro ψήφους, variantem lectionem γρ. κρίσεις ad marginem exhibet; sed manus est recentior, et glossam crediderim, non lectionem. Julianus Or. II. p. 61 A. ἐκεῖνος (Ὅμηρος) . . δεκάζει τοὺς κριτὰς καὶ οὐκ ἐπιτρέπει δικαίαν φέρειν καὶ ἀψευδῆ ψῆφον. Adde Wyttenbachii notam ad Plutarchi p. 92. D. t. 1. p. 636.

P. 80. πρὸς τῇ φυγῇ] Sic emendavi editam scripturam πρὸς τὴν φυγήν. Meursius haec secure adtulit in Pisistrato 4. ubi rei vide illustrationem.

P. 80. κἂν τοῖς πολεμίοις παρέπεμπεν] Editi:

καὶ

καὶ τ. π. παρέπεμπον. Junius παραπέμπων. Emendavi ut potui.

P. 80. μεταπεσόντος ὀςράκου] Hoc proverbio Noster alibi fuerat usus. Suidas: Ὀςράκου περιςροφή· παροιμία ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων λεγομένη. Εὐνάπιος· „ὥσπερ ὀςράκου μεταπεσόντος ἐπὶ „τὸ βέλτιον ἐχώρησε Ῥωμαίοις." Anna Comn. I. p. 7 B. τούτων ἀκούσαντες τῶν ῥημάτων, ὥσπερ ὀςράκου μεταπεσόντος, τὴν γνώμην μεταβαλόντες οἴκαδε ἀνεχώρουν. Nicephorus Greg. Hist. VII. 2. §. 2. ὁπόσας Σικελικὰς πόλεις ὁ Κάρουλος εἷλέ τε καὶ δεδούλωτο, πᾶσαι, καθάπερ ὀςράκου μεταπεσόντος, ἐς Θευδέριχον ἐπανῆκον. Scholiastes Luciani ad Apol. pro Merc. init. Πλατωνικὴ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀπροφασίστως μεταβαλλομένων ἀπὸ τῶν πρώτων (f. πρῶτον) αὐτοῖς πρεσβευομένων. Dixit Πλατωνικὴ, nam Plato proverbium habet in Phaedro §. 40. ubi vide Heindorfium. Adde notas ad locum Luciani, Cangium ad Annam, Bulengerum de Ludis c. 24.

P. 80. τὸ δεύτερον αὖθις] Confer p. 163.

P. 80. ἐλεγχθέντες καὶ συσπειρασάμενοι] D ἐλεγχθέντες. B συσπειρας.

P. 81. ἑτέρας ἐξηρτύοντο μηχανάς] P. 85. τοιαύτας ἐπιβουλὰς ἤρτυον.

P. 81. καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν] Heliodorus II. 12. haec habet ipsa verba. Synesius Ep. 4. p. 163 B. καὶ οἱ μὲν ἦσαν πρὸς τούτοις. Codex 1039. ἐν τούτοις: quod nunc fere praetulerim, etsi

licet aliter ad Philostratum senserim p. 310. Idem Ep. 8. ἐν τίσιν ἐστί; Ep. 79. p. 226 C. ἐν τούτοις τῇ πατρίδι τῶν πραγμάτων ὄντων. Ep. 94. p. 232 C. ἔπεμψα πειθόμενος ἐν οἷς εἴης· εἴης δὲ ἐν ἅπασιν ἀγαθοῖς. Aristides t. I. p. 300. Heliodorus IV. c. 4. 14. Vide Bodenium ad Achillem Tat. V. c. 14; Reitzium ad Lucianum Saturn. 19; Raphelium ad I. Tim. 4. 15. Westerhovium ad Terentium Heaut. III. 1. 63.

P. 81. ἐπὶ τῷ ἀπίστῳ τοῦ θαύματος, τοὺς] forte, τοῦ θ. τούτου.

P. 81. μόλις μὲν καὶ βάδην] Confer notam p. 163.; Dorvillium ad Charit. p. 409.

P. 81. ἀνάγκης δὲ καλούσης] Editi: καὶ ἀν. Delevi conjunctionem, quae locum impediebat, praeeunte Veneto; et Commelinus uncinulis circumscripsit, utpote in codicibus non repertam. — Pro καλούσης, forte legendum κελευούσης. P. 86. ἀνάγκη γὰρ ἐκέλευε.

P. 81. διαλεχθέντες] Sic mutavi barbarum ἀνεχθέντες. Reliqua Junio rectius explicavit Cresollius videndus Th. Rh. III. 20. §. 8.

P. 81. τοὺς Προαιρεσίου — ἐξαπιναίως] Haec tantum exhibent editiones. Media, quae deerant, supplevi ex Veneto, B, et Barberiniano Dorvillii ad Char. p. 537. — Ἐξαπιναίως supra p. 228.

P. 82. ὡς οὐκ εἰσὶ τῶν ἐμούντων] B καὶ pro ὡς. —

„ Te-

„ Temere effutientium quidquid in buccam venit.
„ Ernesti Lex. Technol voce ἐμεῖν et ἀκρίβεια."
WAGNER. — Verba sunt Aristidis Sophistae apud Philostratum V. S. II. 9. §. 2. quibus et adludere videtur Philostratus V. S. I 8. §. 4. τὰ μὲν δὴ ἐς Πρόξενον μήτ' ἂν ἐνθυμηθῆναι τὸν Φαβωρῖνον ἡγώμεθα (non ἡγούμεθα: cf. notam ad Her. Philostr. p. 625.), μήτ' ἂν ξυνθεῖναι, ἀλλ' εἶναι αὐτὰ μειρακίου φροντίσματα μεθύοντος, μᾶλλον δὲ ἐμοῦντος. Martialis XI. 91.

„ Attonitusque legis terraï frugiferaï,
„ Accius et quidquid Pacuviusque vomunt."

Lennepius, qui mea haec legere non gravatur, mihi indicavit opportune Ciceronis de Antonio verba Epp. ad Div. XII. 2. „ omnibus est visus „ *vomere* suo more, non dicere."

P. 82. ἀπὸ τῆς καθέδρας] Loquebantur ἀπὸ τῆς καθέδρας, ἀπὸ τοῦ θρόνου, sedentes nempe, si volebant. Mox Proaeresius ἀνέστη θαῤῥαλέως ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, ut Albutius, de quo Seneca apud Cresollium Th. Rh. III. 13. „ Incipiebat enim sedens, „ et, si quando illum produxerat calor, exsurgere „ audebat." Philostratus V. S. I. 21. διελέγετο δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ θρόνου ξὺν ἁβρότητι, ὀρθὸς δὲ ὀρθῶς διελέγετο, ἐπιστροφήν τε εἶχεν ὁ λόγος: ubi vide Olearium. I. 25. §. 7. Φησὶ δὲ αὐτὸν Ἡρώδης ἀναπηδᾷν τοῦ θρόνου περὶ τὰς ἀκμὰς τῶν ὑποθέσεων, τοσοῦτον αὐτῷ περιεῖναι ὁρμῆς. Olearius περὶ optime se restiti-

stituisse putat pro edito παρά; sed παρὰ, quod et inveni in codice 1696 optimo, bene se habet, eo nimirum sensu, de quo dixi ad Her. p. 314.

P. 82. εἰς προαγχῶνά τινα] Editi, εἰς προάγωνά τινα, quod mendosum esse videtur. De προαγῶνι, vide Cresollium Th. Rh. IV. 8. — „ Werns„ dorf. ad Himer. p. 391. Cf. not. ad Ammian. „ p. 58." WAGN.

P. 82. τὸν σχέδιον ὅσος ἐςὶν ἐξάρας λόγον] D ὅπως non ὅσος. — De oratione extemporali Cresollius Th. Rh. III. 11. — „ Ernesti Lex. Technol. V. „ σχεδιάζειν. Wernsdorf ad Him. p. 21." WAGN.

P. 82. ὅρον τινὰ προβαλεῖν ἕτοιμος] B ἕοιμος. — Mox, προβαλεῖν τὸν καλούμενον ὅρον. „ Ernesti „ Lex. Technol. v. ὅρος. Wernsdorf ad Him. „ p. 457." WAGN. Adde Cresollium Th. Rh. IV. 8.

P. 82. πολὺ μὲν ἑώρα — μικρὸν] Μὲν abest a Veneto. Scripsi, post Huetium, μικρὸν pro μικροῦ.

P. 82. περὶ τὴν ἐσχάτην ἄντυγα] „ in extremo „ theatri ambitu." Wagnerus indicat Hemsterhusium ad Luciani D. D. 25. Ex Hemsterhusio disces, quid sit ἄντυξ in curru, quod nihil ad rem praesentem facit. Inspice potius, I. D. Lennepium Lex. Etym. voce ἄντυξ.

P. 82. περὶ ῥητορικὴν τετριμμένων] Nonnulla facien-

cientia ad τοῦ τρίβεσθαι illustrationem habet Toupius Em. t. 2. p. 279. Philostratus V. S. I. c. 14. δικογραφίαν γὰρ αὐτῷ προφέροντός ἐςι δή που ταῦτα, καὶ τὸ ἐν δικαςηρίοις συκοφαντοῦντα τρίβεσθαι. Salmasius legebat προσφέροντος, et in codice 1696 fuit olim προσφέροντος, sed nunc τὸ σ erasum est. Recte quidem. Scholiastes ad Heroica p. 428. προφέρον αὐτῷ τὰς ἔλξεις interpretatur per ὀνειδίζον. Et grammatici πρόφερε in Iliados Γ. 64. exponunt ὀνείδιζε: confer Heynium ibi, et Corayum ad Isocratem t. 2. p. 45. Scholiastes Thucydidis ad I. 77. ὀνειδίζεται vertit προφέρεται. Scholiastes Hecubae 6701. ὠνείδισας· ἤτοι εἰς ὀνειδισμὸν προέφερες. Dio Chrysostomus Or. 64. p. 328. Πέρσαι μὲν ἐμέμφοντο τὴν Τύχην μετὰ τὴν Κύρου σφαγήν . . . ἤδη δέ τινα καὶ τῶν ἰδίων παθῶν τῇ Τύχῃ προσφέρουσι: forte προφέρουσι. Libanius t. 4. p. 145. ἐν ονείδει μοι προφέρουτι τὴν σὴν φλυαρίαν: codex 3017. pronomen habet ex additione. Epist. 18. p. 6. προφέρεις δή μοι πολλοὺς ἐπαινεῖν, ἐγὼ δέ σοι τὸ πολλοὺς ψέγειν· ubi Mediceus προσφ. sed τῷ σ puncto notato. Codex 3002. τὸ πολλοὺς ἐπ. quod et recipiendum. Vide Wyttenbachium ad Plut. t. 1. p. 131. locos Plutarcheos indicantem.

P. 82. τὰ πλεῖςα τῶν κακῶν] B καλῶν. Permutatio frequens. Libanius t. 4. p. 181. τὸ δὲ ἅψασθαι Ἀλκιβιάδου καὶ τὸν ἐκείνου βίον καλῶς εἰπεῖν

παν·

πανταχοῦ καὶ ἐρῶντος ἂν εἴη καὶ μισανθρώπου. Codex 1037. κακῶς, male. Cf. p. 373.

P. 82. πεισθήσονται] Editi πισθήσονται, quod Junius derivat a πιςοῦμαι, parum commode, vel mutat in πιεσθήσονται, a πιέζομαι, cogitans de confessione equuleo extorta, quod est absurdum. Venetus πιθήσονται. Scripsi πεισθήσονται, mutatione soni nulla, literarum minima. Et sic Vossium legisse dein animadverti, Wagnerumque, qui et πιςωθήσονται proponit.

P. 83. ῥητορικῇ πομπείᾳ] „ Ernesti Lex. Techn. „ V. πομπικός." WAGN.

P. 83. τοὺς ταχέως γράφοντας ... οἳ καθ' ἡμέραν μὲν τῆς Θέμιδος γλῶτταν ἀποσημαίνονται] Agitur, non de *Notariis*, ut vertit Junius, qui locum non intellexit, sed de *Exceptoribus*, qui *quotidie* Praesidum acta notis scribebant. Vide Eunapiana interpretantem Valesium ad Ammian. p. 45. Huetius vertit: „ qui quotidie Themidis linguam li„ teris consignant." Ἀποσημαίνονται proprie dictum est; nam σημεῖα sunt tachygraphicae notae. Confer Jacobsium ad Anthol. t. 12. p. 276.

P. 83. ἐπέτειλε] Editi ἐπετέλει. Dorvillius ad Char. p. 555. proponit ἐπέτελλε et de Proconsule recte intelligit. In hac voce corrupti sunt codices. Barberinianus habet ἕπεται: B, εἶπέ τε: D, ἵκετο. Ἐπετέλει facile mutavi in ἐπέτειλε, et ha-

bui adſentientem Corayum, qui et de ἐπέτελλε cogitavit.

P. 83. λέγειν ῥύδην] „ Erneſti Lex. Technol. „ in ῥέειν." WAGN.

P. 83. κατὰ κρότον ἀναπαύων ἑκάστην περίοδον] Junius: „ ſingulas periodos pulſu manuum fi- „ niens." Junium a ſenſu aberraviſſe intellexit Creſollius Th. Rh. III. 20. §. 4. ipſe vertens: „ quaſi ſingulae dicentis periodi audientium plau- „ ſu exciperentur:" ſed aeque fallitur. Κρότος hic eſt verborum concinnorum in fine ſententiae ex- quiſita diſpoſitio; alibi vocatur ἦχος. Confer quae notavi et indicavi p. 345. Verterim ergo: „ ſingulas periodos ſonoro quodam verborum con- „ cinnorum ambitu claudens."

P. 83. πυθαγορικὸν θέατρον] Confer notam p. 344.

P. 83. ὑπὸ τοῦ θαύματος καταῤῥηγνύμενον] P. 88. τὸ θέατρον βοῶν τε ἐῤῥήγνυτο. Vide notam p. 205. Himerius Or. IX. §. 4. Τιτᾶνες πάντες διεῤῥή- γνυντο φθόνῳ. Libanius t. 4. p. 183. 194.

P. 83. μυκηθμοῦ] Vide Creſollium Th. Rh. III. 20. §. 6.

P. 83. δόξαν ἀνθρωπίνην] B ἀνθρώπινον. P. 85. ἐπιβουλὰς αἰσχρὰς: ubi B αἰσχρούς. Hunc atti- cismum (de quo vide notas ad Gregorium Dial. Att. §. 20.) recipere neglexi, ab uno codice datum et in tali ſcriptore. Lycurgi Leocratea

ſic

ſic incipit: Δίκαιον .... καὶ εὐσεβῆ ... τὴν ἀρχὴν τῆς κατηγορίας .... ποιήσομαι. Equidem asſentior Reiskio ſcribendum esſe putanti δικαίαν, quam lectionem receperunt Schulzius, Augerius, Thorlacius: nam δίκαιον obſcuritatem quamdam parit, et, praeterquam quod ſic foeminina vice poſitum parum est in uſu, certe non est in uſu Lycurgeo. In hac oratione ubique δικαίαν invenias.

P. 84. τὴν κατάστασιν] Quid ſit, ex Rhetorum ſenſu, κατάστασις, explicat, indicante Wagnero, Ernesti Lex. Technol.

P. 84. ἐπιστρέψας] Credo δὲ excidisſe post ἐπιστρ., vel καὶ initio ſententiae.

P. 84. ἀπήγγελλεν] Sic reſcribe loco τοῦ ἀπήγγελεν, quod e Commeliniana, me invito, irrepſit. Plantinus ἀπήγγελλεν. D, ut Commelinus.

P. 84. τὰ στέρνα τοῦ σοφιστοῦ περιλιχμησάμενοι] Confer Creſollium Th. Rh. III. 19. Ariſtaenetus I. 13. ἱκέτευε τά τε στήθη φιλῶν καὶ τῶν γονάτων ἁπτόμενος. Adde, monitore Huetio, Lucianum Nigr. c. 21.

P. 84. Ἑρμοῦ λογίου τύπον] Hanc locutionem illuſtrat Toupius Em. t. 2. p. 285. collato Wyttenbachio Epiſt. crit. p. 37. Toupius dicens Syneſium ep. 101. p. 240 C. ad Ariſtidem reſpexisſe, *quod nemo vidit*, falſus est, vel memoria vel fide lapſus. Hoc eſt paulo inclementius

dictum; ſed tam ſaepe Toupius ſibi aliorum inventa vindicat, ut bilem legenti moveat. Ante Toupium, Syneſium ad Ariſtidem reſpexiſſe viderat et diſerte monuerat Creſollius Th. Rh. I. 9. qui et Noſtri non fuit immemor. Huetius adfert Lucianum Pſeudol. I. §. 24. ubi vide Reitzium, qnem confer et ad Apol. c. 2. Adde Alberti Obſervat. p. 251.; Jacobſium ad Anthol. t. 12. p. 200.; Erneſtium Lex. Techn. in λόγιος, quem et indicavit Wagnerus.

P. 84. διὰ φθόνον παρεθέντες] Confer notam p. 209., Wyttenbachium ad Plut. t. 1. p. 701. et Bernard. ad Nonn. t. I. p. 185.

P. 84. ὁ δὲ ἀνθύπατος — μετὰ πάντων ἢ τῶν δυνάμεων] Creſollius videndus Th. Rh. III. 19. de ſolemni Sophiſtarum domi reductione, hunc locum citat e Junii verſione. Junius autem vertit: „ cum „ omni ſatellitio ſive copiis ſuis." velim καὶ legere pro ἢ, et ſic intellexerim: „ cum omnibus qui „ aderant *et* cum ſatellitibus." Ἢ et καὶ ſaepe permutantur. Cf. Schaeferum ad Gregor. p. 384. Philoſtr. V. A. II. 11. ὅτε δουπήσειεν ἀσπὶς, ἢ ἀστράψειαν αἱ κόρυθες, καὶ (cod. 1696. ἢ melius) παιανιζόντων τε καὶ ἀλαλαζόντων βοὴ γένοιτο.

P. 84. συνεχώρησαν αὐτῷ εἶναι κρείττονι] Αὐτῷ e conjectura edidi pro εἰς τό. Video Dorvillium haec adferentem ad Char. p. 473. nihil mutare; ſed non capio quid hoc ſit ſyntaxeos: εἰς τὸ εἶναι κρείτ-

κρείττονι. Cum αὐτῷ ſententia recte ſtruitur. Aeſchines Cteſ. p. 245. τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι. Philoſtratus V. S. II: 1. 14. τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ περιῆν τοῦ ἐν λόγοις βούλεσθαι ὀνομαστῷ εἶναι. Julianus Or. I. p. 4 D. ὑπῆρξέ σοι καὶ τὸ τοιούτῳ γενέσθαι. Onoſander c. 42. τῷ δευτέρῳ κελεύσας ἐφεδρεύειν καὶ ἑτοίμῳ εἶναι: ubi Schwebelius. Trendelenburgius ad Menonem §. 15. pro ᾧ ἐγὼ πιστεύων ἀληθῆ εἶναι, recte reponit ἀληθεῖ.

P. 84. ἀναφέροντες ὥσπερ αἱ τῆς ὕδρας κεφαλαί] Vide Eraſmum Adag. I. Cent. X. 9. — De ἀναφέροντες vide notam p. 323. et, cujus indicium Lennepio debeo, Weſſel. ad Her. III. 22.

P. 85. ταῦτα τιμῶντες] Cui non diſplicebunt haec verba repetita? Forte ſcripſerat Eunapius: οὐκ ἐξ ἀρχῆς, ὅμως — ταῦτα τιμῶντες. Sed et p. 87. ἕκαστος male iteratur.

P. 85. ἐπιβουλὰς ἤρτυον αἰσχράς] B αἰσχρούς. Vide notas p. 364. et p. 370.

P. 85. ἀνεπίφθονοι δὲ ἦσαν, εἴ τις ἑαυτὸν καὶ κακῶς φιλεῖ] B καλῶς. Cf. p. 368. Huetius vertit: „irreprehenſi vero erant, ſuo judicio, veluti cum „quis ſe ipſum inepte amat." Forte ἐπεί τις. Sed ſuſpicor deesſe nonnulla.

P. 85. ἀπήντα τὸ σόφισμα] Vide ſupra p. 235.

P. 85. δόξης ἐραστὴν καὶ λόγων] Illuſtravi ad Her. p. 555. Inſra p. 117. σοφίας ἐραστής. Theophy-

lactus Simoc. Phyſ. Quaeſt. p. 4. ἐρῶ σοί τι φύσεως ἔργον, Πολύκρατες, ἐπεί σε φιλότιμον καὶ λόγων μουσικῶν ἐραστὴν ὑπαισθάνομαι· φίλῳ γὰρ μηδὲν ἄγνωστον ἔχοιμι καλὸν, τῷ Κυρηναίῳ πειθόμενος. Quae poſtrema iterum habet Theophylactus initio Dialogi, quem Hiſtoriae praemiſit: ἀποκρινοῦμαι ὡς ἔχω συνέσεως· μηδὲν γὰρ ἄγνωστον ἔχοιμι καλὸν, ὡς ἔμοιγε καὶ τῷ Κυρηναίῳ δοκεῖ. Ibi Fabrottus de Cyrenaeo Ariſtippo cogitat, non de Cyrenaeo Callimacho. Mirum id mihi accidit, Hemſterhuſium, qui ad Fragmenta Callimachea 570. eamdem profitetur opinionem, Fabrotti non meminiſſe.

P. 85. ἐκ Βηρυτοῦ] Libanius Epiſt. 10. ἐγὼ δὲ ἐρασθῆναι ὁμολογῶ, Βηρυτοῦ μὲν διὰ πολλὰ, Ἀθηναίων δὲ διὰ πάντα, δυνηθῆναι δὲ εἰς οὐδετέραν ἐλθεῖν. Suſpicor, ob οὐδετέραν, Libanium ſcripſiſſe Ἀθηνῶν. Hae voces fuerunt nonnunquam permutatae: vide notas ad Gregorium Schaeferianum p. 381. In his Libanii T. I. p. 11. οἶμαι δὲ, κατὰ τὸν Ὀδυσσέα, καὶ θεῖον ὑπεριδεῖν ἂν γάμον πρὸς τὸν Ἀθηναίων καπνόν, cum Reiskio malim Ἀθηνῶν.

P. 85. Ἀνατόλιος] De Anatolio vide Toupium Em. t. 2. p. 431. et Wernsdorfium ad Himer. p. 296.

P. 85. Ἀζουτρίωνα] Toupius ibidem, rejecta Fabri opinione, qui in Ἀζουτρίωνα latinam, eamque ſcenicam, vocem *adjutor* agnoſcere ſibi videbatur, ipſe legit Σαλουτίωνα, facta alluſione ad Salu-

lutionis mimi nomen. Cangius Lex. Add. p. 8. admittit prae aliis St. Lemonii conjecturam, apud ipsum videndam; nam has hariolationes referre taedet. Si quid video, Faber a vero non nimium abludit.

P. 85. ὁ κακοδαίμων ἴσω τῶν θυμελῶν χορός] Zosimus IV. 33. οἱ κακῶς ἀπολούμενοι ὀρχησαὶ, καὶ πᾶν ὅ, τι πρὸς αἰσχρότητα καὶ τὴν ἄτοπον ταύτην καὶ ἐκμελῆ συντελεῖ μουσικήν.

P. 85. τῆς τε νομικῆς τελουμένης παιδείας] Corayus proponit, καλουμένης vel λεγομένης. Et ego καλουμένης conjeceram, quod praetulerim; nam hoc participio in hac formula gaudet noster: vide p. 141.

P. 85. Βηρυτὸν ἣ τοῖς τοιούτοις μήτηρ ὑποκάθηται παιδεύμασι] „Nobilis urbs Berytus ob jurisprudentiae scholam, quae ibi inde a tertio post „Chr. saeculo floruit. Peculiaribus libellis de hac „academia egerunt plures, quos vide apud Ba„chium in Hist. Jur. LIII. c. II. 45. p. 486;" JACOBSIVS ad Anth. t. 11. p. 21. Vide Villoisonum in Memoriis Academiae Inscriptionum t. 47. p. 297., Wolfium ad Libanium Epist. p. 274. et Spanhemium ad Julianum p. 120.

P. 85. μήτηρ] Himerius Ecl. 17 §, 2. Aegyptum vocat μητέρα τῶν σοφῶν λόγων: ubi Wernsdorfius. Et Zachariae Mytilenaeo, apud Wolfium, loco modo citato, Berytus μήτηρ νόμων dicitur.

P. 85. φρονήματος ἐμπλησθεὶς καὶ λόγων] Haec non semel juncta legere est. Exempla dedit Toupius ad Longinum fragm. 1. Mox p. 86. junguntur τὸ, τε φρόνημα καὶ τὴν παιδείαν.

P. 85. λόγων ὕψος ἐχόντων καὶ βάρος] Wyttenbachius malit βάθος, quod verissimum esse sentio, et permutatio est harum vocum facillima. Vide Bernard. ad Nonn. t. 1. p. 114.

P. 86. βασιλεία ἐστὶν ἀπόρφυρος] Vide P. Fabrum Semestr. I. p. 15, Casaubonum ad Hist. Aug. p. 142. E. 252. F.

P. 86. τὸ γὰρ καλούμενον Ἰλλυρικὸν] B Ἰλλυρικῶν. De Illyrico vide Topograph. cod. Theodos.

P. 86. χρυσῆς — μανίας] Philostratus Her. p. 6. χρυσῆν ἀγορὰν λέγεις: ubi scholiastes χρυσῆν interpretatur per τιμίαν.

P. 86. σπάσαι] Editi πάσαι. C πᾶσαι. B πᾶσαι et ad marginem σπάσας. Unde scripsi σπάσαι, quod volebat Wyttenbachius, nec aliter habet margo libri Vossiani. Et alibi sic periit vel male fuit additum Σ initiale. Cf. Bernard. ad Non. T. 1. p. 204. T. 2. p. 272.

P. 86. πρόβλημά γέ τι — προπέμψας] De quaestionibus sic missis vide Cresollium Th. Rh. IV. 9. Huetius haec verba loco movebat et collocabat post ἀδωροδόκητος: sed parenthesis, cujus signa adposui, ut locus esset minus obscurus, plane est apta Eunapiano stylo.

P. 86.

P. 86. περί τε καλουμένης στάσεως] Rhetoricam hanc vocem, Latinis *ſtatum*, vel *conſtitutionem*, docte expoſuit Erneſti Lex. Techn. Vide Wernsdorfium ad Philen XI. 77.

P. 87. ἕκαστος — ἕκαστος] Vide p. 373.

P. 87. τῆς Περσικῆς, ἐκείνης — στρατιᾶς] Notanda τοῦ ἐκείνης emphaſis. Anacreon Od. 12. ὡς ὁ Τηρεὺς ἐκεῖνος. Themiſtius Or. XXI. p. 246 A. B. Besſario apud Morellium doctisſimum et humanisſimum Venetae bibliothecae cuſtodem, Bibl. Manuſcr. t. I. p. 212. ἐγὼ μὲν οὖν χαίρω παρὰ τοιοῦτον ἄνδρα Φοιτήσας, οὗ Πλάτωνι, μετά γε τοὺς πρώτους ἐκείνους ἄνδρας, οὐκ ἔφυσεν ἡ Ἑλλας οὐ σοφίᾳ, οὐ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ὁμοιότερον. Et ſic οὗτος. Lydus de Magiſtr. Prooem. Σαλούστιος, οὗτος ὁ ἱστορικός.

P. 87. Ἰμέριός τις] De hoc infra agit Eunapius loco peculiari p. 95.

P. 87. πολλῷ καμάτῳ παρετείνοντο, τὴν λοξὴν ἕκαστος μελετῶντες στάσιν] C πολλῶν καμάτων. Editi παρετείνοντο τὴν δόξαν ἕκ, quod non capio, nec probo Junii conjecturam τὴν ἰδίαν δόξαν. Ipſe vertit: „pro generali quaeſtione et ſtatu ſuam „quisque opinionem excolit atque expolit." Sed Graeca ſenſum hunc fundere nequeunt. Mutavi τὴν δόξαν in τὴν λοξήν. Στάσις erat intricata, λοξή. Noſter p. 9. τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων: ubi vide notam p. 162. Themiſtio Or. 21. p.

 247

247 C. ſic edito, σκοτεινὰ καὶ λωβὰ ῥήματα τῆς Ἀριστοτέλους διαλεκτικῆς, reſtituunt viri docti σκοτ. καὶ λοξὰ ῥήμ. Confer Erneſtium Lex. Technol. in λοξόν. — De παρατείνομαι Ruhnkenius ad Tim. p. 206.

P. 87. τοὺς κροτοῦντας, τὰ μειρακία, ἐγέλα] „ Ridebat eos qui plaudebant, adoleſcentes vide„ licet:" HVETIVS, τὰ μειράκια per appoſitionem recte intelligens.

P. 88. τὴν στάσιν ἣν ἐπαινεῖ] „ Conſtitutionem „ quam valde probaret." HVET.

P. 88. ἐν τοῖς ἄνω λόγοις] P. 87.

P. 88. οὐδὲ Ἀνατόλιον ἔδει ταῦτα νικᾷν] „ Nec „ enim in his neceſse erat Anatolium excellere." HVET.

P. 88. ὥστε ἐπήδα τε ὁ Ἀνατ.] Vide p. 346.

P. 88. οὐδεὶς ἦν ὃς οὐχὶ θεὸν ὑπελ.] P. 35. θεὸν εἶναι τὴν παῖδα ἐπέπειστο. P. 50. θεόν τινα νομίσας Χρυσάνθιον ἐπὶ τῷ λόγῳ.

P. 88. ἐξηκρίβου τὴν ἀκοήν] Junius a ſenſu vocis ἀκοήν erravit. Wernsdorfius ad Himer. p. 770 ſic vertit: „ hanc rem ante multos annos geſtam „ ego ex *fama* non incerta accepi." Melius Huetius: „ atque ita rumorem, qui de ea ſpargebatur, „ ſtudioſe tradere ſcriptor ſatagebat." De ἀκοῇ pro *fama* ſupra p. 130 et 131. ubi pro 379. lege 397.

P. 88. τὸν Μιλήσιον] Et de hoc loquitur infra p. 91.

P. 88.

P. 88. σχολαστὴν — βίον] Vide supra p. 131. et notas ad Gregorium Schaeferianum p. 108.

P. 88. πρός τε ἱεροῖς ἦν] Confer quae notavi ad Philostr. Her. p. 310.

P. 88. διαιρέσεις] Rhetoribus *partitiones*: hic cum nota ridiculi quadam. Vide Ernesti Lexicon.

P. 89. πάντων ἕνεκα — ὑπερεθαύμαζεν] B ἕνεκεν. C ἕνεκε — ὑπερεθαύμαζον.

P. 89. ὁμοτράπεζος — αὐτῷ] C αὐτῶν. Errore solenni.

P. 89. ὅσον — οὐκ ἐξικνοῦντο] P. 61. ὅσον — ἦσαν ὑφελόμενοι, quo de loco dubitationem meam tollere poterat is, quem nunc tracto; sed tunc (p. 322.) non memineram. — In hac de Gallis narratione Proaeresii pulchritudinem admirantibus, cujus sermones non capiebant, Wyttenbachius credit Eunapio esse obversata Philostrati verba V. S. II. 10. §. 5. φανέντος ἂν περὶ τὴν σκηνὴν τοῦ τῆς ἀκροάσεως ἀγγέλου, ἐξανίσταντο μὲν ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, ἐξανίσταντο δὲ τῶν δημοσίᾳ ἱππευόντων, οὐχὶ τὰ Ἑλλήνων σπουδάζοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁπόσοι τὴν ἑτέραν γλῶτταν ἐπαιδεύοντο ἐν τῇ Ῥώμῃ. Codex 1696. οὐχ οἱ habet recte pro οὐχί.

P. 89. τήν γε μὴν καρτερίαν] Notavit aptissime Wyttenbachius hic et in sequentibus Eunapio Platonem Symp. p. 385 A. fuisse obversatum. Multa enim apud Platonem §. 35. re et verbis similia deprehendes.

P. 89.

P. 89. ὥσπερ ἐς ἀνδριάντα τινά] De hac pulchrorum hominum cum statuis comparatione plurima notavi ad Philostr. Her. p. 377. 582. Adde Olearium ad Philostratum p. 612.; Bodenum et Salmasium ad Achill. Tat. V. c. 11; Jacobsium Exercit. t. 1. p. 22 seq. et ad Meleagri Epigr. XI. 3. Libanius t. 4. p. 193. τὴν Δεινομάχην μακαρίζειν, οἷον ἄγαλμα εἰς φῶς ἤγαγε. Socrates Stobaei p. 9. Schowianae: τοῦ βίου, καθάπερ ἀγάλματος, πάντα τὰ μέρη καλὰ εἶναι δεῖ.

P. 89. καὶ κολοσσόν] Theocriti XXII. 47. σφυρήλατος οἷα κολοσσός: ubi Wartonus.

P. 89. ἀναβλέποντες] B ἀναβλάπτοντες.

P. 89. ὄντως ἀπαθῆ τινὰ καὶ σιδήρεον] D οὗτοι. — Apuleius Mil. II. p. 36. „vides hominem *fer-* „*reum*:" ubi similia Pricaeus Nostri non oblitus. Juvenalis I. 31.

„Nam quis iniquae
„Tam patiens urbis, tam *ferreus*, ut teneat se?"

Et ibi Grangaeus. Adde Wartonum ad Theocr. t. 2. p. 412.

P. 89. τρυφῆς περιουσίαν ἐπίθετο τοὺς Γαλατικοὺς χειμῶνας] BD τροφῆς et γαλακτικούς. Perpetua τρυφῆς et τροφῆς permutatio; quod jam monuerunt Wyttenbachius ad Plut. de S. N. V. p. 35, et Schwebelius ad Onos. p. 38. Vide Dion. Chrys. Or. XI. p. 332. Apud Achillem Tat. V. 13. αὕτη μοι τροφὴ bene se habet, et Bodenus vane conji-

jicit τρυφή: quod illi patebit, qui locum voluerit inspicere. Synesius Ep. 23. τοιοῦτόν ἐςιν ἡ Σύρων τρυφή· καὶ συγγενῶν καὶ φίλων ἐπιλήσμονας ἀποδείκνυσι. In codicibus plurimis inveni τροφὴ cum Scholio ἀνατροφή: sed τρυφὴ servandum. Athenaeus IV. 30. ἡγοῦμαι δ' ὅτι οὐκ ἂν περιεγένοντο, οὐδ' ἂν ἐδέησε τοῖς Ἕλλησι περὶ Πλάταιαν παρατάττεσθαι, ἀπολωλόσιν ἤδη ὑπὸ τῶν τοιούτων τροφῶν. Agitur de Persis, quos thriis, pisciculis, hillis, pulte, et aliis hujus generis quisquiliis Attaginus excepisse fertur. Si τρυφῶν pro τροφῶν scriberetur, major esset suavitas loci ironice scripti. Et τρυφαὶ dixerunt plurali numero. Isocrates Evag. 32. Euripides Or. 1111. Theopompus Athenaei XII. 42. — Ἐτίθετο, idest ἡγεῖτο, ἐνόμιζεν. Hunc sensum illustravit Valckenarius Diatr. p. 8 C. ubi inter alia excitato Heliodori VIII. 17. hoc exemplo, φιλίους μᾶλλον ἢ πολεμίους τοὺς ἐπιόντας ἐπιτιθεμένη, corrigit τιθεμένη. Corayus e conjectura scripsit ὑποτιθεμένη, felicior Valckenario, cujus non meminit. Synesius Ep. 4. p. 162 D. τὸν ἐν θαλάττῃ θάνατον ἀκριβεςάτην ἀπώλειαν εἶναι τιθέμενος: cum scholio, λογιζόμενος. Tres Synesii codices habent πειθόμενος, et ad marginem γρ. τιθέμενος: quod hic praefero. Nec semel πείθεσθαι et τίθεσθαι confusa sunt: Vide Valckenarium ibidem p. 9 A. — Γαλατικοὺς in memoriam revocat Julianum sic editum Ep. 38. p. 414 C. ἐπανιὼν εἰς τοὺς Γαλατικοὺς, ἐπεσκόπουν,

καὶ

καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων ἀνεπυνθανόμην, μή τις φιλόσοφος, μή τις σχολαστικὸς, ἢ τριβώνιον ἢ χλανίδιον φορῶν κατῆρεν. Codex 2775 supplet, εἰς τοὺς Γαλατικοὺς αἰγιαλούς.

P. 89. πεπηγότα σχεδόν τι τὸν Ῥῆνον ἔπινε] Herodianus I. 6. §. 2. οὐ παύσῃ δὲ, ἔλεγον, ὦ δέσποτα, πηγνύμενόν τε καὶ ὀρυττόμενον πίνων ὕδωρ. II. 10. §. 5. πίνειν ὀρυττόμενον ἀλλ' οὐκ ἀνιμώμενον ὕδωρ εἰθισμένοι. Ovid. Trist. III. 10. 22.

„ . . . . nec hausta meri, sed data frusta bibunt."
Nemesianus de Laudibus Herculis 74.

„ . . . . et puram fractis bibis amnibus undam."

P. 90. τυχόντες ἐπαίνων] Junius erravit de more. — Vertit Huetius: „ cum multas ab illo laudes fuissent consecuti." Sophistae enim urbes publicis encomiis laudabant; et exstat Romae Encomium Aristidis.

P. 90. ἀνδριάντα] „ De statua Proaeresio erecta Athenis et Romae vide Libanium in Ep. 365. [278 Wolf.] ad Maximum" (VALESIVS); et de statuis sophistis et oratoribus erectis, Gentilem ad Apuleium Apol. p. 278; Cresollium Th. Rh. I. c. 8.

P. 90. Ἡ ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΑ ῬΩ΄ΜΗ ΤΟ'Ν ΒΑΣΙΛΕΥ΄ΟΝΤΑ ΤΩ͂Ν ΛΟ΄ΓΩΝ] ΤΩ͂Ν sumsi ex B. — ῬΩ΄ΜΗ ΒΑΣ. docte illustratur a Spanhemio ad Julianum p. 30. Confer Lindenbrogium ad Ammianum p. 6; Claverium ad Claudianum Get. praef.

praef. 7; Sorberiana p. 310. — ΤΟ'Ν ΒΑΣ. Τ. ΛΟ'Γ. Nonnulla huc facientia jam dedi p. 336. Adde Fabrum ad Anacreontem 28. 3. et Jacobsium Anth. t. 12. p. 102. Philostratus V. S. II. 10. p. 586. Ἡρώδην τὸν βασιλέα τῶν λόγων: et ibi vide Olearium. Wolfius ad Libanium Ep. 278. hanc inscriptionem adferens, exhibet τῷ βασιλεύοντι τῶν λόγων: sed accusativum ubique sic pendentem legere est in inscriptionibus, ellipsi verbi ἐτίμησε vel ἐτίμησαν. Confer Ellipses Graecas, et Villoisonum in Horreo Encyclopedico VIII. t. 5.

P. 90. κατὰ σιτηρέσιον ταῖς Ἀθήναις] Editiones κ. σιτ. ὂν ταῖς Ἀθ. B. κατὰ σιτηρέσιον τῆς Ἀθήνας: unde lucramur saltem jus pellendi ὂν, quod deletum volebat Toupius Em. t. 3. p. 480. ad Hesychii Σιτηρέσιον· ἐφόδιον. Spanhemius haec citans ad Julianum p. 78. ὂν tacite mutavit in ἐν.

P. 90. ὁ δὲ καὶ ταῦτα] Καὶ abest a Plantiniana; in Commeliniana uncis inclusum est.

P. 90. στρατοπεδάρχην. Cf. supra p. 229.

P. 90. ὅπως νεμεσῷ μηδείς] Editorum νεμεσῶν correxi ex Huetii placito. Junius proponebat νεμεσοίη, quod est vitiosum; Dorvillius ad Charit. p. 504. νεμεσώη: sed νεμεσῷ propius ad νεμεσῶν accedere videbatur, et jam saepissime in hoc ipso scriptore ων terminationem habuimus pro ῳ. Dorvillius tamen potest veram lectionem invenisse; nam in Philostrati Apollonio I. 27. φοιτῶν et φοιτῴη

τῦφη permutantur: ἤρετο ὄνομά τε αὐτοῦ, καὶ οἶκον, καὶ ὅ, τι ἐπιτηδεύων, καὶ ἐφ' ὅ, τι φοιτῶν. Codex 1696 φοιτῴη.

P. 90. συνηγόρους οὐκ ἐκάλεσε μόνους] Οὐκ addidi, quod erat omnino necessarium. Junius male conjicit συνηγ. ἐκάλεσε οὐ μόνους - τοὺς γνωρίμους, vel simile quid.

P. 90. σοῦ παρόντος] Plantinus τοῦ, ut et Barberinianus Dorvillii ad Char. p. 523. B τό. Junii pessimam versionem reprehendit Dorvillius. Wyttenbachius: „ turpe enim foret, si, te prae„ sente, alius quam tu regem laudaret."

P. 90. ὥσπερ ἵππος εἰς πεδίον κληθεὶς] „ Resti„ tuendum videtur ἱππεὺς ex Platone Theaetet. „ p. 131 G. [p. 183 D. — §. 100. p. 429. „ Heind.] Sic et Epictet. Arrian. L. II. D. XIII. „ p. 239. Hoc certe malim, licet et ἵππος Grae„ ci frequentasse videantur ex Luciano Pisc. p. 577 „ [§. 9.] ubi vide VV. DD." WYTTENBACHIVS. Nihil ergo mutandum. Confer Heindorfium ad Platonem l. c.

P. 91. Κελεὸν καὶ Τριπτόλ.] Celeus et Triptolemus junguntur etiam in Hymno in Cererem vs. 480. 482. De Celeo vide Ruhnkenium ad vs. 96. et Claverium V. C. ad Apollodorum II. p. 58. Reliqua sunt notissima. — „ Cf. Wernsdorfius ad Himer. Praef. p. 59." WAGNER.

P. 91. καὶ ὁ τῶν λόγων ἔλεγχος ἦν αὐτῷ φιλοτι-

μία

μίαν] Junius: „ imo oratio ipsa facile prodebat „ ejus ambitionem ac gloriae studium." Huetius: „ orationes suas ad examen revocari prae honoris „ studio desiderabat, eas sibi honori et gloriae „ futuras sperans." Equidem sic intelligo: „ Et „ hoc eloquentiae periculum (nam Anatolius rhe„ torem voluit βασανίζειν) gloriosum ipsi fuit, no„ vaeque laudis occasio consequendae."

P. 91. ἐξ Ἀσίας τῆς Τραλλιανῶν πόλεως, καὶ Ἀμφ.] D ἐξ A. τ. Τραλλιανῶν· Ἀμφίκλεια. Forte ἐξ Ἀσιατικῆς Τραλλ. πόλ. ut p. 88. ἐκ Σμύρνης τῆς Ἰωνικῆς. Saltem distinguendum post Ἀσίας.

P. 91. καταναλίσκεται] Junii hanc emendationem pro καταλίσκεται, firmant B et Barberinianus Dorvillii ad Char. p. 619. Dorvillius ibidem p. 204. locum totum vertit, quem prorsus Junius perverterat: „ filiae vero ipsis natae fuerunt tantum „ aetate distantes, quantum tempus requiritur in„ ter conceptionem et puerperium [*id fere decem* „ *vel undecim mensium*); progressae vero ad il„ lam aetatem, in qua infantes formosissimi et „ beatissimi esse solent, et cum patris animum „ prae voluptate exsultare facerent, intra paucos „ ambae dies patrem et matrem morte destitue„ runt". Addit Dorvillius interstitium inter conceptionem et partum animadvertisse Plutarchum Rom. 51. et S. Empir. Adv. Astrol. 346, 55.

P. 91. τοὺς πατέρας] Vide supra p. 153.

P. 91. Μιλησίου] B Μελισίου ut Plantinus. Commelinus Μελεσίου. Reposui, e mente Junii, Μιλησίου, ut supra p. 88.

P. 91. πολλὰ παίζουσα] Editiones π. πεσοῦσα. Huetius conjicit πείθουσα, vel πείσουσα, vel πείσασα: Reinesius, ποιοῦσα. Scripsi παίζουσα quod verius esse visum est.

P. 91. ἐναρμόσειν ἄλλως] Forte ἐν. δὲ ἄλλως.

P. 92. ἐπὶ ποιητικῇ μὲν σφ. μαίνονται] Hac tempestate Aegyptii valde mutati erant a veteribus illis Aegyptiis, apud quos nulla erat poesis. Vide Heynium Opusc. t. 1. p. 92. — Libanius t. 4. p. 182. μαινόμενος ἐπὶ τῷ μειρακίῳ. Lucianus D. Mar. I. §. 1. φασὶ τὸν Σικελὸν τοῦτον ποιμένα ἐπιμεμηνέναι σοι.

P. 92. ἐπανέστη δὲ αὐτῷ ὁ Μουσώνιος] Non „ejus „in locum successit Musonius", ut ait Junius, sed in eum insurrexit, ei fuit adversatus. De hoc Musonio vide Wernsdorfium ad Himer. p. 472; Jonsium Hist. Phil. III. 7. §. 9. qui Musonium Eusebii successorem et discipulum, ex male intellecto Nostri loco, fuisse tradit. — „Ad hunc „scripsit Julianus. Fragmentum ejus epistolae est „apud Suidam in Μουσώνιος et repetitum a Peta„vio extrem. oper. Juliani." REINESIVS. Egregie Reinesius fallitur. Apud Suidam legitur quidem fragmentum Julianeae epistolae, non ad Musonium hunc nostrum, sed in qua laudatur Mu-

so-

ſonius ſtoicus aevi Neroniani philoſophus.

P. 92. διὰ τὰς ἄλλας] Junius putat αἰτίας addendum vel ſubaudiendum. Et fuerunt certe multae cauſae, cur in hiſtoria politica Muſonio eſſet locus.

P. 92. τόπου τοῦ παιδεύειν ἐξειργόμενος] Plantinus τόπω. Commelinus et C τόπων. B τόπον. Volui ego ſcribere τόπου, ſed operae, me inſcio, dederunt τόπον. Credo corrigendum eſſe: τόπου τοῦ παιδευτικοῦ ἐξ. Conf. p. 95. extr.

P. 92. παρὰ τῶν θεῶν] Sic repoſui pro περὶ, praeeunte Chapmanno Obſſ. in Ulpian. §. 3.

P. 92. ἐμέτρει — τοῖς Ἕλλησιν] Junius „doctis „hominibus." Reineſius melius: „paganis, ſeu „gentilibus." Fundorum menſurationem novam inſtituebat, ut Graeci homines non cenſu nimio gravarentur. Vide Valeſium ad Amm. p. 224. Merillius Obſſ. VI. 40., quem indicavit Wagnerus, locum intelligit de immunitate munerum patrimonii profeſſoribus conceſſa. Sed Ἕλλησι non ſignificat *profeſſoribus*, nec ἐμέτρει τὴν γῆν, *immunem terram tribuebat*.

P. 93. τὴν οἰκουμένην] Jam Libanius Ep. 278. de Noſtro dixerat: τοῦ τὴν οἰκουμένην ἐκ λόγων εὖ ποιοῦντος Προαιρεσίου. De hoc vano vocis οἰκουμένης uſu vide Wolfium V. Cl. ad Leptin. p. 256.

P. 98. οὗτος ἦν] B ſine ἦν. „Laodiceae amici „ipſi [Epiphanio] fuere et familiares, Apollina-

„ res, pater et filius. Et licet Theodotus epi„ scopus Laodicenus metueret, ne ad gentilismum „ ab eo persuaderentur, tamen amicitiam ejus reti„ nuerunt, neglecta episcopi prohibitione. Hu„ jus succesfor Georgius eos propterea communi„ one privavit. Socrat. II. c. 46." REINES. De hoc Epiphanio, cujus et supra Noster meminit, vide Fabricium Bibl. Gr. t. 8. p. 260. Harl. Aeneas Gazaeus epistolam 93. inscripsit Epiphanio sophistae, qui Reinésio non alius a nostro videbatur; sed tempora non quadrant.

P. 93. ὅμως τε σοφ. τῷ Προαιρ.] Junii recepi emendationem τῷ pro τε. Forte: ὁμῶς vel ὁμοῦ vel ἅμα pro ὅμως.

P. 93. εἰς πολὺ δόξης ἐχώρησεν] P. 96. Ἐπιφανίῳ μεγίστην ἔχοντι δόξαν.

P. 93. τὸ αἷμα νοσήσας] Bernardus, medicus graece doctissimus, haec verba intelligit de sanguinis profluvio: ad Nonn. t. 2. p. 38.

P. 93. πολὺ προαπελθόντα] Et hic, ut p. 355, Junius euphemismum non intellexit. Verto: „quip„ pe qui diu ante ipsius peregrinationem e vita „ excesserit."

P. 93. Διόφαντος] Non aliunde notus esse videtur. Libanius Epist. 632. Diophanto cuidam scribit in Aegypto degenti et σοφίαν ὅσον οὐκ ἄλλος κεκτημένῳ, ejusque disciplinae juvenem e suis discipulis optimum tradit, quem incendit philosophiae

phiae amor. Cum autem Diophantus Eunapianus non philosophum egerit, nec in Aegypto degerit, Wolfius putat Diophantum Alexandrinum geometrica laude clarissimum, illum esse, cui Libanius scribit. Sed hoc argumenti genus non est firmissimum. Paucissima de Diophanto narrat Eunapius, et potuit, nobis insciis, in Aegypto ad tempus degere, nec a sophistica professione aliena fuit philosophica. Et forte philosophiae, vel alii arti, studuisse ante quam rhetoricae se daret, ex his colligere est: *καὶ εἰς τοὺς τεχνικοὺς ἐβιάζετο.* Equidem nolim affirmare Libanium ad Diophantum Eunapianum vel scripsisse, vel non scripsisse.

P. 94. *ἐν διατριβῆς εἶχεν μέρει*] Commelinus *ἐν δ. εἶχεν* [*ἐν*] *μέρει.* Et C bis *ἐν.* Secutus sum Plantinum. *Διατριβὴ* eodem sensu exhibet Synesius Ep. 4. p. 160 B. *τοιοῦτον οὐ μετρίαν παρεῖχε τὴν διατριβήν.* „Quod idiotismus noster proprie „admodum exprimit, *un passe-temps:*" verba sunt Petavii ad hunc Synesii locum, ubi et alia adfert apud ipsum legenda. Scholiastes Synesii: *οὐκ ὀλίγην τὴν διάχυσιν καὶ ἐλευθερίαν.* Confer Scholiastem Luciani ad Prom. §. 16. et Hemsterhusii notam. Philostratus V. S. II. X. §. 6. p. 590. *τουτὶ δὲ διατριβῆς ἕνεκα παῖξαι λέγεται.* — In hoc, quem adduxi Synesii loco Petavius notat *οὐ* ante *μετρίαν* abesse a Codicibus, et ego negationem in omnibus non inveni. Sed omnino retinenda est.

Hesychius: *οὐ μετρίως· μεγάλως.* Lucianus Nigr. §. 8. *οὐ μετρίως με ἀποκναίεις.* Philostratus V. S. II. 5. §. 3. *ἰδοῦ δὲ μῆκος τοῦτο οὐ μέτριον.* Et sic passim. Vide Palairetum Obss. p. 322. Horatius II. S. 4.

„ . . . . at mihi cura
„ *non mediocris* inest . . ."

Rutilius Lupus I. 14. Pytheam vertens: „ con„ cursus vero *non mediocris.*" Nec aliter loquimur.

P. 94. *ἐγίγνωσκεν*] Dedit B pro *ἐγίνωσκεν.*

P. 94. *παραθεῖναι δὲ τῇ γραφῇ τῶν λεχθέντων — οὐδέν*] Toupius Em. t. 2. p. 243. ubi verbum *παρατιθέναι* in sensu allegandi illustrat (quod plenius fecit Valckenarius Adnot. in N. F. p. 393), in notula subjecta Nostri verba *παραθεῖναι τῇ γραφῇ* adducit et addit: „ *To make remarks upon* „ *other men writings:* quod rarum et notandum; „ nam interpretes non intellexerunt." Agnoscis stylum Toupianum. Sed fallitur vir doctissimus. Οὐδὲν, commate a *μνημονευθέντων* divulsum, in ordinem reduxi, sensum esse ratus hunc: „ Nihil „ allegare in hoc scripto eorum, quae dixit et quo„ rum memini, satius videbatur; nam scriptum „ hoc ad illustrium virorum memoriam, non ir„ risionem, pertinet." P. 97. *διαβολῆς δέ τινος γενομένης περὶ τὰ μειράκια, ἣν θεμιτὸν οὐκ ἦν ἐμοὶ γράφειν, ἐς μνήμην ἀξιολόγων ἀνέντι τὴν γραφήν.*

P. 94.

P. 94. ἀλλ' ὅμως ἐπιτάφιόν γε] B dedit γε pro τε. Contrario modo peccatur in Nicephori Basilacae Ethopoeiis apud Allatium Exc Var. p. 179. ἀλλὰ τό γε μὲν ἐκράτησεν ἔρως οὑμός. Codex 2918 a Bastio collatus, ἀλλὰ τότε: quod est verum.

P. 94. ὦ Μαραθὼν καὶ Σαλαμὶν] „Gregorius „Naz. Ep. 131. ad Ablabium sophistam: „πυν„θάνομαί σε σοφιστικῆς ἐρᾷν, καὶ τὸ χρῆμα εἶναι „θαυμάσιον· οἷον, σοβαρὸν φθέγγεσθαι, μέγα βλέ„πειν, βαδίζειν ὑψηλὸν, καὶ μετέωρον τὸ λῆμμά σοι „φέρειν ἐκεῖσε ὡς Μαραθῶνα καὶ Σαλαμῖνα· ταῦτα „δὴ τὰ ὑμέτερα καλλωπίσματα." REINESIVS. Lego σε pro σοι, et e cod. Paris. 506. λῆμά et ἐκεῖθεν.

P. 94. οἵαν σάλπιγγα] Antipater Sidon. Ep. 79. Pindarum Πιερικὰν σάλπιγγα vocat, ubi vide Jacobsium. Hieronymus Epist. Sel. III. 6 „Lu„cinius noster digne *eloquentiae tuba* praedicari potest." Confer notam ad Phil. Her. p. 377. 378.

P. 94. ἐπὶ πλοῦτον καὶ τρυφὴν] Haec et alii jungunt. Isocrates Evag. 32. τῶν ἐν τυραννίδι καὶ πλούτῳ καὶ τρυφαῖς ὄντων. Herodianus I. 12. §. 3. II. 15. §. 1. Achilles Tatius VI. 13. Artemidorus II. 37. Jamblichus V. P. c. 12. χρημάτων καὶ τρυφῆς πόθος. Dio Chrys. Or. I. p. 44. ὑπ' ἐξουσίας καὶ τρυφῆς. Thucydides I. 123. πλούτῳ τε

νῦν καὶ ἐξουσίᾳ ὀλίγον προφέρετε. Athenaeus IX. 28. de homine quodam divite loquitur et luxurioſo, qui, ὑπὸ πλούτου καὶ τρυφῆς, coquos ſuos ediſcere cogebat Platonis dialogos et inter illatas patinas recitare. Huic loco, in Addendis Schweighaeuſterianis t. 8. p. 466, admovi conjecturam, cujus nunc me poenitet.

P. 94. Σωπόλιδος] Ad hunc ſcripſiſſe videtur Libanius Epiſtolam 881. — Sopolidis Noſter ſupra meminit p. 79.

P. 94 τῆς ὑγιαινούσης μούσης] Vocem ὑγιαινούσης illuſtrat Alberti Obſſ. p. 409. ad Pauli verba: ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ. Adde Palairetum Obſſ. p. 475. et quae notavi ad Her. p. 336. 525.

P. 94. ὀριγνώμενος] Heſychius: Ὀριγνᾶσθαι· ἐπιθυμεῖν, ὀρέγεσθαι. Ὀριγνώμενοι· ἐπιθυμοῦντες. Platonis Scholiaſtes p. 252. Ὀριγνωμένη· ὀρεγομένη.

P. 94. ἔκρουε μὲν τὴν θύραν] Illis, quae de hac metaphora notavi p. 147. nonnulla nunc addam. Plutarchus Alcib. c. 10. μεγάλας δ' αὐτῷ κλεισιάδας ἐπὶ τὴν πολιτείαν ἀνοίγοντος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ πλούτου. Philo de Temul. p. 247. οἱ καλοκαγαθίας ἐρασταὶ οὐ πρότερον ἐπὶ τὰς τῆς πρεσβυτέρας ἀφικνοῦνται θύρας φιλοσοφίας, πρὶν ἢ ταῖς νεωτέραις ἐντυχεῖν γραμματικῇ καὶ γεωμετρίᾳ. Plinius H. N. XXXV. 36. „Ab hoc [Apollodoro] artis *fores* „apertas Zeuxis Heracleotes intravit." Caſſiodorus in Psalm. p. 1. „Coeleſtis myſterii *clauſtra*

„*pul-*

„ *pulsemus*, ut aperiat sensibus nostris floriferas „ sedes." Boilavius in Bolaeanis p. 99. dixisse narratur Gallicam linguam bucolico genere vix posse feliciter uti, „ que presque tous nos auteurs „ y avoient échoué, et n'avoient pas seulement „ *frappé à la porte* de l'églogue." Dalembertus in Boilavii *elogio* p. 41. „ il lutta ainsi pen„ dant quelques années contre la nature, *frap„ pant à toutes les portes* qu'elle avoit fermées „ pour lui." — Libanius T. I. p. 12. a januis metaphoram aliam sumsit: ἐμοὶ δὲ ἀνοίγει τὰς πύλας. Reiskius ibi: „ videtur non tam portas ur„ bis Antiochiae, quam Ciliciae indicare." addo: „ non tam Ciliciae quam domus." Locutio est proverbialis. Voluit dicere Libanius sibi abeundi potestatem esse datam, januasque quasi apertas fuisse, ut sibi peregre abire cupienti exitus pateret. Sic nos Galli dicimus sermone vulgari, *donner la clef des champs*.

P. 94. ἔκρουε — ψοφήσειεν] Scholia ad Plutum Hemsterhusianum vs. 1098. κόπτει τις τὴν θύραν ὅταν ἔξωθεν κρούῃ, ψοφεῖ, ὅταν ἔσωθεν: et ibi alia legenda sunt quae non describo. Adi de hac re nunc notissima, Muretum V. L. I. c. 17.; Larcherum ad Charit. t. 2. p. 138.; Westonum ad Horat. p. 11.; Scholiasten, Reitzium, Solanum, et in primis Graevium ad Lucianea Pseudos. §. 9. εἴ τίς γε νῦν ψοφοίη τὴν θύραν εἰσιών, ἢ ἐξιὼν κόπτοι:

quae ſunt inverſo ordine dicta et ſoloeco, ratione habita atticismi. Hic ψοφήσειεν de janua ipſa dicitur, quae ſtridet cum aperitur. Poſt ἐκεῖθεν diſtinguendum puto, et tollendum comma post ἀσθενὲς, ita ut λεπτὸν et ἀσθενὲς ad θείου πνεύματος pertineant; hancque fuiſſe Junio mentem, ex ejus verſione patet: „ quin ſi quando verſi cardines „ ſtriderent, exigua quapiam et tenui divini fla„ tus particula intro allapſa, auditores percelle„ bantur."

P. 94. τὸ δὲ θεάτρον ἐμεμήνεσαν . . . . φέροντες] Δὲ quod addidit Commelinus, inveni in D. Aberat a Barberiniano Dorvillii ad Char. p. 577. cui haec omisſio placet, mihi non item: nam conjunctio ſententiam nectit non inepte. Pro ἐμεμήνεσαν Dorvillius fere proponit ἐνεμέσησαν, *invidebant*, quod ait non quadrare minus. In ſequentibus, ſuſpicor ante φέροντες deesſe adverbium, χαλεπῶς fortasſé, vel aliud ejusdem ſenſus: aut forte mendum latet in φέροντες, quod mutandum fuerit in ψέγοντες, aliudve verbum ſimile. Auditores percellebantur, nequidem extortam aegre illam Castalii laticis guttam repudiantes. Ad haec Perſii in Prologo,

„ Nec fonte labra prolui Caballino,"

Caſaubonus Noſtri ῥανίδα τὴν Κασταλίαν admovet, et interpretatur „ oppido tenuem dicendi facul„ tatem."

P 95.

P. 95. τούτῳ παῖς ἐγένετο] Libanius in Epistola ad Sopolidem, fortasse nostrum: ἠρόμην δὲ τὸν δόντα μοι τὴν ἐπιστολὴν περὶ τῶν τοῦ παιδὸς πηγῶν, καὶ μεγάλα ἀκούσας οὐκ ἠπίστησα.

P. 95. τὸν ἄνδρα τοῦτον] De Himerio jam meminit Noster p. 87. Hujus vitam erudite scripsit Wernsdorfius, qui et ejus scripta diligenter collecta edidit.

P. 95. οὐ, διὰ τὴν ἐς Προαιρέσιον ἀχθ. τοῦ βασιλέως, ἀσμ. ὀφθησόμενος] Editi: οὐ διὰ τὴν ἐς Πρ. ἀχθηδόνα τοῦ βασιλέως ἀσμένως ὀφθήσομαι, Ἰουλιανοῦ..] Junius proponit: ὑπὸ τοῦ β. ἀσμ. ὤφθη· τοῦ δὲ Ἰουλιανοῦ.... Wyttenbachius legit et distinguit: τοῦ βασιλέως, ἀσμένως ὤφθη τε καὶ Ἰουλιανοῦ.... Wernsdorfius in Vita Himerii §. 12. conjicit: οὐ διὰ τὴν ἐς Πρ. ἀχθ. τοῦ βασιλέως, ἀσμ. ὀφθεὶς, Ἰουλ. Cum B dedisset ὀφθησόμενον, feci ὀφθησόμενος, et distinxi, ut vides. Sed hoc parum quadrat cum historia; nam Julianus amice excepisse Himerium videtur. Confer Wernsdorfium ibidem.

P. 95. εὔκολος — ἵσταται] Hunc locum explicat videndus Wernsdorfius Vit. Him. §. 18. Confer et notata supra p. 231. 345.

P. 95. ἐπὶ θυγατρὶ δὲ τελευτᾷ] Junius: „Discessit e vita post filiam:" imo, „relicta filia." Mirum hic a sensu aberasse Junium, qui p. 41. ἐτελεύτα ἐπὶ τοῖς τρισὶ παισί, bene verterat, „diem „autem obiit ternis relictis liberis." Et p. 107.

in

in eadem formula non peccabit. Alberti Obff. p. 243. prava hujus loci verfione abufus eft, quod jam notavit Carpzovius Specim. p. 31. quem vide. Locutionis vim et fenfum bene explicat Wernsdorfius Vit. Him. §. 4. omnino legendus. Philoftratus hanc formulam aliquoties habet, nempe V. S. II. 5. p. 576. 12. p. 593. 7. p. 577. ἐτελεύτα μὲν οἴκοι, οὔπω γηράσκων, καὶ ἐπὶ παισί. Codex 1696. ἐτ. μὲν οὖν, et fic jam legebatur in Nicoliniana.

P. 95. τῆς ἱερᾶς νόσου] Hefychius: ἱερὰ νόσος· ἐπιληψία. Confer Scholiaften Platonis p. 239., et Callimachi fragmentum 276. Theophanes Nonnus c. 36. de epilepfia: ἐκάλεσαν δὲ αὐτὸ τοῦτο (τὸ πάθος) ἱερὰν νόσον, διὰ τὸ ἱερὸν καὶ τίμιον εἶναι τὸν ἐγκέφαλον. Vide ibi notam Bernardi; additis Gentili ad Apul. Apol. p. 260, 516., Cafaubono ad Ath. t. 4. p. 150, Wernsdorfio Vit. Him. §. 16, Larchero ad Herod. III. 33., Corayo ad Hipp. t. 2. p. 33.

P. 95. Παρνάσιος] Et hujus jam meminit Nofter p. 79.

P. 95. καί τοι γε] Sic fcripfi pro καὶ τοῦ γε ὀνόμ.

P. 96. Λιβάνιον δὲ] Codex Neapolitanus primus non habet δέ.

P. 96. τῆς Κοίλης καλ. Συρίας] Vide fupra p. 175. — Statim ad πρώτη πόλεων vide notam p. 152.

Co-

Codex Neapolit. primus πρ. τῶν πόλ.

P. 96. εὖ γεγονότων] Confer supra p. 199.

P. 96. εἰς τοὺς ἄκρους ἐτέλει] Ἄκροι illustravi p. 352. Adde Valckenarium Adon. p. 414. De ἐτέλει vide supra p. 349.

P. 96. ἔχοντι δόξαν] Codices Neapol. primus et Valesianus ἔχοντι dederunt pro ἔχων. — Mox ἔτι, quo caret Plantiniana, habent Commelinus, D et Neapolitani tres.

P. 96. καὶ τῷ μεγέθει] Codd. iidem articulum obtulerunt.

P. 96. καλυφθησόμενος] D, Venetus, et Neapolit. tertius καμφθησόμενος: qua de permutatione vide Bastium Comment. Palaeogr. p. 724. — Iidem codices statim ἐνεδρευθεὶς καὶ ὑπό. Venet. et Neapol. ἐνδρευθ. Vox ἐνεδρευθεὶς ex loco superiore p. 80. et nota p. 362, explicanda est.

P. 96. τὸ γεγονὸς συμμαθὼν] Haec absunt a Valesiano et Neapol. primo. Distingui velim et post συνουσίαις. „Cum rescivisset τὸ γεγονὸς, „nempe sibi Diophanteos insidiatos esse, scho„lis et coetibus rarissime aderat." Hanc esse puto loci mentem.

P. 96. ὀχληρὸς οὐκ ἦν] Valesianus ὀχλ. ἦν οὐδαμῶς.

P. 96. ἑαυτὸν ἐπὶ ταῖς μελέταις συνεῖχε] Neapolit. primus συνῆχε. Wyttenbachius aptissime confert Philostratum V. S. I. 7. p. 488. ἀπὸ δυοῖν βιβλίον ἑαυ-

ἑαυτὸν ξυνεῖχε: ubi malim ἐπὶ, ut est apud Eunapium. Fischerus ad Phaedon. p. 227. Philostratum non intelligebat, credens, ex hujus verbis, Dionem Chrysostomum, de quo scilicet ibi agitur, Platonis Phaedonem nunquam attigisse. Imo Dio hunc ipsum dialogum est imitatus: vide notas Wyttenbachii p. 110. Dio *in duobus libris se continuit*, ut Libanius Eunapii, *in declamationibus*.

P. 96. ἐξεβιάζετο τύπον] Editi: ἐξεβιβάζετο. Recepi Wyttenbachii conjecturam, in quam et Corayus incidit, quamque firmat codex Neapol. primus, in quo et καὶ τὸν τύπον. P. 94. εἰς τοὺς τεχνικοὺς ἐβιάζετο. Rursus: ἦν ἀνὴρ εἰς τὸν ἀρχαῖον χαρακτῆρα τὸν λόγον ἀναφέρειν βιαζόμενος. Themistius Or. XXI. p. 246. C. ἐκ τινῶν φαύλων καὶ ὀλίγου ἀξίων τεχνίων εἰς ἐπιτήδευσιν μείζω καὶ σεμνοτέραν ἐκβιαζόμενοι. Codex Valesianus τεχνῶν: sed exquisitius est diminutivum τεχνίων. Et aliud non protritum diminutivum habet Theophylactus Simoc. Ep. 75. προικείων τὸν γάμον ὠνήσομαι. Lege cum codice 2991. A. προικίων — ὠνήσομαι.

P. 96. τὴν ψυχὴν] Haec et sequentia usque ad ἐκ τοῦ ζήλου omittit codex Neapol. primus.

P. 97. παραξέων ἡγεμόσιν ἀρίστοις τοῖς ἀρχαίοις, καὶ οἷς ἐχρῆν ἑπόμενος] D παραζέων, vitiose. Τοῖς ἀρχαίοις non habent Valesianus, et Neapolitanus primus, nec invenerat Commelinus, qui uncis il-

la

la inclusit. Et ἑπόμενος deest in Neapol. — Synesius de Regno p. 8 A. Ἀριστοτέλει καὶ Πλάτωνι τοῖς ἐμοῖς ἡγεμόσιν. Libanius ipse T. I. p. 19. οἷς ἐχρῆν ἡγεμόσιν ἀκολουθοῦντα. Et p. 8, ἡγεμόσι τυφλοῖς ἑπόμενον. Cf. Nostrum p. 209 m.

P. 97. ἐς ἴχνος τε ἄριστον ἐνέβαινε] Ἐς addidi ex Valesiano et postea inveni in Neapolit. primo. — Neapolit. secundus ἐνέβενε. — Mox τὰ ante εἰκότα sumsi ex Vales. et reperi deinde in Neapol. primo.

P. 97. θαρσήσας δὲ ἐπὶ] Neapol. primus, δ' ἐπί. Secundus, θαρσίσας.

P. 97. μεγαλοφρονοῦσιν] Venetus, Valesianus, et Neapolitanus tertius μεγαφρονοῦσιν. Neapolit. primus μεγαφθονοῦσιν, permutatione notanda.

P. 97. διαβαλών] Confer notam p. 270. Eurip. Suppl. 931. φυγῇ πρὸς Ἄργος διαβαλεῖν: ubi vide Marklandum.

P. 97. ἔργων τε ἅμου καὶ] Haec absunt a Valesiano et Neapolit. primo. — Mox καὶ malim abesse ante κατ' αὐτήν.

P. 97. εἰς συνουσίαν — ἀποκρουσθείς] His caret Plantiniana; Commelinus primus dedit hoc supplementum e suis libris et uncis inclusit; in meisque ego inveni.

P. 97. εἰς ἐπίδειξιν λόγων] Λόγων scripsi pro λόγου ex D et Huetii conjectura.

P. 97. Διαβολῆς δέ τινος αὐτῷ γενομένης περὶ τὰ

μει-

μειράκια] Neapolitanus 1. αὐτοτινος: Librarius ſcribere voluit αὐτῷ τινός, quod habet Neapolitanus 3. — De hac ipſa calumnia vide Fabricium Bibl. Gr. t. 6. p. 752.

P. 97. ἦν θεμιτὸν οὐκ ἦν ἐμοὶ γράφειν] Valeſianus, Venetus et Neapolitanus 3. ſine ἦν. Valeſianus οὐκ ἦν ἐμοὶ θεμ. γράφ.

P. 97. ἐκπεσὼν τῆς Κωνς. πόλεως] Neapolitanus 1. ἐκπ. ἐκ τῆς. Sed facile carebimus praepoſitione. Philoſtratus V. A. I. 36. δεινὸν γὰρ εἰ τῆς αὐτῶν ἐκπεσόντες μηδ' ἂν, ἃ ἀντ' ἐκείνης ἔχουσιν, ἕξουσι. Codex 1696 et Oleariani omnes μηδ' ἣν ἀντ' ἐκ. quod equidem praetulerim. V. 35. ἐπειδὴ ἐκπέσῃ τῆς ἀρχῆς. Lege ἐπειδὰν e codice 1696. V. S. I 18. §. 4. προαγωνιζόμενος Ἀθηναίων οὐ μικρὸν ἡγουμένων τὸ μὴ ἐκπεσεῖν τοῦ ἐν Δήλῳ ἱεροῦ. Codex 1696. ad marginem, οὐ μικρὸν ἀγώνισμα ἡγ. ſupplemento non recipiendo. In Epiſtola Socratica 3. ἐκπίπτειν conſtruitur cum ἀπό: ἐκπεσὼν ἀπὸ τῶν οἴκοι: Nam ſic lego pro ὑπό. — Caeterum de hac Libanii pulſione, vide Fabricium Bibl. Gr. t. 6. p. 752

P. 97. κἀκεῖθεν τῆς Φήμης ἐπισπομένης] B, Venetus et Neapolit. 3. κἀκεῖ δέ. Pro ἐπισπωμένης ſcripſi ἐπισπομένης, quam ſcripturam poſtea repeperi in Neapolitanis primo et tertio. Damaſcius Photii p. 1070. ταῖς Φίρμου καὶ Γαλήνου τὸ πλέον ἐννοίαις ἐπισπώμενος: forte ἐπισπόμενος.

P. 97.

P. 97. διὰ ταχέων] De hac elliptica formula confer Schaeferum ad Ellipf. p. 556. Codex Neap. prim. διὰ τάχεος.

P. 97. μετὰ χρόνον τινὰ] abfunt a Valefiano, Veneto et Neapolitanis 1. 3.

P. 97. μακρὸν καὶ παρατείνοντα] Neapol. 3. παρατείνοντα. — Notandum παρατείνοντα neutraliter.

P. 97. Μνήμην — ἐπεξελεύσεται] abfunt a Neapolit. — Scripfi ἐπεξελ. pro ὑπεξ. ex B. Et fic conjecit Corayus, hancque lectionem habent Neapol. fecundus et tertius.

P. 97. τῶν συλλεγέντων Λιβανίῳ] B συλλεγόντων. Valefianus et Neapol. 1. συμμιξάντων.

P. 98. ἄδηκτος] Gatakerus ad Anton. p. 333. ait ἄδηλος veram esfe lectionem. Et certe ἄδηλος fequentibus aptius eft.

P. 98. τό, τε ἦθος εὐθὺς] Prodigiofam narrat Porphyrius vit. Plot. c. XI. Plotini fagacitatem: περιῆν δὲ αὐτῷ τοσαύτη περιουσία ἠθῶν κατανοήσεως, ὡς κατενόει τὰ ἀνθρώπινα ἤθη, καὶ τὰ κλεπτόμενα ηὕρισκε, καὶ ποῖός τις ἕκαστος τῶν συνόντων ἀποβήσεται προὔλεγεν.

P. 98. καὶ συνεῖχεν αὐτοῦ — ῥέποντα] defunt in Neapol. 1. Pro συνεῖχεν, malim συνῆκεν.

P. 98. τοσοῦτος ἦν — τὴν πρὸς ἅπαντας ἐξομοίωσιν, ὥστε ὁ μὲν πολύπους λῆρος ἠλέγχετο] Editiones: τὴν εἰς ἑκάτερον ἐξομ. ὥστε ὁ μὲν λῆρος ἦν αὐτῷ. Quam dedi lectionem inveni in Valefii codice,

eamque iam expofuerat in Emend. III. 19. Locus non aliter fcriptus est in Neapol. 1., nifi quod ἅπαντα habeat pro ἅπαντας. — Polypodis notum miraculum: confer notas ad Lucian. D. Mar. IV., Wyttenbachium ad Plut. t. 1. p. 659. — λῆρος hoc modo pofitum illuftrant Wyttenbachius ad Phaedon. p. 180. et Jacobfius ad Athen. p. 331. Plato Theaet. §. 85. οὐ λῆροί εἰσι: cum nota Heindorfii. Xenarchus Athen. VI. 6. οἱ μὲν ποιηταὶ λῆρός εἰσιν. Lucianus D. M. XX. §. 2. κόνις πάντα καὶ λῆρος πολύς. Prometh. §. 6. Tim. §. 1. ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε: ubi Scholiaftes: ἀντὶ τοῦ οὐδέν. Idem ad Alex. §. 1. λῆρον ἀποφήνας τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ σπούδασμα.

P. 98. τῶν δὲ συγγιγνομένων ἕκαστος ἄλλον ἑαυτὸν ὁρᾷν] Haec est lectio Valefiani, quam et reperi in Neapolit. 1. Edebatur: τῶν δὲ συνιόντων ἑκ. ἄλλον ὁρᾷν ἑαυτόν.

P. 98. ἔφασκον γοῦν . . . πίνακά τινα καὶ ἐκμαγεῖον] Neapol. primus οὖν. — Anna Comn. I. p. 34. D. ὅλως γὰρ οὗτος τοῦ πατρὸς ἀποσφράγισμα ἦν καὶ τῆς ἐκείνου φύσεως ἐμφύλιον ἐκμαγεῖον. Noftri locum vocemque ἐκμαγεῖον illuftrat Petavius ad Them. p. 501.

P. 98. ὅτῳ μᾶλλον] Sic Valefianus, quod fcripfi pro ᾧ μ. Et ὅτῳ habet Neapolit. primus. — Mox Valefianus dedit καὶ ante ἐπί. Neapolit. primus κἀπί. — Πᾶς τις, quod fequitur, illuftravi p. 127.

127. Anonymus in Allatii Excerptis Var. p. 333. ὁ Ποσειδῶν τὸν ταῦρον ἠγρίωσε καὶ παντί τῳ τὸ ζῶον ἀπρόσιτον ἦν. Non delendum τῳ, ut putabat olim Bastius, cujus notulas in hunc librum habeo, sed quem mentem mutasse credo, cum ad Gregorium commentaretur p. 8.

P. 98. ἀλλοπρόσαλλον] B ἄλλο πρὸς ἄλλον, et sic Plantinus. Secutus sum Commelinum.

P. 98. γάμου δὲ καὶ οὗτος ἠμέλησε — γυνῆ τις συνῆν] Confer Fabricium et Harlesium Bibl. Gr. t. 6. p. 753. — Ipse Libanius T. 1. p. 40. οἷόν τι καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐποίησα τὸν ἐπὶ δεῖπνόν τε ἅμα καὶ αὐτὴν τὴν θυγατέρα καλοῦντα, μόνην ἐν μεγάλοις αὐτῷ τρεφομένην χρήμασι, τὴν μὲν γνώμην ἐπαινέσας, κελεύσας δὲ ζητεῖν νύμφιον, ὡς ἔμοιγε οὔσης ἀντὶ γυναικὸς τῆς τέχνης. Et in prima juventute, cum adhuc Antiochiae degeret, patres ipsi filias obtulerunt, πλήθει προικὸς ἕτερος ἕτερον παριόντες, ἀλλ', inquit p. 11., ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον.

P. 98. ὁ δὲ λόγος — ἀσθενὴς καὶ τεθνηκὼς καὶ ἄπνους] Aristaenetus I. 22. φθέγγεται ταπεινόν τε καὶ σκυθρωπὸν καὶ τεθνηκὸς ἀθυμίᾳ: sic emendavit Reiskius pravum τεχνηκῶς, quod jam Mercerus mutaverat in τεθνηκὼς, hancque emendationem Wyttenbachio Epist. p. 52. probavit, qui aptissime indicavit fontem Aeschineum ex Oratione περὶ παραπρ. p. 451. C. φθέγγεται τὸ θηρίον τοῦτο προοίμιον σκοτεινόν τε καὶ τεθνηκὸς δειλίᾳ. Lennepius, vir

eruditisſimus, qui et ipſe τεθνηκὸς invenerat, locumque Aeſchinis mihi per literas ſignificaverat Ariſtaenetum fuisſe imitatum, aliam notavit ex Dione Casſio XL. 54. imitationem. Sic enim Dio de Cicerone: βραχὺ δέ τι καὶ τεθνηκὸς χαλεπῶς φθεγξάμενος. Conferri debet Libanius t. 4. p. 632. οὐχ ὁρᾶτε ὡς ἀσθενὲς φθέγγομαι καὶ ἀποχωλός;

P. 98. μὴ τετυχηκέναι διδασκάλου] Neapolitanus 1. μὴ τετεχνηκὼς διδ. Librarius voluit ſcribere μὴ τετυχηκὼς, quod recepisſem, ſi tunc has habuisſem variantes lectiones, cum textus typis deſcribebatur.

P. 98. χάριτός γε αὐτῷ καὶ κωμικῆς βωμολοχίας καταπέπλησαι] Neapolitanus 1. αὐτῆς, 3. αὐτῶν. Valeſianus ἀναπέπλασαι. Neap. 1. ἀναπέπλησαι. 3. καταπέπληται. De βωμολοχίᾳ vide Timaeum et notam Ruhnkenii.

P. 98. περιτρέχει πανταχοῦ] Valeſianus et Neapolitanus 1. πανταχόσε. Erneſtius Noſtri verba admovit ad haec Callimachi H. Del. 28. πολέες σε περιτροχόωσιν ἀοιδαί. — Mox pro διακονουμένη, Neapol. 3. διακονομουμένην. Idem ſtatim Συροφοίνικες. Valeſianus omittit τὴν ante κοινήν.

P. 99. οἱ μὲν οὖν Ἀττικοὶ μυκτῆρα καὶ ἀσεϊσμὸν] Neapolitanus 3. συτικοὶ pro Ἀττικοί. Valeſiani codicis ἀσεϊσμὸν recepi loco editi ἀλισμόν. Neapolitanus 1. ἀσεϊγμόν: 2. ἀλισμόν. Et Valeſius Emend. III. 19. ἀσεϊσμὸν e codice ſuo ſcribere jusſit,

quam

quam scripturam amplexus est Ruhnkenius, de ἀστεϊσμῷ conferendus, ad haec Longini §. 34. ἄφατοι δὲ περὶ αὐτόν εἰσιν ἀστεϊσμοὶ, μυκτὴρ πολιτικώτατος. Philostratus V. S. I. 25. §. 9. ἀναγράψω καὶ τοὺς ἀστεϊσμοὺς τοῦ Πολέμωνος. De μυκτῆρι videndi Ruhnkenius ibidem Toupiusque, collatis interpretibus ad Lucianum Prom. §. 1. Jacobsio Anth. t. 12. p. 171. et Elsnero Obss. t. 2. p. 199.

P. 99. εἰλκυσμένος καὶ τοῦ κατὰ θύραν τερπνοῦ καὶ γοητεύοντος τὴν ἀκοὴν γενόμενος] Neapolitanus 2. εἰλκοσμένος, καὶ τοῦ κὰ θύραν τερπνοῦν. Reinesius proponit θήραν pro θύραν. Nihil mutandum censeo. Τὸ κατὰ θύραν τερπνὸν voluptas est, quae circa sensus ludit nec intus intrat, animum tactura. De γοητεύειν vide p. 177. Γενόμενος, quod pro γινόμενος scripsi e Valesiano, inveni et in Neapolitano 1. Γίνεσθαί τινος jam habuimus p. 17, ubi vide notam p. 194. Confer Abreschium ad Aesch. t. 2. p. 105.

P. 99. παιδείας δὲ] Addidi δὲ ex Valesiano, legiturque in Neapol. 1.

P. 99. λέξεσι κατεγλωττισμέναις] Reinesius V. L. III. p. 428. haec a Philostrato V. A. I. 17. mutuatum esse Eunapium monuit, et melius quam Junius vertit. Sic autem Philostratus: λόγων δὲ ἰδέαν ἐπήσκησεν οὐ διθυραμβώδη καὶ φλεγμαίνουσαν ποιητικοῖς ὀνόμασιν, οὐδ᾽ αὖ κατεγλωττισμένην καὶ ὑπεραττικίζουσαν. Ibi Olearius Nostri verba adducens,

cens, recte quoque intellexit, nempe de sermone γλώσσαις referto, κατὰ γλῶτταν γραφομένῳ. Confer Solanum ad Lucianum Lexiph. §. 25. Witterum ad Thomam p. 41. et Bastium ad Gregor. p. 906. Casaubonus ad Athenaeum t. 1. p. 375: „Eunapius in Libanio vocat λέξεις καταγλωττισμένας, „quas alii *glossas*." Casaubonus editam lectionem καταγλωττισμένας non mutavit, sed Reinesius et Olearius Nostri locum allegantes, tacite scribunt κατεγλωττ. quod recepi, praeeunte etiam Valesiano libro, quocum Neapolitanus 1. consentit. Maittairius in opere de Dialectis edita voce καταγλωττ. usus est, hanc formam probam esse putans.

P. 99. Εὐπόλιδος δένδρα Λαισποδίαν καὶ Δαμασίαν] Editi Δεσποσίαν. Neapolitanus 3. καὶ δασίαν. Scripsi Λαισποδιαν, vel scribere volui (nam operae dederunt Λαισποσίαν), ex jussu Valesii Em. III. 18. quem vide omnino, collata in Addendis Burmanni nota. Et apte admovebitur Ruhnkenius Epist. p. 87, quem Wagnerus indicavit. Bernardus ad Nonn. t. 1. p. 182. hoc loco usus est, sed corrupto. — Velim deinceps legere οὐκ ἂν παρῆκε, καὶ εἰ τὰ ὀνόμ. Vltima in παρῆκε sequens καὶ potuit absorbere.

P. 99. οὗτος λέξιν] Valesianus et Neapol. 1. οὕτω. — Mox pro ὑπ' ἀρχαιότητος, Valesianus ὑφ' ἁπλότητος. Neapol. 1. ἐφ' ἁπλότητος.

P. 99. διακαθήρας] Wagnerus indicat Ruhnkenium

nium et Toupium ad Longin. §. 10. — Mox τε ante ἤγε B. et Neapolitanus 3. omittunt.

P. 99. νεοπλούτῳ — ἀπεξεσμένῃ] Neapol. 3. ἐπεξ. Reinesius V. L. III. p. 429. legendum esse ait νεοπλύτῳ. — Modo pro ἅβρας codex Valesii εὔβοας. Neapolitanus 3. ἄκρας.

P. 99. ὁ θειότατος Ἰουλιανὸς] Neapolitanus 1. ὁ βασιλεὺς Ἰουλ: noluit librarius tam insigni laude ornare Julianum *apostatam*. — Mox idem ante λόγοις, omittit τοῖς, quod nec habet Valesianus.

P. 99. ἀναλεγόμενος] Vide supra p. 145. et adde Jacobsium ad Callim. Epigr. 60. — Mox pro πρὸς τέρψιν, Valesianus et Neapolit. 1. εἰς τ.

P. 100. ἔπαρχον μέχρι προσηγορίας] Codex Valesii ὕπαρχον. Valesius ad Amm. p. 71. de hac honoraria praefectura videndus est.

P. 100. καὶ τοῦτό γε] Γε, quo caret Plantiniana, non habent B, Valesianus et Neapolit. 1. 2.

P. 100. ἀλλ' ἐτελεύτησε καὶ οὗτος] Valesianus Ἐτελεύτησε μέντοι οὗτος, et sic Neapol. 1. cum καὶ ante οὗτος. Infra p. 107. eadem, qua hic formula: ἀλλ' ἐτελεύτα.

P. 100. μακρότατον] „Nonagenarium vocat „Synesius de Insomn. Vide ibi Nicephori Sch. „p. 428." REINESIVS. — Ejus septuagesimus sextus annus e monumentis asseri potest.

P. 100. Τούτῳ δὲ ὁ ταῦτα — ἐπηρείᾳ τύχης συμβάντων] Haec addidi ex Valesiano, inveniuntur-

 que

que in Neapolitano primo. — Lucianus Pro lapsu init. χαλεπὸν μὲν ἄνθρωπον ὄντα δαίμονός τινος ἐπήρειαν διαφυγεῖν: Scholiastes ἐπήρ. βλαβήν. Himerius Or. XXIII. §. 6. ὑποπτεύων διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς τὴν παρὰ τῆς τύχης ἐπήρειαν. Philostratus Ep. 22. ἀνοίᾳ μᾶλλον ἢ ἐπηρείᾳ δαίμονος γενόμενα. Codex 1696. Paris. δαιμόνων γινόμενα, et Vaticanus δαιμόνων. Libanius t. 4. p. 655. ἵνα μὴ πρὸς λύπῃ ζημίαν, ἵνα μὴ καὶ ταύτην δυστυχήσω τὴν ἐπήρειαν. Codex, 3017. πρὸς τῇ λύπῃ. p. 159. τὴν ἐπηρεάζειν βουλομένην τύχην νενίκηκα. Codex, νενικήκαμεν τύχην. Confer Wassium ad Thucyd. I. 26., Elsnerum Obss. t. 1. p. 30., Ruhnkenium ad Xenoph. p. 232. et Wyttenbachium ad Plut. t. 1. p. 860.

P. 100. ἦν συνανασχὼν] Plantinus, συνα ών. B συνα ών. Junius conjicit συνάγων. Canterus N. L. VIII. 17. proponit συνακμάζων, quod et in mentem venit Corayo; et sic primum Dorvillius scribere volebat ad Char. p. 579.; sed demum probavit Commelini συνανασχών, metaphora a sole ducta, atque hanc lectionem ait Barberinianum agnoscere videri. Statim iterum habebimus συνανασχὼν, pro quo B exhibet συνασχών.

P. 100. τόνου δὲ σοφιστικοῦ καὶ πνεύματος .... γέμων] Confer Cresollium Th. Rh. IV. 8., et de γέμων Alberti Obss. p. 134.

P. 100. μετὰ κρότου] Vide notata p. 345. 370.

P. 100. πρὸς τὸν ἀρχαῖον — τρόπον] Wyttenbachius

chius conjicit τύπον, et non ſine veri ſpecie. P. 98. ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον . . . διεγείρεται τύπον.

P. 100. βιβλίδιον . . . περὶ εὐφυΐας] Venetus βιβλίον. Vide notam p. 251. — Hic Libanii liber periisſe videtur. — Mox pro ἅπαν, B ἅπαντα.

P. 100. λεξείδια] Suidas vocem λεξείδιον nudam exhibet, auctore non nominato. Potuit Noſtrum reſpicere.

P. 101. παντὸς ἔμελε μέτρου] Huetius conjiciebat πάντως, non male.

P. 101. μήτε Φειδίᾳ] Locus non facilis. Huetius proponit περιλαβεῖν, et, probata Junii conjectura πόδα pro παῖδα, ſic vertit: „ neque ſemper „ curasſe Phidiam, ut vel digitus vel pes ad nor„ mam esſet exacte circumſcriptus." Valckenarius Junii πόδα ad marginem ſcripſerat, quod id probaret forſan. Et ſane prior haec pars loci non male procedit ex mente Huetii. Θεᾶς intelligetur de Minervae ſtatua; τυραννεῖν poteſt pendere ab ἀγνοῶν; τὸ μὲν pertinet ad εὐφωνίαν καὶ μέλος, et καὶ τὸ αἴτιον ponitur pro τὸ δὲ αἴτιον: ſaepe poſt μὲν non ſcribunt δέ. Hanc esſe credo loci rationem. Δάκτυλον et παῖδα primum revocabant in mentem quae narrant ſcriptores (vide Th. Canter. V. L. I. 24.) de Phidiae amaſio Pantarce, cujus nomen digito inſcripſerat vel Jovis Olympii vel Minervae. Sed me hac via non extricabam.

P. 101. Νυμφιδιανὸς — Μάξιμος — ἀδελφὸς — Κλαυδιανός] Confer p. 47. Venetus non habet ἀδελφός.

P. 101.

P. 101. γεγονὼς δὲ εἰς ῥητορικὴν] B καὶ γεγὼ Crediderim post ῥητορ. deesse ἄκρος.

P. 101. προαγῶσι] Editi προάγωσι.

P. 102. Ζήνων τε ὁ Κύπριος] Chapmannus in eruditis ad Vlpianum observationibus §. 4. hunc Zenonem eumdem esse putat ac Suidae Zenonem qui Κιτιεὺς fuit, ergo Cyprius, et rhetorica multa scripsit a lexicographo laudata; opinionemque suam inde tuetur, quod Eunapius Zenonem referat ἄμφω ἐξησκῆσθαι λέγειν τε καὶ ποιεῖν ἰατρικήν. Sed Eunapius dicere tantum voluit, Zenonem arte valuisse docendi scite et eleganter, non autem rhetorem fuisse et grammaticum. Suidas de Zenone suo ait dubitare se, num rhetor fuerit an philosophus; medicum fuisse non dicit. Et mirum sane videtur medicum nihil nisi grammatica scripsisse, et Eunapium de his literariis Zenonis sui laboribus omnino siluisse. Zenonem Suidae et Zenonem Eunapii, etsi conterraneos, diversos fuisse homines puto.

P. 102. ἐξήσκητο λέγειν τε καὶ ποιεῖν ἰατρικὴν] Julianus Ep. 45. ad Zenonem ἀρχίητρον, qui noster est Zeno: σὺ δὲ οὐκ ἰατρὸς ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ διδάσκαλος τοῖς βουλομένοις τῆς τέχνης· ὥςε σχεδὸν ὃ πρὸς τοὺς πολλοὺς εἰσιν οἱ ἰατροὶ, τοῦτο ἐκείνοις σύ. Medici, qui artem publicis scholis docebant, ἰατροσοφιςαὶ vocabantur, quod notavit legendus Valesius ad Socrat. VII. 13., diserte facta men-

mentione Magni, de quo ſtatim loquetur Eunapius; et Geſii, qui Stephano Byzantino, in Γέα, dicitur περιφανὴς τῶν ἰατρῶν σοφιςής. Legerem τῶν ἰατρικῶν non ἰατρῶν, ſubaudito λόγων. Socrates, loco citato: Ἀδαμάντιος ἰατρικῶν λόγων σοφιςής. Caeterum ex hac Juliani epiſtola diſcimus Zenonem Georgii cujusdam machinis Alexandria pulſum fuisſe et ab Imperatore in Alexandriam priſtinumque locum reſtitutum.

P. 102. τῶν δὲ ὀνομαςῶν] Verſio Junii: „ e diſcipulis ejus clari nominis fuere Magnus, Oribaſius et Ionicus." Haec nomina abſunt a Graecis exemplis.

P. 102. ἐκληρονόμησαν] Junii est conjectura pro ἐκληρονόμησεν. — Forte ἔργου τε.

P. 102. Μάγνος] „ Ejus meminit Marinus in vita Procli. Item: Magnus Emiſenus ſophiſta de urinis ſcripſit; eum ſequi ſe ſcribit Theophilus [de Vrinis prooem.]. Magni Emiſeni ſophiſtae tractatus de Vrinis dictante Philotheo [Cf. Guidot. ad Theophil. de Vrinis p. 141. 144.] in cod. reg. 1506 et 2216. ap. Labb. p. 538." REINESIVS. Marinum Magni meminisſe equidem non memini. Plutarchus Athenienſis Marino c. 12. ὁ μέγας dicitur; hinc forte Reineſii obſervatio pendet. Theophilus de Vrinis in prooemio Magnum ἰατροσοφιςὴν nominat, et cum viris doctis, quorum opinionem ſequi videtur Guidotius in

in notis ad Theophilum p. 153, eumdem fuisse crediderim ac Nostri Magnum, praesertim cum eum Theophilus dicat ἰατρὸν μὲν τῷ λόγῳ, ἄπειρον δὲ τῷ πράγματι, quae mire consentiunt cum istis Eunapianis: θεραπεύειν δὲ οὐκ ἐδόκει δυνατὸς εἶναι καθάπερ λέγειν. Forsitan et ad Magnum hunc referendum Lucillii Epigramma 124. εἰς Μάγνον ἰατροσοφιστήν, quod et voluit Fabricius Bibl. Gr. t. 4, p. 480.

Μάγνος ὅτ' εἰς ᾅδην κατέβη, τρομέων Ἀϊδωνεὺς
Εἶπεν· „ἀναστήσων ἤλυθε καὶ νέκυας".

Nam Chardo a Rochetta, vir eruditissimus, a quo egregia speratur Anthologiae Graecae recensio, me docuit hunc Lucillium ad alteram saeculi quarti partem pertinere, quae fuit et Magni Eunapiani aetas. Varios medicos nomine Magnos recenset Guidotius ad Theoph. p. 149.

P. 102. Ἀντιοχείας — Νίσιβιν] Theodoretus Hist. I. 7. Ἰάκωβος μὲν γὰρ ὁ Ἀντιοχείας τῆς Μυγδονίας· Σύροι αὐτὴν καὶ Ἀσσύριοι Νίσιβιν ὀνομάζουσιν. Vide Spanhemium ad Jul. Or. I. p. 189.

P. 102. τῇ περὶ τῶν σωμάτων τῶν προαιρετικῶν φύσει...] Non mihi liquet de corporibus hisce προαιρετικοῖς: vox est philosophica et Aristotelica, sed non ob id clarior. Junius vertit: „ nativa mo„ le Aristotelem provocare potuit ad disserendum „ de corporibus electivis et quibus ad arbitrium „ vires suppetunt." Et notat Eunapium innuere corpulentum fuisse Magnum, unde fortassis ipsi Ma-

Magni nomen: quod est Junii acumine omnino dignum. Vide num tibi magis placeat P. Petiti conjectura, legentis Misc. Obff. II. 7., καὶ τὸν Ἀρις., ἐς τὸ δύνασθαι περὶ τῶν σωμάτων καὶ τῶν προαιρετῶν λέγειν, τῇ φύσει συνεφελκ. vertentisque: „ cumque Aristotelem propriae naturae sive „ ingenio socium adjutoremque adjunxisset, ad „ hoc, ut posset de corporibus (*loqui*) et aliis „ quae sunt proposita medicis ad considerandum." Equidem nullus dubito quin Petitus verba, ἐς τὸ δύνασθαι λέγειν Ἀρις. συνεφελκυσάμενος, recte ceperit, sed quam facit reliquis medicinam non laudo.

P. 103. Φασὶν Ἀρχίδαμον — ἐκεῖνος — νενίκηκεν] Scripsi ἐκεῖνος pro edito ἐκεῖνα ex B, Veneto, et conjectura P. Petiti Misc. Obff. II. 7. qui et alia mutat, quod Plutarchus in Pericle c. 8. hoc dictum non Archidami, sed Thucydidis Milesii Archidamo respondentis esse retulerit: Ἀρχιδάμου, τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως, πυνθανομένου πότερον αὐτὸς (Thucydides nempe ille Milesius, Periclis in administranda republica adversarius) ἢ Περικλῆς παλαίει βέλτιον· ὅταν, εἶπεν, ἐγὼ καταβάλω παλαίων, ἐκεῖνος, ἀντιλέγων ὡς οὐ πέπτωκε, νικᾷ, καὶ μεταπείθει τοὺς ὁρῶντας. Sed nihil mutaverim, nam Eunapius potuit memoria labi. Multo minus pro καταβάλλω cum Petito reposuerim καταβάλω, qui credit καταβάλλω esse indicativum, et ἂν omnino postulare conjunctivum καταβάλω. — Καταβάλ-

βάλλειν verbum est e palaestra sumptum. Diogenes Laert. VI. 62. ἀφυῆ παλαιστὴν θεασάμενος (Diogenes Cynicus) ἰατρεύοντα, ἔφη· τί τοῦτο; ἢ ἵνα τοὺς ποτέ σε νικήσαντας νῦν καταβάλῃς.

P. 103. χάριν ὡμολόγουν] Exempla adfert similia Alberti Obss. p. 88.

P. 103. διδασκαλεῖον] Fuit ergo ἰατροσοφιστής, quod jam monui p. 411.

P. 103. λαλεῖν] B et Venetus λαβεῖν. Schol. Platon. p. 137. τὸ ἁπλῶς λαλεῖν. Cod. 3017. λαβεῖν, eadem nec meliore permutatione.

P. 103. Ὀριβάσιον δὲ Πέργαμος] Suidas Sardianum Oribasium, non Pergamenum, fuisse refert: sed major habenda fides Eunapio, qui fuit Oribasii amicus. Eunapio libros Εὐπορίστων nuncupavit Oribasius. Reinesius notat Isidorum Pelus. ad Oribasium scripsisse I. Ep. 437. Tempora vix quadrare videntur.

P. 103. αὐτῷ συνετέλει] Scripsi αὐτῷ pro edito οὕτω, sed calidius; et lectorem moneo, ut οὕτω reponat. Malim quidem etiam nunc αὐτῷ, sed οὕτω defendi potest; nam dicet aliquis οὕτω et ὥσπερ sibi invicem respondere, nec perfracte velim negare.

P. 103. Ἐχατέρων] Scribendum forte ἐκ πατέρων, vel saltem subaudiendum.

P. 103. συμφέρεται καὶ τελεῖ] Is. Vossius: „συμφέρει τε καὶ τελλεῖ (sic) Canter. τελεῖ."

Op-

Optimum συμφέρει τι esse videtur.

P. 104. παλαίοντα τοῖς νοήμασιν, αὐτὸς καὶ ἐν τούτοις δὲ ἄριστος] Dorvillius ad Charit. p. 491. legit π. τοῖς νοσήμασιν αὐτον, καὶ . . . Sed παλ. νοήμασιν est optimum, et intelligendum de nimio Magni studio circa verba et voces, artemque scribendi. Scholiastes Philostr. Her. p. 332. dixit παλαίων λογισμοῖς: Palladius Hist. Laus. p. 16. πυκτεύουσα τῇ ἀκηδίᾳ καὶ τοῖς λογισμοῖς.

P. 104. αὐτὸς καὶ ἐν τούτοις ἄριστος ὤν] B sine καί. Distinctionem, quae erat post αὐτὸς posita, loco mutavi, ut αὐτὸς et ἄριστος jungerentur. Photius Cod. 219., de stylo Oribasii quid senserit, his verbis aperit: Φράσεως δὲ χαρακτῆρα λέγειν τοῦ λόγου, ἅμα τε ἄπορον καὶ περιττὸν εἶναι δοκεῖ· ἔκ γε γὰρ διαφόρων καὶ παντοδαπῶν αὐτῷ τὰ συντάγματα συνήθροισαι, καὶ ἰατρὸς ἀνὴρ οὐ τοῦ ἐν λόγῳ κάλλους καὶ τῆς σοφίας εὐθύνας ἄν τινι τῶν σωφρονούντων παράσχοι, ἀλλ' εἴ τι τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν ἔργων οὐκ ὀρθῶς διῆλθεν οὐδ' ἐπεδείξατο.

P. 104. τὸν πάτριον ἐμ. θεὸν] „ Aesculapium, cujus Pergami ἰατρεῖον erat. Lucian. p. 737 D." HVETIVS. Luciani locus est Icar. 24. ἐν Δελφοῖς μὲν Ἀπόλλων τὸ μαντεῖον κατεσκήσατο, ἐν Περγάμῳ δὲ τὸ ἰατρεῖον ὁ Ἀσκληπιός: ubi Solanus. Epithetum ipsum πάτριον illustrat Alberti Obss. p. 266.

P. 104. Ἰουλιανὸς — συνήρπασεν] Julianus in

Epist.

Epist. ad Athen. p. 277 C. narrat se, cum a Constantio Caesar esset creatus, vix potuisse quatuor servare et secum habere familiares, quorum εἷς ἰατρὸς, ὃς καὶ ὅτι φίλος ὢν ἐλελήθει, συναπεδήμησεν. Oribasium innuit. Συνήρπασεν ἐπὶ τῇ τέχνῃ: „ secum, ut medicum, in Gallico itinere abduxit." Oribasius, apud Photium Bibl. Cod. 217. in epistola ad Julianum testatur, se fuisse Caesari in Gallia comitem: τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ σῆς Θειότητος, Αὐτόκρατορ Ἰουλιανὲ, πρότερον, ἡνίκα διετρίβομεν ἐν Γαλατίᾳ τῇ πρὸς ἑσπέραν, εἰς τέλος ἤγαγον, καθὼς ἠβουλήθης. Quod addit Eunapius, Oribasium virtutibus βασιλέα τὸν Ἰουλιανὸν ἀποδεῖξαι nescio quo sensu intelligendum sit. Lectorem Eunapius remittit ad suam chronographiam, quae malo fato periit. Significare forte voluit, Oribasium, quibus excellebat, virtutes in Juliani pectus exemplo et monitis infudisse, ita ut vere regem illum efficeret. Verba graeca, quae sunt ambigua, de navata ab Oribasio opera in Juliani ad imperium evectione vix ausim intelligere, in historicorum silentio, et hac viri literati et medici conditione, quae a turbis civilibus et motu bellico fere est alienissima.

P. 307, 5. Verterim: „ ad hanc solam eos „ misit, qui ambos adducere debebant. Attamen nescio quid dubitationis mihi superest de hujus loci lectione. Credo pro ὡς ἂν legendum ὡσὰν, quo adverbio Noster non semel usus est. Sed cum ὡσὰν, τὴν μίαν mutandum erit in τῇ μιᾷ: at sic displicet articulus.

P. 309, 14. Adde Wagner. ad Alciphr. 3. 7, Brunck. ad Eccles. 1073.

P. 310, 6. Adde Beck. ad Aves 958.

P. 310, 6 *a fine.* Catullus 4. 14.

„ Ti-

„ Tibi haec *fuisse et esse* cognitissima
„ Ait Phaselus."

P. 315, 3. Zosim. 2. 22. ναῦς δὲ φορτίδες συνήχθησαν πλέον ἢ δισχίλιαι. Cum πλὴν habeat codex, scribendum est πλεῖν. Idem 5. 19. οἱ βάρβαροι . . . . πλέον ἢ ἑπτακισχίλιοι. Codices praebent πλὴν ἤ. Reponendum est igitur πλεῖν ἤ.

P. 318, 7. et supra p. 25 extr.

P. 318. *penult.* Bastius: „ Le passage des „ Scholies de Lucien a été traité déjà: J'en suis „ sur, mais je ne me rappelle pas dans ce mo„ ment par quel Critique. Si je ne me trompe, „ il veut lire, ἀλλ' οὐ τεθνήξει, ἐπὶ δευτέρου γάρ. „ Votre correction est plus simple."

P. 319, 10. De hoc loco vide omnino Letronnium in Horreo Encyclopaedico April. 1813.

P. 321, 5. in Theocr. Idyll. 15. 115. confunduntur ποιεῦνται et πονέονται.

P. 321, 17. Noster p. 9. ὥστε παρήει. P. 18. ὥστε συνέγραφε. P. 118. ὥστε ἕτοιμος ἦν. Euripides Troad. 971.

Ἐγὼ γὰρ Ἥραν παρθένον τε Παλλάδα
Οὐκ εἰς τοσοῦτον ἀμαθίας ἐλθεῖν δοκῶ,
Ὥσθ' ἡ μὲν Ἄργος βαρβάροις ἀπεμπόλα,
Παλλὰς δ' Ἀθήνας Φρυξὶ δουλεύειν ποτέ.

In hoc loco non minime impedito utraque syntaxis usurpatur. Burgesius, criticus ingeniosissimus,

mus, ἀπειμπολᾶν scripsit, absque necessitate, ut mihi quidem videtur.

P. 322, 12. Lege, IV, 10. modo adlati.

P. 322. f. Cf. p. 379.

P. 323. *antep.* Cf. not. p. 342. 373.

P. 326, 4. Cf. not. ad Fragm. §. 69. p. 538.

P. 327, 5 *a fine.* Et Wyttenbach. Philom. 4. p. 24. Sic permutantur πράγμα et τάγμα. Vide Not. ad Tiber. p. 38.

P. 330, 10. Ipsa Ammiani verba p. 556. describere debueram: „Neque ita multo post Maximus ille philosophus, vir ingenti nomine doctrinarum, cujus ex uberrimis sermonibus ad scientiam copiosus Julianus exstitit imperator, oraculi supra dicti versus audiisse insimulatus, seque comperisse adsensus, sed reticenda professionis consideratione non effudisse, verum ultro praedixisse consultores ipsos suppliciis poenalibus perituros, Ephesum ad genuinam patriam ductus, ibique capite truncatus, sensit, docente periculo postremo, quaesitoris iniquitatem omnibus esse criminibus graviorem."

P. 331, 6. Maxim. Tyr. Diss. 31. 1. γάμου προστῆναι σωφρόνως καὶ παῖδα ἐκθρέψαι γεννικῶς. Lucian. Tyrann. 5. ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν, ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις. Seneca Troad. 59. „Hic Hectoris *conjugia* despondet sibi." Trebell. Poll.

„de

de Victorino: „quod *matrimoniis* militum et „militarium corrumpendis operam daret."

P. 331, 13. Cf. Cuper. in Muf. Helvet. T. I. p. 63.

P. 331, 19. Cf. not. ad Fragm. §. 52. p. 529.

P. 335, 5. Cf. ad hunc Synefii locum Hemfterh. ad Luc. Somn. 3.

P. 337, 1. Lege: κρατοῦντα.

P. 337, 11. Cf. P. Fab. Agon. 3. 28. p. 668.

P. 338, 1. Haec nota loco mota est. Ponenda erat pagina praecedenti. — Ἐπαγαθὼ, nomen feminae, asferuit Hagenbuchius Diatr. p. 34. 39.

P. 339, *penult.* Lege: ϛρατηγῶν, οὕτως ἀνακ.

P. 340, 3. Si πολιτῶν mutetur, ἀνδρῶν adjectivo carebit. Saltem fcribendum erit: πολιτῶν πολλαχοῦ.

P. 340, 13. Malim legere ἀποβαλόντες τὰς φωνάς. Marinus p. 23. περί τε τῆς αὐτοῦ λέξεως στίχους ἐξέβαλεν: ubi cf. notam. Euripid. Troad. 1180.

Ὦ πολλὰ κομπούς ἐκβαλὸν φίλον ϛόμα.

Simon, ut Boeckhio placet, in Hipparcho §. 2. p. 28. ἵνα τι καὶ ἡμεῖς τῶν σοφῶν ῥημάτων ἐκβάλωμεν. Diogen. Laert. 9. 16. Ἱερώνυμος δέ φησι καὶ Σκύθινον, τὸν τῶν ἰάμβων ποιητὴν, ἐπιβάλλεσθαι τὸν ἐκείνου λόγον διὰ μετροῦ ἐκβαλεῖν. Non multum abludit, quod ftatim fequitur apud Nostrum, καταβαλεῖν.

P.

P. 340, *antep.* Et fic conjecit If. Vosfius.

P. 341, 3. Pfellus de Daem. p. 62. τὴν Λακωνικὴν πεπονθὼς ἀνάγκην: ubi Gaulm. p. 125. apte contulit haec Nostri verba. Noster p 73. ἀπολαβὼν τὸν Θεμιστοκλέα καὶ τοὺς Λάκωνας. Cum Apfines, hujus factionis dux, esfet Lacedaemonius, Eunapius inde verborum jocum arripuit.

P. 341, 5. Immo est prorfus inutilis.

P. 341, 16. Cf. not. p. 418.

P. 341, 17. Proaerefio. — *Lege:* Juliano.

P. 342, *extr.* Timario p. 211. §. 26. συνήχθην παρ' ἑαυτῷ. p. 216. σὺ δ' ὅρα ὅπως ἐπίσχῃς αὐτόν. p. 224. §. 36. πάντα ῥιζοτομήσας ἀνελοῦ παρ' ἑαυτῷ. Hafius, Timarionis editor doctisfimus, credit p. 185. hunc ufum pronominum tertiae perfonae esfe recentiorum vel fcriptorum vel librariorum. In qua opinione esfe et Salmafium illum modo animadvertebam.

P. 344, 9. Lege: εἴσεσθαι.

P. 344, 13. Man. Palaeologus in Notitiis Manufcriptorum T. 8. p. 355. διὰ τοῦτο τοίνυν, οἶμαι, στενοχωρούμενος, τοῖς Πυθαγόρου ἐῴκει μαθηταῖς, πολὺ τὴν σιώπην ἀσπαζόμενος.

P. 345, 2. Bafilius Homil. ad Juvenes p. 319. Ed. Anger. ἔχει δὲ οὕτω πως ὁ λόγος αὐτῷ, ὅσα ἐγὼ τοῦ ἀνδρὸς τῆς διανοίας μέμνημαι, ἐπεὶ τά γε ῥήματα οὐκ ἐπίσταμαι.

P. 345, 15. Cf. Ἑρμῆς ὁ Λόγιος 1812. p. 27.

P. 349, 10. Lege: τελῶν.

P. 350, 5. „Cf. Wernsdorf. ad Himer. p. „422." WAGNER.

P. 350, 17. Leo Diaconus in Notitiis manuscriptorum T. 8. p. 275. ἤδη δὲ τῆς τετάρτης φυλακῆς τῆς νυκτὸς ἀρχομένης. De noctis divisione cf. Harlef. ad Moschi Europ. 2.

P, 352, 7 *a fine*. Lysias in Eratosth. circa finem: οὐδὲ γὰρ ἑνὸς κατηγόρου, οὐδὲ δυοῖν ἔργον ἐςὶν, ἀλλὰ πολλῶν. Longin. §. 1. οὐδ' ἐξ ἑνὸς, οὐδ' ἐκ δυοῖν, ἐκ δὲ τοῦ ὅλου λόγων ὕφους. Euseb. V. Const. I. 13. ἑνὸς καὶ δευτέρου μνημονεύσας κατορθώματος. 3. 54. εἷς δὲ μόνος καὶ δεύτερος τῶν αὐτοῦ γνωρίμων πρὸς ὑπηρεσίαν ἀπήρκουν.

P. 353, 7 *a fine*. Theodorus Icon. Act. S. Cyrici p. 232. τῶν διαπαιζόντων καὶ χλευὴν καὶ τιμωρίαν ἡγουμένων τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυςήριον. Agitur de Manichaeis. Fere credo legendum, χλευὴν καὶ μωρίαν. Notissima sunt Paulina verba: ὁ λόγος ὁ τοῦ ςαυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐςι.

P. 354, 5 et 10. Lege: Barberinianus.

P. 354, 16. Adde Brettium in Ephemeride Classica Valpyana T. 2. p. 824.

P. 355, 12. Adde not. p. 388.

P. 356, 7 *a fine*. Forte, προσέδωκε τῆς δυνάμεως τοῦ Φαρμάκου dictum est, ut supra p. 73. προσθεὶς καὶ τῶν Ἀθηναίων. Ita τῆς δυνάμεως τοῦ Φαρμάκου idem

idem sit ac τοῦ δυνατοῦ φαρμάκου. Hanc genitivi syntaxin illustravi ad Heroicorum ἴσχασι τοῦ ὕδατος p. 404. Plutarchus de Iside §. 13. θερμοῦ μολίβδου καταχεαμένους: ubi Squirius fere vult reponere θερμὸν μόλιβδον, pessimo consilio.

P. 357, 17. Adde Reitz. ad Luc. Asin. 30., Upton. ad Arrian. Diss. I. 10. 3., Davis. ad Tuscul. 4. 3.

P. 258, 4 *a fine*. Gregor. Naz. Epigr. in Euphemium inter Anecd. Murat. p. 20.

Ἦν δυὰς, ἦν ἱερὴ ψυχὴ μία, σώματι δισσά·
πάντα κασιγνήτω, αἷμα, κλέος, σοφίην,
υἷεες Ἀμφιλόχου, Εὐφήμιος Ἀμφίλοχός τε,
πᾶσιν Καππαδόκαις ἀστέρες ἐκφανέες.
δοιὸν δ'ἀμφοτέρους Φθόνος ἤραπε· τὸν μὲν ἄμερσε
ζωῆς, τὸν δ'ἔλιπεν ἥμισυν Ἀμφίλοχον.

Vide ibi Muratorium. In primo versu editam lectionem ἦν ἱερὴ, ψυχὴ μία, mutavi, ut et in ultimo ἥμισυν Ἀμφιλόχου. Domitius Marsus Anth. Lat. 2. 247.

„ Omnia cum Bavio communia frater habebat,
„ Unanimi fratres sicut habere solent,
„ Rura, domum, nummos, atque omnia; deni-
„ que, ut aiunt,
„ *Corporibus geminis spiritus unus erat.*

Plaut. Stich. 5. 4. 49.

„ Hoc memorabil' est: ego tu sum, tu es ego;
„ *uni animi sumus.*

P. 360, 8. Lege: παρειλημμένης.

P. 361, 18. Egit de hoc loco jam laudatus Letronnius in Horreo Milliniano Encyclopaedico April. 1813.

P. 361, *extr.* Bernardum ad Nonn. T. 2. p. 56. Schol. Pind. Pyth. I. 41. οἱ δὲ ποταμοὶ τοῦ πυρὸς ἐν μὲν ἡμέρᾳ ῥοῦν καὶ Φθορὰν προχέουσι καπνοῦ. Lego, Φοράν.

P. 362. Pro μετανάϛασιν nomine nunc credo reponendum esse participium μετανασᾶσιν, et vertendum: „ dissidia exercebant populi ob juvenes „ quosdam paucissimos, ab aliis ad alios profes„ sores avolantes, si quis forte etc." Vocula ἢ aliquid molestiae habet et offensionis. Forte deest aliquid; forte etiam ἢ delendum, natum e literis ις, quibus vox μειρακίοις terminatur; quod intelliget, qui adierit Bastii Comm. Palaeogr. p. 716.

P. 364, 19. Cf. notas ad Fragm. §. 47. p. 526.

P. 364, 20. et Albert. Obss. p. 240.

P. 364, 5 *a fine.* Herodot. I. 12. ὡς δὲ ἤπτυσαν τὴν ἐπιβουλήν.

P. 364. In ipso fine dele *etsi.*

P. 365, 13. De βάδην cf. Blomf. Gloss. ad Pers. 19. qui inter alia citat Xenoph. Anab. 4. 8. 28. ubi μόλις βάδην. Quo in loco nihil, ut videtur, codices variant; malim tamen μόλις καὶ βάδην. Noster p. 35. μόλις καὶ βραδέως: ut et Charit. p. 62. Noster rursus p. 37. μόλις καὶ

ἀμυ-

ἀμυδρῶς. p. 14, βάδην καὶ σχολαίως. Charit. p. 16 et 81. μόγις καὶ κατ' ὀλίγον. p. 56. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις. Lucian. ap. Dorvill. l. c. ἠρέμα καὶ κατ' ὀλίγον. Haec exempla ostendunt, cur in simili formula apud Xenophontem velim καὶ inserere. Apuleius Met. 1. „ vix et aegre": ubi vid. Oudendorp. p. 63.

P. 365, 19. Sed καιροῦ παρακαλοῦντος, non παρακελεύοντος, legitur apud Epictet. Man. 33. 2. 7. et καιροῦ καλοῦντος, non κελεύοντος, in Actis S. Phileae p. 161.

P. 366, 16. Epictet. Man. 46. 2. σιώπα τὸ πολύ· μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος εὐθὺς ἐξεμέσαι ἃ οὐκ ἔπεψας. Isidor. Pelus. 3. Ep. 94. εἰπὲ τῷ πρὸς σὲ διενεχθέντι Ἰουδαίῳ, καὶ μηδὲν μὲν γενναῖον, μηδὲ νεανικὸν φράσαντι, ἀγυρτικὰς δὲ λογοποιΐας ἐμέσαντι.

P. 367, 5. Henr. Stephan. in Thes. „ Vulgaria lexica testantur in priore illo Plutarchi loco προάγωνος legi, non προαγῶνος, sed mendosa est illa scriptura." — cf. p. 410.

P. 368, 13. Lege: 670. et ὀνειδισμόν.

P. 370, 19. Nota p. 205. et quae sequuntur exempla non huc erant admovenda. Ratio non est eadem. Imprudens feci.

P. 370, 5 *a fine*. P. 89. extr. παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν.

P. 371, 9. Foeminino genere δίκαιος bis invenitur apud Euripidem: cf. Elmsl. ad Heracl. 901.

 et

et Seidler. ad Troad. 972. qui hanc formam ibi Euripidi obtrusit. Sic autem edebatur Euripides:

Πῶς οὖν ἔτ' ἂν θνήσκοιμ' ἂν ἐνδίκως, πόσι,
Πρὸς σοῦ δικαίως, ἣν ὁ μὲν βίᾳ γαμεῖ.

Seidlerus edidit δίκαιος, quod non valde placet. Fateor vulgatam esse salebrosam, cui facilius mederi mihi visus sum, legendo δικαίως θ', ἣν — Ἐνδίκως δικαίως τε pleonasmum efficiunt. Sed multi sunt apud Tragicos similes pleonasmi. Cf. p. 164.

P. 373, 10. Cf. Markl. ad Lys. Epitaph. T. 5. p. 129. Reisk. Similem structuram in Latinis scriptoribus abunde illustravit Heins. ad Ovid. Epist. 14. 64.

P. 375, 14. Sed et λεγομένης potest tueri locus p. 105. τὸ τῆς λεγομένης συμφορᾶς.

P. 376, 4. Lege, τό, τε.

P. 376, 6. *Verissimum* non est verissime dictum; scribere debui *probabile*; et si quis dixerit βάρος hic non esse probabile minus quam βάθος, me habebit adsentientem. Cf. Ernesti Lexic. Techn. in Βάρος.

P. 377, 8. Cf. Fabr. ad loc. Anacreontis. Plato Phaedon. 1. τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους. Epist. 4. τόν τε Λυκοῦργον ἐκεῖνον.

P. 377, 13. Lege: Ἑλλάς. — De οὗτος emphatico cf. Markl. ad Max. Tyr. 23. 3.

P. 378, f. Barthius credidit hunc Milesium auctorem esse Poëmatis, quod sub nomine Quinti Ca-

Calabri circumfertur. Vide Tychſen. Diſſ. de Q. Cal. §. 2. qui Barthium confutat. In Lexico Bekkeriano Anecd. 1. p. 341. laudatur ὁ Μιλήσιος: Ἀδελφίζειν, ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν. οὕτως Ἰσοκράτης [Aegin. 15.], καὶ ὁ Μιλήσιος ἐχρήσατο. Harpocratio me docuit hic esse legendum καὶ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος.

P. 379, 1. Cf. addenda ad p. 131.

P. 380, 11. Lege: Theocritus.

P. 380, 8 *a fine.* Mitſcherlichium ad Hor. I. Od. 3. 9; Giacom. ad Prometh. 242; Blomfield. Gloſſ. ad Prometh. 250;

P. 380, *antep.* Schweighaeuſer. ad Athen. I. c. 28.

P. 382, 12. Cf. Heinſ. ad Claud. Rufin. I. 312., Coplestonium Prael. Academ. p. 463.

P. 382, 17. Senſum quoque vidit Muratorius Anecd. Gr. p. 2.

P. 382, 6 *a fine.* Cf. P. Faber Agon. 2. 20.

P. 385, 12. Nihil mutandum. Syntaxis est impedita, ſed ſana. Thucyd. 3. 18. ἀφίκετο τῆς Ἀττικῆς εἰς Οἰνόην. Alia dat exempla, qui hanc locutionem doctiſſime illuſtravit Letronnius in Horreo Encyclopaedico April. 1813. Ἐξ Ἀσίας τῆς Τρ. πόλ. poſitum est pro ἐξ τῆς Τραλλ. πόλεως Ἀσίας.

P. 386, 15. Phrynichus Appar. p. 21. Ἀνδρεράστρια γυνή: ἡ ἐπιμαινομένη ἀνδράσιν. Cf. et Lexic. Bekk.

Bekk. T. 1. Anecd. p. 394. Plutarch. Brut. c. 5. Krebsius ad Plutarch. p. 219.

P. 387, 5 *a fine.* Lege: de Proaeresio nostro — Gregor. Naz. in Epigr. supra adlato Add. ad p. 92. Proaeresium laudat

Ὃς ποτε ἀρτιτόκοις κόσμον ἔσεισε λόγοις.

P. 388, 14. Nunc legendum videtur: *ἀτονώτερος· ὅμως τε* (vel *δὲ*) *σοφις.*

P. 392, 17. Adde Fischer. ad Axiochum.

P. 392, 4 *a fine.* Isidor. Pelus. 3. ep 92. *ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαι λαμπράν σοι ἀνοῖξαι τῶν νοημάτων τὴν θύραν.*

P. 394, 10. Nunc non placet Junii interpretatio. Forte *ψοφήσειεν* pendet non a *θύρα* sed a *τι*, et *παρωλίσθαινεν* referendum ad Sopolidem. „ Sed „ si forte stridoris aliquid inde fieret, tenuis qui„ dem et exigui, ille intra divinum instinctum „ furtim quasi delabebatur." Sopolis Musae fores egregie pultabat, quae non saepe ipsi patebant: sed si quando aliquis januarum stridor audiretur, tenuis quidem et exiguus quasi januarum semiapertarum, tunc ille, per rimam hanc furtim adrepens, perveniebat ad intima penetralia divini furoris et enthusiasmi.

P. 394, 6 *a fine.* Et nunc hujus quoque me observationis poenitet. Auditores prae voluptate furebant, ne extortam quidem illam Castalii laticis ferentes guttam, quae ipsorum mentes percelle-

lebat et faciebat quasi ebrias. Adeo hac aetate facilis fuit ars mulcendarum aurium.

P. 396, 10. Nilus Narrat. 2. p. 13. *ἐμοὶ παῖδες, ὦ φίλοι, γεγένηνται δύο· οὗτος, ὃν νῦν κάθημαι θρηνῶν, καὶ ἕτερος ὁ παρὰ τῇ μητρὶ καταμείνας· καὶ πρὸς τούτοις τὴν πρὸς τὴν γαμετὴν κατέλυσα ὁμιλίαν.* Codex pro *πρὸς τούτοις* habet *ἐπὶ τούτοις*, quod est omnino verum.

P. 396, 20. Cf. Barkerum virum eruditissimum in *Classical Recreations*. T. I. p. 146.

P. 398, 9. Plutarch. Cleom. 34. *τοῦ μὲν βασιλέως οὐκ εἰσακούοντος, ἀλλ' ἐν γυναιξὶ καὶ θιάσοις καὶ κώμοις συνέχοντος ἑαυτόν.* Apposite Petronius Sat. 2. „ Nondum juvenes *declamationibus con-* „ *tinebantur*, quum Sophocles aut Euripides in- „ venerunt verba, quibus deberent loqui." Vocem omnino sanam *continebantur* multi tentarunt, apte a Burmanno confutati. Pro *aut* malim *et*, ob *invenerunt*. Sed potuit Petronius sic scribere. Saepissime autores omnium linguarum labuntur in hac constructione, jungentes verbo plurali duo nomina, quae voculae *aut*, *vel* *ἢ*, caeterae, inter se nectunt. Logica ratio postulat verbi singularitatem: „ Sophocles *aut* Euripides *invenit*. Sopho- „ cles *et* Euripides *invenerunt*."

P. 398, 19. Reperitur *τεχνίον* et apud Diphilum Athenaei 2. 45.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν τεχνίον ἐξωλέστερον
Τοῦ πορνοβόσκου.

P. 399, 5. Lege: 109.

P. 401, 16. Forte scribendum, *ἄδεικτος*.

P. 406, 13. Phrynichus Appar. p. 46. *Καταγλωττίζειν: καταλαλεῖν καὶ καταφρονεῖν* (f. *καταφορεῖν*) *πολλοὺς λόγους*.

P. 407, 16. Auson. Idyll. 30. 5.

„ Curia me duplex et uterque senatus habebat
„ *Muneris exortem, nomine participem.*"

P. 410, 2. Nihil deest. P. 112. *ἐς τὸ συμφαντικὸν γεγονώς*. Cf. Fragm. p. 486.

P. 410, 3. Cf. p. 367.

P. 412, 15. Santocrucius in Mem. Acad. inscript. T. 49. p. 431. Lucillium sub Hadriano floruisse putat.

P. 412, 18. Cf. Schweighaeuserum ad Athen. I. c. 2. p. 13.

P. 412, 21. Cf. Radulfum-Rochettam in Historia Coloniarum Graecarum, opere eruditionis reconditae plenissimo, T. 4. p. 225. 415.

P. 414, 4. Plutarch. Philopoem. 18. *οὐ μὴν ἀλλὰ Νέμεσίς τις, ὥσπερ ἀθλητὴν εὐδρομοῦντα, πρὸς τέρμασι τοῦ βίου κατέβαλε.*

P. 414, 15. Et sic sentit Radulfus-Rochetta t. 4. p. 219. 415. operis modo laudati.

P. 414, 18. Immo quadrare videntur. Cf. p. 417.

P.

P. 416, f. Lege: Σιμωνίδην —

P. 417, 12. Plutarch. Anton. 60. ἀφελέσθαι δὲ τῆς ἀρχῆς Ἀντώνιον. Longin. 4. 3. αὐτὸν Δίων καὶ Ἡρακλείδης τῆς τυραννίδος ἀφείλοντο.

P. 417, f. Lege: autorum allegatorum sententiae vel adversariorum objectiones.

P. 418, *antep.* Lege: Man.

P. 419, 3. Memoriae lapsu de hoc usu verbi φησὶ agens ad Marinum p. 142. 149. nonnulla adtuli similia. Adde Reisk. ad Dionys. Hal. T. 6. p. 1134, 2.

P. 420, 11. Lege: παρέχονται.

P. 420, 13. Athen. L. 22. οὐ γὰρ ἐν τῇ Θριναχίᾳ ἐνεχάλκευτο τὰ ἄγκιστρα, ἀλλ' ἐπεφέροντο ἐν τῷ πλῷ. Forte, ἐπεφέρετο. Lysias in Agor. p. 466. τὰ τείχη κατεσκάφησαν, et consentit quidem Cod. Vatic. sed dubito de personae pluralitate; nam Lysias p. 471. habet rectius τὰ τείχη κατεσκάφη. Scholiastes Theocr. I. 141. τά γε μὴν λίνα ... λελοίπει, ἤγουν ἐξέλιπον, ἐπαύσαντο. Pluralibus uti potuit, et grammaticae rationi et interpretationi aptioribus. Theophanes Nonnus c. 92. ὅσα ἐπὶ τοῦ λυθάργου προείρηνται. Bernardus recipere debebat codicum προείρηται. Actuarius p. 66. τὰ συνεδρεύοντα συμπτώματα φαίνεται: ubi notatur varians lectio φαίνονται: cf. Bernard. ad Nonn. T. 1. p. 140. sed Fischerus, quem vide, recte praetulit φαίνεται. Apud Plutarchum de Educatio-

tione c. 4. mirum in luculentissima omnium editione legi δένδρα γίνονται, cum Codex August. apud Fischerum l. c. et exempla Schneideriana et Steiniana habeant γίνεται.

P. 421, 12. Cf. notas ad Tiber. Rhet. p. 88. In Galba Plutarchi 15. Corayus apte conjecisse videtur γράμμασιν pro πράγμασιν.

P. 422, 10. Lege: σχάσματα.

P. 424, 12. Basil. Sel. Vit. Thecl. 2. p. 283 B. τὸν γὰρ ῥύπον . . . . τῷ πεπονθότι μέρει τοῦ πολλὰς ἔμπλασον.

P. 425, 9. Lege, μαρτυρήσαντες.

P. 432, 4. Cf. Blomfield. Gloss. ad Septem Theb. 874.

P. 436, 13. Lege: ἰσχύει.

P. 436, 5 *a fine*. Cf. Letronnium in Horreo Encyclopaedico April. 1813.

P. 437, 15. Anatolius de Antipath. init. struxit ἔχομαι cum accusativo; sed est emendandus: ἐσπούδακα συναγαγεῖν καὶ γράψαι σοι βιβλίον συμπαθειῶν, οὐχ ὥσπερ οἱ πρότερον συγγραψάμενοι, πολλὰ ἄπιστα καὶ μηδ' ὅλως ἀλήθειαν (lege ἀληθείας) ἐχόμενα, ἀλλ' ὀλίγα καὶ πάντα ἡμῖν διὰ πείρας ἐληλυθότα.

P. 440, 4. Permutantur alibi illae voces. Themistius Or. 24. p. 306 B. καθάπερ τῷ κολοιῷ περιτίθησιν ὁ μῦθος τὰ πτίλα, ἐν τῷ ἀγῶνι τοῦ κάλλους ἀλλότριον αὐτοῦ (Codex Vales. αὐτῷ: Lego αὐτῷ)

πε-

περιεργαζόμενος κόσμει, χρῆται οἰκείου (Cod. ἰδίου) τοῦ ξυγγενοῦς: Editio Petaviana recte καὶ ξυγγ.

P. 441, 2. Lege: II. 69. et adde Schweighaeus. ad Simplic. p. 184.

P. 442, 8 *a fine.* Tunc inedito cum haec scribebam, nunc edito cura Burneyi viri eruditissimi.

P. 443, 3. Lege: πρὸς μείζονας λαμβάνεται. Sic codex.

P. 445, 20. Adde Creuz. ad Plotin. de Pulcrit. p. 326.

P. 446, 5. Nec sollicitandum οὕτω δὴ ὁ Σωκράτης apud Maxim. Tyr. Diss. 25. 1.

P. 447, 21. Nunc me poenitet mutationis: nam potest defendi παρεφρύγοντο e Suidae ἀπεφρύγοντο.

P. 452, *antep.* Cf. Matthaei Lectt. Mosq. 2. p. 77.

P. 465. θεὸν — ἡγούμενος] Cf. p. 50, 12.

P. 468. not. 43. Non Suidas, sed Noster Fragm. §. 12. §. 497.

P. 471. not. 53. Adde Zosim. 5. 34. 4.

P. 484. not. 94. Vulgata sana esse videtur.

P. 485. not. 100. Pro *Lydius* lege *Lysias*. Adde Plutarch. Sertor. 24.

P. 488. not. 110. Lege: Theocriti verba sunt.

P. 493, 7. Lege: 346.

P. 495, *penult.* Lege: συστροφῇ.

P. 496. §. 12, 2. Lege: τὴν σὺν τῷ.

P.

P. 500. §. 16. *verf.* 8. Joh. Diacon. ap Hef. Scut. 166. ὥσπερ δὲ στιγμαὶ ἦσαν ἐπάνω τῶν ῥάχεων.

P. 500. §. 16. *extr.* Lucian. Tyrann. §. 8. ἐτυραννοκτόνησε καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι. Cf. et §§. 20. 22.

P. 501. not. 1. Cf. Nostrum in Nymphidiano p. 101.

P. 506, 4 *a fine.* Lege: παραβαίνοντας ταῦτα;

P. 510. not. 1. l. 6. Lege: §. 27. — Noster Sophist. p. 52. πολλῶν καὶ ἀδιηγήτων ἐπικλυσθέντων κακῶν.

P. 510. not. 2. Cf. Blomf. Gloss. ad Perf. 306.

P. 511. Prodromi versus jam emendavi ad Tiber. p. 67.

P. 512 *a fine.* Cf. Tzetz. ad Lycophr. 281.

P. 513, 11. Lege: εὐλόγχου.

P. 514. not. 3. Synef. H. 7. 14. τὰν παντομιγῆ φύσιν.

P. 517. not. 2. Lege: Toupio Emend.

P. 523, 4. Lege: πεπωκώς.

P. 526. §. 46. Notanda vox βαλάντια eo sensu fere posita, quo nunc *Bourses* apud Turcas.

P. 529. §. 52. not. 3. Lege: ad Marinum p. 67.

P. 533. not. 4. Lege: εἶκον.

P. 534. §. 62. Cf. not. p. 129.

EUNAPIUS

CUM NOTIS

BOISSONADII

ET

WYTTENBACHII.

TOMUS ALTER.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANNOTATIO

IN

EUNAPIUM.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANNOTATIO.

Eunapius duos, quod ſciamus, libros reliquit: alterum ſervatum, hunc de vitis Philoſophorum et Sophistarum: alterum, exceptis quibusdam partibus perditum, Historiae Romanae, à Claudio II, in quo Dexippi opus deſierat, ad Honorium et Arcadium, ſub quibus ipſe annum circiter ſexageſimum agebat. Et Historiae quidem Eunapianae veteres frequentem rationem habuerunt. Nam et Zoſimus eam propemodum in ſuam Historiam transſcripſit, teste Photio, Cod. XCIX: et idem Photius eam non ſine laude recenſuit, Cod. LXXVII: et aliquot longiores loci in Conſtantini Excerptis de Legationibus exſtant: et plures etiam ſed breviores locos Suidas in Lexico ſparſim appoſuit. At ſuperſtitis, De Vitis Philoſophorum et Sophiſtarum, libelli, caeteriſque de rebus, Eunapii, et complurium ab eo memoriae proditorum hominum, nullam apud posteros, qui doctorum virorum res et

et vitas annotarunt, veluti Hesychium Illustrium, Damascium, Suidam, Eudociam, caeteros omnino, mentionem reperimus. Neque tamen dubitari potest, quin hic libellus ejusdem sit scriptoris, cujus fuit Historia; nam et hanc in illo, ut suum opus, saepe memorat, et in ambobus eadem est orationis forma, idem color et stilus.

Hunc igitur libellum anno MDCCLXVIII. primum legi: et, quod tunc de eo judicavi, id nunc quoque júdico: eum, scilicet, male servatum, nec optime natum esse. Nam praeterquam quod situ et Librariorum incuriâ multas mendas et lacunas suscepit, quasdam ei labes ipse scriptor ingeneravit; qui, rhetorem magis quam historicum agens, materiem argumenti sui non interius cognitam habuisse videtur, certe eam ita tractavit, ut hominum, quorum vitas se scribere profitetur, ingenia, doctrinam, mores, facta, scripta, tempora, non satis diligenter notet, leviora saepius et mirabilia consectetur, et in stilo subinde adferat compositionis genus tortuosum, parenthesibus implicitum, perplexum, quod in locis suspectis etiam interpretem dubium relinquat, scriptoris ne an descriptoris vitium subsit. Cumque in principio libelli priores *Vitarum* et *Historiae Philosophae* scriptores memorans, quatuor etiamnum superstites sic laudet, quasi eos imitando sequi voluerit; Plutarchum, Lucianum, Philostratum, Por-

Porphyrium; tanto eum intervallo distare animadvertimus vel à Plutarchi praestantia, vel à Luciani elegantia, vel à Porphyrii diligentia, ut vix ad Philostrati modum accessisse censendus sit. Huic sane cedens orationis perspicuitate ac venustate, par fere et similis reperitur negligentiâ in argumenti tractatione: qua in reprehensione recte eos conjunxit magnus vir, Henricus Valesius, De Critica, I, 18, p. 167: *Sed in Eunapii*, inquit *libro de Vitis Sophistarum multa oscitanter negligenterque scripta deprehendi: quemadmodum etiam in Philostrati libris, quae sunt ejusdem argumenti; adeo, ut merito dubites, uter eorum in argumenti sui tractatione negligentior fuerit.* Nos vero etiam in nostra Annotatione locos Eunapianos in hanc reprehensionem incidentes animadvertemus. Sed istas labes, cuicuimodi sunt, ignoscere debemus Eunapio, cum propter diversarum in eodem genere dotum frequentiam, tum quod in aliorum auctorum absentia et jactura hic in primis nobis ad rerum studiorumque illius aetatis cognitionem necessarius est.

Ex illa autem prima lectione quod mihi probabilis emendationis aut explanationis obortum erat, id mox in Epistola Critica ad Ruhnkenium scriptâ prodidi: sed tanta cum brevitate, quae obscuritate laboraret. Praeterea duobus carebam libris, quorum quaedam pars continetur emendationibus

in Eunapium, quarum cognitio in hoc negotio mihi prodesſe poterat, Valeſii *Emendationibus*, et Dorvillii in *Charitonem Commentario*. Quare Ruhnkenius, ad illam Epiſtolam mihi privatim reſpondens, hoc item notavit his verbis: *In Eunapio*, inquit, *castigando à Te conſulendus erat Dorvilliùs ad Charitònem*, *qui complures locos à Te tentatos vel ſupplevit è codicibus*, *vel meliores fecit. Deinde quid est*, *quod emendationes tuas potius Reiskiano more projeceris*, *quam copioſe et diſerte explicaveris? Reiskius quidem inſtituto ſuo id conſecutus est*, *ut à nemine legatur.*

Epistola vero Critica paulatim intra parietes ad alterum tantum et amplius augebatur: cum tota, quod per tot annos, ſi quid mihi, alios libros legenti, cum ea conjunctum occurreret, ad eam adſcribere ſolebam: tum vero majorem etiam acceſſionem habuit Eunapius. Hunc enim anno MDCCLXXXI, quum Historia Philoſophiae tractanda ad illam aetatem venirem, accurate relegi, tantumque animadverſionum proventum retuli, qui novae editioni ſufficere videretur, meque ad eam moliendam alliceret. Cumque J. A. Fabricius idem conſilium agitasſet, ejusque apparatus Eunapianus, locuples variarum lectionum collatione, ad Io. Benedictum Carpzovium pervenisſet, qui ſe item editorem profesſus ſpecimen novae editionis emiſſis-

fiefet Lipfiae MDCCXLVIII, eumque ego apparatum in Catalogo bibliothecae Carpzovianae ad auctionem profcriptae exftare vidisfem; ut eum pretio quamvis magno adipiscerer, per Mutzenbecherum, tunc nostrum, multae virum doctrinae et humanitatis, operam dedi. At irritus fuit conatus: alius librum emtor nactus est: quem Morgenfternium, elegantis ingenii eruditionisque virum, fuisfe, nuper adeo cognovi. Mihi autem paulo post deceptae fpei jactura compenfata est adepto ex auctione Gronoviana exemplum Commelinianum, cui Abrahamus Gronovius notas et vero collationem codicis Medicei adfcripferat, tam luculentam illam et frequentem optimis lectionibus, quae vel folae novam editionem fatis ornaturae viderentur. Neque tamen hoc apud me valuit ad edendi confilium exfequendum: quin illud nifi abjicere, certe differre, aliae deinceps ex aliis fupervenientes occupationes me coëgerunt. Interea meam tarditatem praevertit alacritas eruditisfimi Boisfonadii, qui a MDCCCVII novam editionem ex Hengftii nostri taberna exituram inftituit. Quorum quum uterque meas animadverfiones requireret; ego cum utrique id dandum judicavi, tum vero Eunapii lectoribus confulendum existimavi, ut, cognofcendis novis animadverfionibus nostris, intelligerent quas ex veteribus improbarem; praefertim, quod eas omnes, ut mihi etiam

nunc probatas, Editor in ſua Annotatione repoſuisſet. Itaque dedi me ad has novas conſcribendas per ſubſeciva intervalla perpetuis illis occupationibus erepta. Et emendatio quidem Graeci exempli quamquam minus jam difficilis et operoſa reddita erat, per multas meliores lectiones a Mediceo et pluribus novi Editoris codicibus allatas; remanſerant tamen frequentia ulcera corruptelarum et lacunarum altius abditarum et codicibus omnibus nostris antiquiorum: ad quas vel leniendas vel ſanandas conjecturam adhibuimus, qua ſcriptoris aut verba reſtitueremus, aut certe ſententiam ostenderemus. Reliqua nostra opera pertinuit ad interpretationem cum dictionis Graecae, tum vero rerum, ſi quidem aliquid difficultatis aut obſcuritatis habere viderentur. Tota vero haec opera uberior futura erat, ſi per oculorum infirmitatem, praeter Eunapiana, caetera etiam adverſaria nostra excutere nobis licuisſet. Nunc dedimus, quod potuimus. In quo nos illud ſecutos esſe, ut lectoribus Eunapii, et omnino accuratae doctrinae ſtudioſis, prodesſemus, affirmamus: ut asſequamur, optamus.



D.

D. W.

ANNOTATIO IN EUNAPIUM.

P. 1. Ξενοφῶν ὁ φιλόσοφος — ἀναγράφειν.] Principio statim apparet illud à Photio notatum orationis genus Eunapii interjectionibus refertum ac circumductum. Sed et librarii, mutandis omittendisque perperam verbis, locum per se jam impeditum insuper foedarunt. Equidem putem Eunapium ita fere scripsisse: *Ξενοφῶν ὁ φιλόσοφος, ἀνὴρ μόνος ἐξ ἁπάντων φιλοσόφων ἐν λόγοις τε καὶ ἔργοις φιλοσοφίαν κοσμήσας, τὰ μὲν ἐς λόγους ἐξέθηκε συγγράμμασι καὶ τῇ περὶ ἠθικὴν ἀρετὴν γραφῇ, τὰ δὲ ἐν πράξεσιν αὐτός τ' ἦν ἄριστος, ἀλλὰ καὶ ἐγέννα στρατηγοὺς τοῖς ὑποδείγμασιν· ὁ γοῦν μέγας Ἀλέξανδρος οὐκ ἂν ἐγένετο μέγας, εἰ μὴ παρ' ἐκείνου ἔμαθε τῶν Περσῶν καταφρονεῖν. Ἀλλὰ μὲν Ξενοφῶν καὶ τὰ πάρεργα φησὶ δεῖν τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν ἀναγράφειν.* Quae mutavi ac supplevi, horum, non quidem scripturam, sed tamen sententiam, haud dubitanter praestem: quam sic reddam: *Xenophon philosophus, vir ex omnibus philosophis unus, qui philoso-*

phiam et oratione et actione ornaverit, ea quidem quae ad orationem pertinent exposuit in libris historicis, et scriptione de virtute morali: quod autem ad actionem attinet, cum ipse fuit egregius, tum suo exemplo egregios belli duces genuit; neque magnus ille Alexander umquam magnus exstitisset, nisi ab illo Persas contemnere didicisset. Xenophon igitur pronunciavit, praestantium virorum etiam obiter facta scripto mandanda esse. Quod scripsi ἐς λόγους, pro ἐν λόγοις, Mediceus praebuit: sed verborum, credo, non opus est rationem reddere grammaticam, intelligentibus quippe satis manifestam: magis de rebus dicendum. Xenophontis dictum est in principio Symposii, paulo diversa dictione ab Eunapio relatum: Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα ἀξιομνημόνευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς. quod laudat Plutarchus, Agesilao, p. 612, B: ἃ μὲν γὰρ Ξενοφῶν φησι, τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔχειν τι καὶ τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς καὶ διατριβὰς ἀξιομνημόνευτον. Aristides Art. Rhetor. II, 2, 6. et omisso auctoris nomine Philostratus Vit. Soph. I, 25, in Polemone, p. 540: Ἐπεὶ δὲ ἀνδρῶν ἐλλογίμων ἀξιομνημόνευτα οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς λεχθέντα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς, ἀναγράψω καὶ τοὺς ἀστεϊσμοὺς τοῦ Πολέμωνος. Mirabile dictu, ut Junius, nil de lacuna suspicans, simpliciter reddiderit:

ne-

neque magnus ille Alexander magni cognomen adeptus fuisset, ni Xenophon virorum fortium res, etiam perfunctorie et quasi aliud agentibus factitatas, memoriae ac literis prodendas esse monuisset. Eunapius quidem, quamvis saepe ineptiens, numquam certe eo usque ineptiverit, ut hoc dixerit. Attamen Junium secutus Barthius, Adversar. XLIX, 19, locum interpretari tentavit. Sed tales errores caeteris praestantium virorum meritis ignoscere debemus. Xenophontem autem Philippo et Alexandro belli adversus Persas feliciter gerendi exemplum praebuisse, et res ipsa loquitur, et diserte pronunciarunt graves auctores. v. c. Polybius III, 6, *τίνες γὰρ ἀληθῶς ἦσαν αἰτίαι, καὶ πόθεν φῦναι συνέβη τὸν πρὸς τοὺς Πέρσας πόλεμον, εὐμαρὲς καὶ τῷ τυχόντι συνιδεῖν· ἦν δὲ πρώτη μὲν ἡ τῶν μετὰ Ξενοφῶντος Ἑλλήνων ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν ἐπάνοδος, ἐν ᾗ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν διαπορευομένων αὐτῶν πολεμίαν ὑπάρχουσαν οὐδεὶς ἐτόλμα μένειν κατὰ πρόσωπον τῶν βαρβάρων. δευτέρα δὲ Λακεδαιμονίων βασιλέως Ἀγησιλάου διάβασις εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν ᾗ ἐκεῖνος, οὐδὲν ἀξιόχρεων οὐδὲ ἀντίπαλον εὑρὼν ταῖς σφετέραις ἐπιβολαῖς, ἄπρακτος ἠναγκάσθη διὰ τὰς μεταξὺ περὶ τὴν Ἑλλάδα ταραχὰς ἐπανελθεῖν. ἐξ ὧν Φίλιππος κατανοήσας καὶ συλλογισάμενος τὴν Περσῶν ἀνανδρίαν καὶ ῥαθυμίαν, καὶ τὴν αὐτοῦ καὶ Μακεδόνων εὐεξίαν ἐν τοῖς πολεμικοῖς, ἔτι δὲ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος τῶν ἐσομένων ἄθλων ἐκ τοῦ πολέμου πρὸ* ὀφ-

ὀφθαλμῶν θέμενος, ἅμα τῷ περιποιήσασθαι τὴν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εὔνοιαν ὁμολογουμένην, εὐθέως προφάσει χρώμενος, ὅτι σπεύδει μετελθεῖν τὴν Περσῶν παρανομίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας, ὁρμὴν ἔσχε καὶ προέθετο πολεμεῖν, καὶ πάντα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἡτοίμαζε. Διόπερ αἰτίας μὲν τὰς πρώτας ῥηθείσας ἡγητέον τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμου· πρόφασιν δὲ τὴν δευτέραν· ἀρχὴν δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν· Quae, licet longiuscula, tota referenda erant, quippe ſic inter ſe apta, ut, paucis omiſſis, nexus et ſenſus pereat. Ad idem argumentum pertinet Plutarchus, Artaxerxe p. 1021, C. Arrianus, Expedit. Alex. I, 12, 5, quamquam hic Xenophonti obtrectans, et exempli auctoritatem diſſimulans. Aequales autem et ſuppares aetati Xenophontis, non hunc, ſed Clearchum, aut Graecum Cyri exercitum, exempli inſtar nominarunt: veluti Iſocrates Or. ad Philippum T. I. edit. Augeri. p. 372, quo ſpectat Polybius loco citato: Or. de Pace T. II. p. 236: Panathen. p. 494: Panegyr. T. I. p. 262. Dicas eum propter Platonis amicitiam, ejusque cum Xenophonte ſimultatem, hujus nomen reticuiſſe; niſi et Platonis nullam feciſſet mentionem: et Demosthenes, cui nulla ſimultatis hujus communio fuit, item non niſi Cyrum et Clearchum in hac laude nominaſſet, Or. de Rhodior. Libertate, p. 147. A.

P. 1.

P. 1. *Ἐμοὶ δὲ οὐκ εἰς τὰ πάρεργα τῶν σπουδαίων ὁ λόγος φέρει τὴν γραφήν.*] Si ad verbum reddendum sit: *mihi autem oratio scriptionem fert non ad obiter facta clarorum virorum:* ad sententiam et Latinam dictionem, *mihi autem propositum est non obiter facta clarorum virorum scribendo persequi.* Λόγος, ut Latinis *oratio mea*, i. e. *propositum, consilium et argumentum orationis meae.* Sic mox *διαλεχθήσεται δὲ ὁ λόγος* — et *ὁ γραφόμενος ὑπὸ τοῦ λόγου.* p. 42: *ὁ γὰρ λόγος οὐκ ἐπὶ τοὺς φαύλους, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀγαθοὺς, φέρειν συνεπείγεται.* p. 6: *τὸν βίον αὐτοῦ πάντα* Πορφύριος *ἐξήνεγκεν, ὡς οὐδένα οἷόν τε ἦν πλέον φέρειν.*

P. 2. Τὸ δ' *ἄριστος ὅτι ἦν* —] Sic et Mediceus, pro vetere *οὖν* dans *ἦν.* Antea corrigebam, Τὸ δ' *εἰ ἄριστος ὅ, τι οὖν* — *Illud autem, an quisque a nobis memoratus, in quaque à nobis ei tributa laude, praestantissimus fuerit, scriptor hujus libri volentibus dijudicandum relinquit.*

P. 2. *καταλιμπάνει* (*βούλεται μὲν γὰρ*) *ὁ ταῦτα γράφων. Καὶ ὑπομνήμασιν ἀκριβέσιν ἐντετύχηκεν* —] Haec ita ad veriorem scripturam redigenda putem: — *καταλιμπάνειν βούλεται ὁ ταῦτα γράφων· καὶ γὰρ ὑπομνήμασιν ἀκριβέσιν ἐντετύχηκεν* —.

P. 2. *ἢ κατηγοριῶν ἀλήθειαν ἔχοι καὶ τοὺς ἡγουμένους ἀξίους θαύματος·*] Suspicio mihi subnata est hunc locum relegenti, non quidem certissima,

sed

ſed ſatis tamen illa probabilis, ut ne ſilentio premenda videatur. Ergo hoc κατηγοριῶν, *reprehenſionum*, ſive κατηγορῶν, *reprehendens*, non ſatis contrarium est priori disjuncto ἢ διαμαρτάνων τῆς ἀληθείας, *aut aberrans à veritate*, quod tale quid requirit, *aut aſſecutus veritatem*, quod Graece ſcriptum fuerit ἢ κατευπορῶν ἀληθείας, ἔχοι καὶ τοὺς ἡγουμένους ἀξίους θαύματος. Verbum κατευπορεῖν est apud Diodorum Sic. XVII, 45, indeque à Dan. Scotto relatum, Appendice ad Theſaurum Gr. Ling. H. Stephani. Sed et analogiâ verbi εὐπορεῖν τινὸς ſe tuetur, quod *nanciſci aliquid* est apud Xenophontem Hellenic. I, 1, 6: Ἀλκιβιάδης ἐκ Σάρδεων μετὰ Μαντιθέου τοῦ ἁλόντος ἐν Καρίᾳ, ἵππων εὐπορήσαντες, νυκτὸς ἀπέδρασαν εἰς Κλαζομενάς. Quod retinuit Plutarchus Alcibiad. p. 206, F: Ἀλκιβιάδης ἵππου ποθὲν εὐπορήσας, καὶ ἀποδρὰς τοὺς φύλακας, εἰς Κλαζομενὰς διέφυγε· qui et alibi hanc ſignificationem uſurpat: v. c. Catone Min. p. 772, F: ὅπλων ποθὲν εὐπορήσαντας αὐτοὺς ἐπιφέρεσθαι· *eos arma alicunde nactos incurrere.* Pompejo p. 652: τὸ Βρεντήσιον κατασχὼν, καὶ πλοίων εὐπορήσας· *Brunduſio potitus, et naves abunde nactus.* Virtut. Mulier. P. 250, C: εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ἵππου τὴν Κλοιλίαν εὐπορήσασαν, αὐτὴν μὲν ἐπιβῆναι καὶ διεξελαύνειν ἠρέμα, ταῖς δὲ ἄλλαις ὑφηγεῖσθαι παραθαρσύνουσαν νηχομένας καὶ παραβοηθοῦσαν. Caeterum Abr. Gronovius exemplo

ſuo

adſcripſit, „*pro* ἀλήθειαν *ſcripſiſſe videtur auctor* „ ἄδειαν". Quod nobis non item videtur.

P. 2. ἵνα τοῦτο εἴπῃ τις μόνον] *Ut hoc unum aliquis dicat*, i. e. *ut hoc unum de auctoribus meis dicam*. Pronomen τὶς ſubinde definite de aliqua trium perſonarum, et hoc loco de prima, dicitur. Quem uſum notarunt Dukerus ad Thucydidem V, 14: Abreſchius Animadv. ad Aeſchyl. Lib. III. p. 62. Hermannus ad Viger. et Hoogeveen De Idiotism. Gr. L. p. 725.

P. 2. ἀλλ' ἀμφοτέροις ἀποδοθήσεται τὸ πρέπον, τῶν μὲν γεγραμμένων κινηθῆναι μηδέν. Inter πρέπον et τῶν excidisse videtur τῷ ut ſit; *utrique ſuum tribuetur, ita ut et ſcripta ſerventur, et audita ſcribendo firmentur*.

P. 2. τὰ ἀπὸ τῶν πρότερον γραφόντων.] Haud inepte poſſit accipi ut ſint, *ea quae à prioribus profecta ſunt ſcriptoribus*. Attamen quia priores editiones habent γραφέντων, credam auctorem ſcripſiſſe, τὰ ὑπὸ τῶν πρότερον γραφέντα.

P. 2. τὰ δὲ ἐκ τῆς ἀκοῆς ὑπὸ τοῦ χρόνου κατασειόμενα καὶ μεταβάλλοντα διαπῆξαι καὶ στηρίξαι τῇ γραφῇ πρὸς τὸ στάσιμον καὶ μονιμώτερον] Hunc locum evidentiâ et efficaciâ tralationis in κατορθώμασι, in bene dictis, Eunapii cenſeam: *audita, temporum lapſu concuſſa et mutata, ſcriptione figere et ad ſtabilitatem ac perpetuitatem firmare*. Atque haud ſcio an imitatio Plutarchea appareat perdi-

diti cujusdam dicti. Nunc quidem simile exstat in Vita Ciceronis p. 846, D: Pertinet huc item dictum Catonis apud eumdem in Apophthegm. p. 199, A: *Τὰς δὲ καλὰς πράξεις ἔλεγε δεῖν καταλαμβάνειν λόγοις καλοῖς, ἵνα μὴ τῆς δόξης ἀποῤῥέωσιν·* ubi videatur nostra annotatio.

P. 2. *Οἵτινες τὴν φιλόσοφον ἱστορίαν ἀνελέξαντο*] Hoc totum caput, ut mea quidem fert opinio, est vel prooemium, vel additamentum, alterius editionis. Ipsius autem hujus argumenti, historiae philosophae, vetustioris quidem ante Plotinum, multis indiciis, non satis peritum se ostendit Eunapius, qui non nisi duos auctores memoret Sotionem et Porphyrium; quum vel nobis in tanto Literarum naufragio plurimorum, quamvis perditorum, tamen notitia supersit, quos Jo. Jonsius recensuit in egregio *de Scriptoribus Historiae Philosophicae* opere; ne dicam de Diogene Laertio, cujus opus hodieque exstat. Alios autem hujus Eunapiani capitis errores praecipuos quidem deinceps singillatim notabimus.

P. 2. *τοὺς τῶν φιλοσόφων ἀνδρῶν βίους*] Sic *ἀνδρῶν* pro vulgato *ἀνάγων*, dudum in Epistola Critica correxi. Item proxime dixit auctor p. 3. *φιλοσόφων τε ἀνδρῶν καὶ σοφιστῶν.* Jamblichus Protreptic. initio: *Περὶ μὲν Πυθαγόρου καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν βίου, τῶν τε Πυθαγορικῶν ἀνδρῶν τὰ σύμμετρα ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἰρήκαμεν.* Idem p. 3: *Πυθαγο-*

ρι-

ρικῶν ἀνδρῶν. inter quae nomina in Codice Memmiano legitur, ὥστε οἰκεῖον γίνεσθαι τρόπον τῶν Πυθαγορικῶν· unde totum locum sic emendem: — ξας, εἰς δὲ προτρέπει τὸ Πυθαγορικόν (scilicet ἦθος). ὥστε οἰκεῖον γίνεσθαι τρόπον τῶν Πυθαγορικῶν ἀνδρῶν, κατά γε τοῦτον τὸν τρόπον τῶν λόγων. Plutarchus, Sympofiac. VII, 7, p. 710, E: φιλόσοφος ἀνήρ. Pericle p. 166, C: Μέλισσος ὁ Ἰθαγένους, ἀνὴρ φιλόσοφος. Sed et aliis substantivis additum nomen ἀνὴρ frequenter reperiri notissimum est. Et Aristoxeni *Vitas Philosophorum*, idem appellat βίους ἀνδρῶν, Adversus Epicurum p. 1093, C.

P. 3. Ἀλλ' ὁ μὲν Πορφύριος —] Videantur Lucas Holstenius De Vita Porphyrii Cap. VII. p. 39. sequ. Jo. Jonsius De Scriptor. H. Phil. III, 15, 2.

P. 3. Σωτίων δὲ καὶ καταβὰς φαίνεται] Vixit aetate Ptolemaei Epiphanis. Sotionem in primis in descriptione sectarum et temporum finibus secutus videtur Diogenes Laertius, qui et ipse in successionum et vitarum recensione non ultra Chrysippum descendit: et, si quos posteriores memoravit, hoc obiter et extra institutam viam fecit. Alia de Sotione legantur apud G. J. Vossium De Historicis Gr. I, 20. II, 7: et Jo. Jonsium De Scr. H. Phil. II, 10, 1.

P. 3.

P. 3. Τῆς δὲ ἐν μέσῳ φορᾶς φιλοσόφων — οὐδεὶς ἀνέγραψεν·] Si quaerimus, quam dicat Eunapius τὴν ἐν μέσῳ φορὰν; non aliam posſumus intelligere quam aetatem interjectam inter Sotionem et Porphyrium. Ejus igitur aetatis φορὰν φιλοσόφων, *proventum philoſophorum*, a nemine conſcriptum esſe affirmat. Eunapii aetate, aut nullus fuit liber, in quo Vitae Philoſophorum inter Sotionem et Porphyrium interjectorum continerentur: aut fuit, ſed ab Eunapio ignorabatur. Atque hoc postremum quamquam re et facto demonſtrare non posſumus, tamen credibilius est; ſi et ſtudia illius aetatis, et Eunapii in hac Hiſtoriae parte ignorantiam, cogitemus. Et in illo medio temporis ſpatio fuerunt certe, qui de Philoſophorum ſectis, ſuccesſionibus, vitis, libros emitterent complures, vel à Jo. Jonſio enumerati, Satyrus, Panaetius, Clitomachus, Apollodorus, Amphicrates, Demetrius Magnes, Philodemus, Jaſon, Seleucus, Plutarchus, Favorinus, Phlegon, Nicagoras, Diogenes Laertius: quorum plerosque veriſimile est hoc argumentum ad ſua usque tempora deduxisſe.

P. 3. Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος τοὺς τῶν ἀρίστων σοφιστῶν — παρέπτυσε βίους·] Antea aberat σοφιστῶν, quod addidit B: idque ego in Ep. Crit. pro ἀρίστων legi volebam. Quod ibidem ſcripſeram, παρέπτυσε, *ni fallor, Philoſtrati defenditur auctoritate, qui aliquoties ſic est locutus; alioquin*

quin παρέπτυξε melius esset, quam Junii παρέστησε." Ruhnkenius, quum mihi nondum viso, sed primum ex Epistola Critica cognito, ad eam responderet, haec apposuit: „ *παρέπτυσε nec* „ *in Philostrato legi, nec Graecum esse puto.*" Sane rectius legatur παρέπτυξε, vel παρέστησε. De hujus autem loci argumento, quod ad Philostratum attinet, exposuit J. Meursius in Dissertatione de Philostratis, praemissa hujus Epistolis p. 20, et ad Hesychium Illustrium p. 219.

P. 3. *ἐν οἷς Ἀμμώνιός τε ἦν — ἐπιφανέστεροι.*] Rursus ignoratio priorum temporum ac temeritas apparet Eunapii, qui ex toto illo intervallo, quod à Sotione ad Porphyrium fuit quadringentorum fere annorum, et vel nobis cognitos plures quam sexcentos tulit, non nisi hos ex una aetate Saeculi primi exeuntis et secundi ineuntis referat. Et in hoc errat, quod Menippum eorumdem temporum facit, qui fuit aequalis Meleagri Gadareni, teste Diogene Laertio VI, 99, annis ante nostram aeram fere centum et quinquaginta. Carneadis Cynici mentio alibi nulla exstat, ut monuerunt Fabricius B. G. T. II. p. 55 et 361, Menagius ad Diog. Laert. IV, 66.

P. 4. *ἅτε μηδενὸς συγγεγραφότος*] Postremum ita correxi in Epist. Crit. pro vulgato ἐγγεγραφότος.

P. 4. *ἱκανοὶ δὲ αὐτῶν ἦσάν τε καὶ εἰσι βίοι τὰ*

γράμματα — σκεδάσασα.] Vera quidem sententia, sed rhetoricis ampullis infecta: *ipsorum autem scripta instar sunt vitarum tantae plena doctrinae et cognitionis, cum ad moralem virtutem pertinentia, tum ad eam virtutem quae ad rerum naturam* (i. e *ad physicam partem philosophiae*) *suspicit et se attollit, ignorantiam eorum, qui sequi possunt, tamquam aliquam caliginem dispellens.* Quis non exspectet ignorantiam nostram dici vitae ac rerum Scriptoris? Nunc ab hac se convertit ad naturalem ignorantiam mentis in rerum divinarum cognitione caecutientis. Ut haec duo ignorantiae genera inter se commiscuisse videatur. Ad vitam quidem Scriptoris cognoscendam non satis erat ejus moralia et physica scripta legisse: caetera quoque genera scriptionum ejus assumenda erant, veluti in Plutarcho, Dialectica, Rhetorica, Grammatica, Historica. Illud autem *ὡς ἀχλύν τινα σκεδάσασα*, ex Homerica imitatione fluxit Iliad, E, 127, frequente illa Veteribus. Hoc vero, *ὅση πρὸς τὴν τῶν ὄντων διήρατο καὶ ἀνέβλεψε φύσιν*, expressum dicam ex nobili illo exordio libri Aristotelici *De Mundo*, *ad* Alexandrum: *Πολλάκις μὲν ἔμοιγε θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον ὄντως χρῆμα, ὦ Ἀλέξανδρε, ἡ φιλοσοφία ἔδοξεν εἶναι, μάλιστα δὲ ἐν οἷς μόνη διαραμένη πρὸς τὴν τῶν ὄντων θέαν, ἐσπούδασε γνῶναι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν.* Verbum *διαίρεσθαι*, et nomen *δίαρμα ψυχῆς*, expli-

plicuimus ad Plutarchum De Superstitione p. 165, C.

P. 4. ὁ θεσπέσιος Πλούταρχος — εἰδέναι] Ex Plutarchi scriptis, et ipsius, et ejus magistri Ammonii, Vitas colligere, licebat fortasse in illa, quae Eunapii temporibus erat, librorum Plutarcheorum copia: nobis nunc, in tanta eorum jacturâ, non licet: qui pauca de Plutarcho, paucissima de Ammonio, inde cognovisse satis habere cogimur. Animadvertenda est breviloquentiae vis in particula καίτοι γε, sic explicanda: *quamquam non deerat ei facultas scribendae et suae et Ammonii vitae; quippe qui in hoc scriptionis genere ita excelluerit, ut Vitae Parallelae praestantium actione et factis virorum pulcherrimum ejus sint opus.* Sic est apud Plutarchum Consolat. Apollonii, p. 118, C. De Superstitione p. 169, E. 170, F. Alexandro 676, D. Et loci quidam ab Hoogeveenio Doctr. Particul. p. 612, seq. aliter expositi ad hanc rationem revocandi sunt. Hujusmodi item est Latinum *Quamquam* initio sententiae positum: ut notavimus Biblioth. Crit. P. III. p. 25. et P. VIII, p. 82. In σωφρόνως rarior usus accipiendus est ex natura ac potestate virtutis *temperantiae, non cupide sed modesto judicio quid consectari.* Et subest σωφροσύνῃ, quasi formae genus, φρόνησις· ut et confundantur à librariis v. c. in Plutarcho De Legendis Poëtis, p. 20, A, et jun-

gantur apud eumdem in eodem libro, p. 32. C, D, quasi sibi invicem substituantur: veluti in Nicostrati dicto apud Stobaeum Florileg. Tit. XXXVI, p. 216: Εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν Ἦν τοῦ Φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες Ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν σωφρονεστέραι πολύ· Postremum hujus periodi verbum εἰδέναι dat etiam Mediceus, pro vulgato εἰδέσθαι, in quo vetus lectio ἐλέσθαι latere videtur.

P. 4. Λουκιανὸς - ἀνὴρ σπουδαῖος ἐς τὸ γελασθῆναι.] Imitari voluit cognomen σπουδογελοίου Menippi, ad cujus exemplum Lucianus se conformaverat. Sed Eunapius sive de industria, sive quod credibilius est imprudens, solita sibi compositionis curiositate deceptus, fecit Lucianum *serio id agentem ut derideatur*. Caeterum hic locus inter testimonia de Luciano editionis Wetstenianae non desiderari debebat.

P. 5. ταυτόν τι τοῖς ἐρῶσιν ἐμμανῶς καὶ περιφλέκτως ἔπαθον — στέργοντες.] Venusta comparatio haud expers Platonici cujusdam coloris, ex Phaedro in primis ducti. Mediceus etiam dat αὐτῆς et καταθαρσοῦντες, pro αὐτοῖς et καθαῤῥοῦντες: pro περίψεκτον item περίψυκτον· quod probandum est auctoritate Hesychii, Περίψυκτος· περιπόθητος, ἐκ ψυχῆς ὅλης ἀγαπώμενος· et confirmatum à Berglero ad Alciphronem III, 59, et Ruhnkenio Ep. Crit. II. p. 215, hunc ipsum Eunapii locum sic emendante.

P. 5.

P. 5. Ἔσχε μὲν οὖν διακοπήν τινα καὶ ῥῆξιν ὁ χρόνος — ἐπιβησόμεθα] Et epilogus hic totus habet διακοπὴν καὶ ῥῆξιν, interruptiones ac discidia, aut ab librariis facta, aut ab ipso auctore, novam instituente editionem priore resecanda et interpolanda. Sed primo ita apponam orationem, ut mihi primitus fuisse videtur: Ἔσχε μὲν οὖν διακοπήν τινα καὶ ῥῆξιν ὁ χρόνος διὰ τὰς καινὰς φοράς. ἡ μὲν γὰρ πρώτη, καὶ ἡ δευτέρα μετὰ τὴν Πλάτωνος, πᾶσιν ἐμφανὴς ἀνακεκήρυκται. τρίτη δὲ ἀνδρῶν ἐγένετο φορὰ κατὰ τοὺς Κλαυδίου καὶ Νέρωνος χρόνους· (τοὺς γὰρ ἀθλίους καὶ ἐνιαυσίους οὐ χρὴ γράφειν.) Οὐεσπασιανοῦ δὲ ἐπὶ τούτοις καὶ Τίτου, καὶ ὅσοι μετὰ τούτους ἦρξαν· ἵνα μὴ τοῦτο σπουδάζειν δόξωμεν· πλὴν ἐπιτρέχοντί γε καὶ συνελόντι εἰπεῖν, τὸ τῶν τρίτων φιλοσόφων γένος καὶ εἰς Σέβηρον διέτεινε. Ἀλλ' εὐτυχές γε ὑπάρχει τοῖς βασιλεῦσι κατὰ τὴν συγγραφὴν ὅτι τὸ κατ' ἀρετὴν ὑπερέχον ἀριθμεῖται τῷ κατὰ τύχην. νεμεσάτω δὲ μηδείς, εἴγε καὶ ἡμεῖς οὕτως ἀναγράφωμεν τοὺς χρόνους. Ἀφ' ὧν γε μὴν δυνατὸν συντεκμηριώσασθαι ἢ παραλαβεῖν τὴν προσήκουσαν ἀρχὴν, ἀπὸ τούτων εἰς τὸν λόγον ἐπιβησόμεθα. Haec ita Latine vertamus, ut nonnullarum partium obscura brevitas interpretationis dilatatione illustretur: *Habuit autem tempus Historiae Philosophiae abscissionem quamdam et interruptionem, per novos sectarum et aetatum proventus. Nam prima quidem aetas, quae ante Plato-*

 to-

tonem, et secunda, quae post eum fuit, ad omnium cognitionem celebratae sunt. Tertia vero aetas fuit virorum temporibus Claudii et Neronis: (nam miseros illos et anniculos quid nominem?) Vespasiani deinceps ac Titi, et qui post eos imperarunt, quos referre nil attinet, ne videamur in referendis Imperatorum nominibus aliquam studii laudem conjectari. Verum tamen, ut summatim ac breviter dicam, tertia Philosophorum aetas ad Severi tempora pertinuit. Est haec sane pars felicitatis Regum, ut eorum regnis vitae clarorum virorum in Historia notentur, et virtutis excellentia excellentiae fortunae subjecta sit ac per eam numeretur. Nos autem à certo justoque initio, vel per conjecturam nobis nostram probato, vel ab aliorum auctoritate accepto, in propositi argumenti conscriptionem ingrediamur. Interpretationis ratio apparet: mutationis caussae exponendae sunt. Quod vulgatur διὰ τὰς κοινὰς συμφορὰς, est sane bene Graecum, et alibi Eunapio usurpatum: v. c. in Prisco p. 118, 13; καὶ Ἱλάριος ἦν τῶν ἀπολαυσάντων τῆς κοινῆς συμφορᾶς· sed hic alienum est: neque enim Philosophorum successiones interruptae sunt per communes calamitates; et hic veriori et ab ipso nexu desideratae lectioni διὰ τὰς καινὰς φορὰς cedere debet. Philosophiae autem φορὰς, *aetates, proventus, successiones*, expressimus quatuor, quas et suis

fuisſe conſtat, et Eunapius cogitasſe videtur. Prima est ab initio, ſive Thalete, ſive alio, ad Socratem et Platonem, quam Porphyrius tractaverat; altera à Socrate inde ſectas ab ejus discipulis ortas, Academicam, Peripateticam, Stoicam, Epicuream, Cynicam, usque ad Tiberii Caeſaris imperium complexa, quousque fere illarum ſucceſsiones viguerunt: cujus aetatis partem usque ad ſuum aevum, cum priore aetate tota, conſcripſerat Sotion, quem Diogenes Laertius ſecutus videtur. Tertia cenſetur à Claudii et Neronis temporibus ad Severum, quâ primum Philoſophia ſub Nerone, Vespaſiano, Domitiano, vexata, deinde ſub Trajano, Hadriano, Antonino utroque et Severo recreata floruit. Mox nova exſtitit aetas quarta, ſectae vulgo appellatae *Novae Platonicae*, item *Alexandrinae*, et *Eclecticae*, quae inde à Plotino trecentos fere annos floruit, à quo ſui operis initium ducit Eunapius. Ex omnibus mutationibus nostris una confirmatur à codice Mediceo, qua ἐμφανὴς poſuimus pro ἀφανής. Quod autem post Νέρωνος in vulgatis editionibus fertur, οὗτοι δ᾽ἦσαν οἱ περὶ Γάλβαν, Βιτέλλιον, Ὄθωνα, omiſimus, ut ab annotatore profectum, et ſcriptori indecorum eodem tempore hoc ipſum profitenti illos non in ſcriptione ponendos esſe. Denique illud, τὸ τῶν ἀρίστων φιλοσόφων γένος καὶ εἰς Σέβηρον διέτεινεν, vitioſum certe est in vocabulo ἀρίστων· ita enim Eunapius Plotinum,

et qui ab eo fuerunt, quorum vitas conſcribit, è numero τῶν ἀρίστων excludat: à quo certe judicio, ut qui maxime, abhorruit. Ergo hoc mutavimus in τῶν τρίτων· quamquam poterat et τῶν ἀρχαίων ſcribere, ut omnes tres priores Φορὰς complecteretur, easque à ſuâ, quam ipſe conſcribit, Φορᾷ distingueret. Quam quod non diſerte quarto loco numeratam legamus, item miramur; ut vel Scriptoris ipſius lituris, vel deſcriptoris praetermisſionibus, annumerandum videatur. ierocles quidem et ipſe hujus ſectae ſtudioſisſimus eam, in Philoſophiae converſionibus ad ſua usque tempora recenſendis, his veluti colophonem impoſuit et illuſtri laude celebravit, in opere deperdito De Providentia et Fato, cujus ſummam refert Photius Biblioth. Cod. CCXIV, p. 553: Edit. P. Needhami p. 244.

Π Λ Ω Τ Ι Ν Ο Σ.

P. 6. Λυκῶ pro vulgato Λύκω, etiam praebet Mediceus: item γεγενῆσθαι pro εἶναι. De patria Plotini Lycopoli et forma Λυκὼ, videatur Fabricius ad Porphyrii Vit. Plotini B. G. IV. p. 92.

P. 6. τὸν πλεῖστον. Τούτου Πλωτίνου —] Antea edebatur — τὸν πλεῖστον τούτου. Πλωτίνου — aliquanto melius. Scriptorem puto dedisſe — τὸν πλεῖστον. Τοῦ δὲ Πλωτίνου —.

P. 6.

P. 6. τὸ πολὺ πλῆθος, ἐάν τι παρακούσῃ δογμάτων, εἰς αὐτὰ κάμπτεται.] Perperam redditur — *bona vulgi pars, si minus placitis ejus obtemperat, tamen cursum ad eorum normam moderatur atque instituit:* quod potius reddendum erat — *bona vulgi pars, si aliquantum etiam obiter philosophiae placita attingit, ad Plotini placita devertit.* Est autem παρακούειν hoc loco *obiter audire*, et ad ἀκούειν, quod est *recte et dedita opera audire, discipulum et auditorem operam dare magistro docenti*, ut annotavi ad Plutarchi Opp. Moral. p. 37, B, in titulo libri περὶ τοῦ ἀκούειν, qui est *de audiendis philosophis:* igitur παρακούειν, hoc sensu, et ἀκούειν differunt ut πάρεργον et ἔργον. Porphyrius Vit. Pythag. §. 53. δόγματα — νόθα καὶ παρηκουσμένα De Vita Plotini §. 7. apud Fabric. B. G. IV, p. 104. ἔσχε δὲ καὶ ἰατρικόν τινα Σκυθοπολίτην Παυλῖνον (ἀκροατήν) — παρακουσμάτων πλήρη γεγονότα. Plutarchus De Isid. et Osir. p. 354, A. παρακουσμάτιον, sententia et narratio perverse intellecta. Dione, p. 965, C. Διονύσιος — ἠναγκάζετο τοῖς Πλάτωνος παρακούσμασι κακῶς χρῆσθαι, *cogebatur praeceptis, quae a Platone obiter audiverat, male uti.* Celsus apud Origenem, II, p. 412, B: θεὸν δὲ, καὶ τοῦ θεοῦ υἱὸν οὐδεὶς ἐκ τοιούτων συμβόλων καὶ παρακουσμάτων, οὐδ᾽ ἐξ οὕτως ἀγεννῶν τεκμηρίων συνίστησιν· III. p,

 457,

457, C: τὰ τοῦ παλαιοῦ λόγου παρακούσματα συμπλάττοντες, τούτοις προκαταυλοῦμεν καὶ προκατηχοῦμεν τοὺς ἀνθρώπους —. Julianus Imp. in Caesaribus p. 26, edit. Heusingeri. Ἀλέξανδρος γέμων Περιπατητικῶν παρακουσμάτων.

P. 6. Ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι] Libri editi et scripti. ὅσα γε εἰς ἡμᾶς εἰδέναι, quod olim correxi mutato εἰς in καὶ, nullis additis exemplis quae postea haec annotavi. Aristophanes Thesmophoriazusis, 34: Μὰ τὸν Δί' οὔτοι γ', ὥστε κἀμέ γ' εἰδέναι. Polybius I, 4: ὅσαγε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι. Dionysius Halicarnassensis, I, 5, p. 5: ὅσα κἀμὲ εἰδέναι. Lucianus Timone, 52; T. I, p. 168: ὅσα γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι. Aelianus Nat. Animal. III, 28: ὅσα γε εἰδέναι καὶ ἐμέ. Basilius M. Epistola LXXV, T. III, p. 127, A: οὐκοῦν ὅσα γε ἴσμεν αὐτοί·

P. 6. Τὸν βίον αὐτοῦ πάντα Πορφύριος ἐξήνεγκεν, ὡς οὐδένα οἷόν τε ἦν πλέον εἰσφέρειν.] Vulgo, postremum verbum erat φέρειν. Mediceus προσφέρειν· editum praeferam. Sed pro ἦν malim εἶναι, ut nemo plura adferre possit.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΣ.

P. 7. Hic quantus fuerit in omni doctrina vir, nemo est doctus, qui ignoret: nec Eunapius tantam laudem dissimulavit: caeterum tam longe ab ea

ea abfuit, vel in fuo artificio fcriptionis Vitarum, ut fi has cum Porphyrii Vita Plotini compararemus, tantum inter eas interesfe reperiamus, quantum inter Hiftoriam pragmaticam diligenter prudenterque fcriptam, et Hiftoriam rhetoricam, temere ad orationis ornatum compofitam. Sed Porphyrio, cui inter Veteres defuit Vitae fcriptor ipfo dignus, inter Recentiores demum obtigit, Literarum quidem et Antiquitatis fcientia ipfi haud disfimilis, Lucas Holftenius.

P. 7. *Πορφυρίῳ Τύρος μὲν ἦν πατρὶς (ἡ πρώτη τῶν ἀρχαίων Φοινίκων ἡ πόλις).*] Omittam parenthefis fignum, quod nec in prioribus est editionibus: fed fimul deleam *ἡ*, post *Φοινίκων*, quod nexum turbat. Est enim frequentisfima labes literarum N et H ut invicem confundantur, pariant, perdant: veluti hoc loco *ἡ* ortum est ex antecedente *ν*. Cujus obfervationis multa exempla appofui ad Plutarchi Moral. Opp. De Amicorum Multitudine p. 96, A. Est autem *ἡ πρώτη* eadem quae alias dicitur *μητρόπολις*. Qua de re videatur Ez. Spanhemius De Ufu et Praeft. Num. Disf. IX, p. 886. Cui addatur Procopius De Aedificiis V, 4: Corporis Scriptorum Hift. Byz. T. II, p. 462, B: *Μωκησὸς — εἰς μητροπόλεως ἀξίωμα ἦλθεν· οὕτω γὰρ πόλιν τὴν πρώτην τοῦ ἔθνους καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* De Bello Gothico II, 23, p. 94, A: *Αὔξιμος δὲ*

αὔ-

αὕτη μὲν πρώτη τῶν ἐν Πικήνοις πόλεων ἐστίν· ἣν δὴ μητρόπολιν καλεῖν νενομίκασι τοῦ ἔθνους Ῥωμαῖοι. Addatur Villoifonus Mem. Acad. Infcript. T. XLVII. p. 292.

P. 7. ἀνά τε ἔδραμε.] Homericum Iliad. Σ 435: — ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος. In tmefi Herodoteam confuetudinem fequitur: quamquam et hoc in verbo exftat Iliad. Ε, 599: — ἀνά τ' ἔδραμ' ὀπίσσω.

P. 7. Λογγῖνος δὲ — καὶ κρίνειν γε τοὺς παλαιοὺς ἐπετέτακτο] Hae laudationis figurae βιβλιοθήκη ἔμψυχος, et περιπατοῦν μουσεῖον frigidae, judice Ruhnkenio in Disfert. de Vita et Scriptis Longini § IX, p. 14, 15, apud recentiores proverbiorum auctoritatem nactae funt. Longinum, Athenis natum, ibidem Philofophiam et Literas docuisfe, fatis conftat ex eadem Ruhnkenii Disfert. § VIII — X. Sed velim fcire quid hoc Eunapii ἐπετέτακτο velit? Ratio quidem Grammatica fuadet, ut intelligamus, *hoc ei mandatum erat.* Ergo ut tunc erant veterum fectarum quatuor fcholae et cathedrae Athenis, Platonica, Ariftotelica, Stoica, Epicurea, quarum Longinus Platonicam obtinuisfe videtur: ita credibile fit ei praeterea publice mandatum fuisfe Grammaticum et Criticum munus cenfendi et judicandi antiquorum fcripta: quale munus olim Pergami Crates, Alexandriae Ari-

Ariſtarchus, et poſtea alii in eo ſucceſſores habuerunt. Quo de argumento non abs re ſit legiſſe F. G Lyndeni nobiliſſimi et eruditiſſimi viri Disputationem de Panaetio, noſtro praeſidio habitam, P. I, §. VI. Longini autem Vitam quod non item ſcripſerit Eunapius haec videtur cauſſa fuiſſe, quod ille non fuit ex Plotini ſucceſſoribus, quos è philoſophis ſolos argumentum operis ſui fecerat.

P. 7. *Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο — ἀποτρέψας.*] H. Valeſius De Critica I, 8, p. 167. negligentiae accuſat Eunapium ſcribentem Malchi nomen in Porphyrii nomen mutatum eſſe a Longino, quum Longinus illum in Fragmento libri *περὶ τέλους* *Baſileium* vocet. *Quae*, judice Ruhnkenio in Diſſert. de Longino §. VIII, p. 12, *facile conciliantur, ſi dicamus, Malchum quidem primum ab Amelio* Βασιλέα, *mox à Longino ejusdem fere poteſtatis, ſed gratioris ſoni, nomine* Πορφύριον *appellatum eſſe.* *Κατὰ τὴν Σύρων πόλιν*, accipio *ſecundum patrium Syrorum morem, lingua Syrorum:* nec in Eunapio me id offendit, quod offenderat Abr. Gronovium exemplari ſuo adſcribentem: Lege *βάξιν*. Heſychius: Βάξις· *λόγος, φωνὴ, κληδών.* Quod ſi quid mutandum fuiſſet, praeſtabat, *γλῶτταν*, vel *τὸν Σ. λόγον.* Sed nil mutandum. Pro vetere *ἐπιτρέψας* Mediceus quoque dat *ἀποτρέψας.*

Pag.

P. 7. — γραμματικῆς τε εἰς ἄκρον ἁπάσης, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀφικόμενος καὶ ῥητορικῆς (πλὴν ὅσον οὐκ ἐπ' ἐκείνην ἔνευσε) φιλοσοφίας τε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος] Accipiam fine parenthefi, postremo τε mutato in τὸ vel γε; ut ratio reddatur: et diligenter vertit Junius, ultimum quidem: totum fic vertam: — *Grammaticae ac Rhetoricae omnis perfectionem adeptus, nifi quod ad has non praecipue propenderet, quippe qui omne philofophiae genus fufciperet atque exhauriret.* Pertinet hoc ad amborum comparationem, qua Longinus τῶν γραμματικῶν φιλοσοφώτατος, Porphyrius τῶν φιλοσόφων γραμματικώτατος ferebatur. Νεύειν, *nuere oculis* translato fenfu *est pondere fuo deorfum tendere*, tum ad animum refertur ac dicitur *ftudio in aliquid inclinare*, ita ut fere aliquid in deterius fignificationis fubfit tamquam animi humilia petentis. Eleganter Hierocles Commentar. in Aur. Carm. p. 254: Οἱ γὰρ πλεῖστοι κακοὶ καὶ τῆς θνητῆς προσπαθείας ἥττους, καὶ φρενοβλαβεῖς ὑπὸ τῆς εἰς γῆν νεύσεως γενόμενοι· p. 262. et p. 278. Θεὸς δὲ κακῶν ἀναίτιος, προλάμπων μὲν ἀεὶ τὰ ἀγαθὰ πᾶσιν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ· οὐ δεικνὺς δὲ ἀεὶ πᾶσιν, τῷ τὸ θεωρὸν ὄμμα τῶν προτεινομένων ἀγαθῶν ἐν τοῖς πλείστοις μεμυκέναι καὶ κατὰ νεύειν ἀσχολίᾳ τῇ πρὸς τὰ χείρονα· p. 290. Frequens ufus venit pofteris a Plotino, huius antiftite doctrinae, qui fic faepius v. c. p. 7, A. 54, F. 74, F.

F. 82, E. 202, A, B. 209, C, D, F, G. 210, A. 211, E. 308, C. 403, D. Nec minor est elegantia in verbo ἐκμάττεσθαί τι, alicujus rei speciem animo suscipere ut in eo quasi impressa et signata sit. Tale est Plutarchi in Vita Ciceronis, quem narrat adolescentis Octavii formam, somnio sibi visam, perspicue menti impressam retinuisse p. 883, D: τοιοῦτόν φασιν ἐνύπνιον ἰδόντα τὸν Κικέρωνα, τὴν ἰδέαν τοῦ παιδὸς ἐκμεμάχθαι καὶ κατέχειν ἐναργῶς. Habet quoque vim inveniendi animo et effingendi v. c. in Homerico Hymno in Mercurium, vers. 508: Αὐτὸς δ' αὖθ' ἑτέρης σοφίης ἐκμάσσατο τέχνην· quod notante Ruhnkenio Ep. Crit. I. p. 49, hinc sumsit Manetho IV, 285, Ὧν ὁ βίος χλεύης τέχνην ἀπεμάξαθ' ὁμοίην. Nam et ἀπομάττεσθαί τι sic dicitur formam sibi in mentem imprimere v. c. in Plutarcho De Ira Cohib. p. 455, E. Solertia Animal. p. 984, B. Diogene Laert. II, 61.

P. 8. ὡς αὐτός φησιν.] Ubi hoc dixit Porphyrius? In Vita quidem Plotini, quod nobis unum est locupletissimum harum rerum documentum, rem longe aliter narrat, XI, p. 113, apud Fabricium B. G. IV: *sibi in domo Plotini commoranti, consilium se ipsum interficiendi agitanti, subito supervenisse hunc, ac persuasisse, hoc mortis propositum non ex Intellectus sana et vigente constitutione, sed ex intemperie corporis atra bile laborantis ortum, mutatione ac peregrinando sa-*

ſanandum eſſe: Cui admonitioni ſe obſecutum, in Siciliam ad Probum praeclarum quemdam virum in vicinia Lilybaei habitantem abiisſe; itaque prohibitum perpetuo apud Plotinum, ad ejus mortem usque, adesſe. Ergo Eunapius aut erravit, aut alios Porphyrii libros ſecutus est. Illud credam. Veriſimilius enim est illum, *παρακουσμάτων μεστὸν*, negligenter lecta et audita, rhetorico colore inducta, ſuis lectoribus apponere: quam hunc eruditisſimum ſcriptorem, de ſe ipſum ſcribentem, adeo ſibi repugnasſe. Hunc disſenſum quoque notavit vir historicae rationis et Literarum peritisſimus P. Weſſelingius Obſervationum I, 17, p. 64.

P. 8. *τὴν Χάρυβδιν, ἥ περ Ὀδυσσεύς*] Odysſ. M, 446, et alibi.

P. 8. *ἀνθρώπων ἀλεείνων πάτον*] Bellerophontis inſtar. Iliad. Z, 202.

P. 9. *Οὐδ' ἀλαοσκοπίην.*] Et hoc Homericum Iliad. K, 515, et alibi.

P. 9. *λόγων τε πρὸς αὐτὸν ηὐπόρησε:*] Sic jam Junius ex Mediceo libro reponendum monuerat. Platonica dictio ex Sympoſio p. 330, D: *καὶ πρὸς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὐθὺς εὐπορεῖ λόγων περὶ ἀρετῆς.* Ariſtides Orat. Platon. I, p. 108: *οὐδὲ τοῦτο χαλεπὸν πρὸς Πλάτωνα ἀντειπεῖν, ἀλλ' οὗτος ἂν καὶ πολὺ καλλίστων καὶ δικαιοτάτων εὐπορήσειε λόγων.*

Pag.

P. 9. Καὶ ὁ μὲν ἔμπνους τε ἦν —] Quod Eunapius in Porphyrio perſpicuitatem, in Plotino obſcuritatem notat; vellem, ipſe ſuam orationem ad intelligendum faciliorem formasſet; quae cum alibi ſaepe tum hoc loco adeo perplexa est, ut, quid velit, divinare debeamus. Prima quidem pars ſatis expeditam habet ſententiam: *Et Porphyrius quidem reſpiravit et ſurrexit: Plotinus autem dictos a ſe ſermones in libellum quendam ex eorum numero, quos ſcripſit, retulit.* Sic enim accipio illud curioſe aut incurioſe dictum εἰς βιβλίον κατέθετο τῶν γεγραμμένων: *fecit illos ſermones argumentum Disputationis in ipſius Enneadibus relatae.* In promtu esſet ſtatuere, hunc fuisſe librum περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς, qui nunc exſtat I, 9: niſi ipſe Porphyrius prodidisſet, hunc librum conſcriptum fuisſe ante ſuum in Plotini ſcholam adventum: De Vita Plotin. V, p. 100. Itaque Fabricius ad Porphyrii Vitam Plotini XI, p. 113 ſuſpicatur ab Eunapio ſignificari Enneadis III, Librum II περὶ προνοίας; quippe in quo disputetur, *animis licere in hoc quoque mundo esſe felicibus: et calamitatibus non esſe ſuccumbendum, ſed decertandum adverſus illas ſtrenue, ut praemia virtuti propoſita asſequaris.* Atqui illis ſermonibus convenientius etiam videtur esſe argumentum libri περὶ εὐδαιμονίας I, 4, item ad Porphyrium in Siciliam misſi, ut conſtat ex Vit. Plot. VI p. 103. Quid etiam impedit

quominus istos sermones contulerit in librum περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς jam scriptum; quo valere videtur βιβλίων τῶν γεγραμμένων; postea cum caeteris Plotini libris à Porphyrio correctum et expolitum: de quo suo officio ipse testis est, ibidem XXIV, p. 139—147.

P. 9. τῶν δὲ φιλοσόφων τὰ ἀπόῤῥητα καλυπτόντων — ἤγαγεν.] Rursus quantam ipse habet hoc loco ἀσάφειαν? Sententiam, quoad possumus, ita capimus: *Quum autem philosophi arcana sua placita obscuritate dictionis obtegere soleant, veluti poetae fabulis* — hactenus satis diserte: sed attende deinceps: *Porphyrius laudans medicinam perspicuitatis, experimentum degustans, Commentarium scribens, in lucem produxit.* Quanta ista non modo ambiguitas, sed et gravitatis affectatio? Simpliciter dixisset, *Porphyrius perspicuitati studens, ejus utilitatem experientiâ doctus, Commentarium conscripsit et in publicam lucem edidit.* Sed ne sic quidem sententiae rationem perspicimus. Utrum igitur Porphyrius, non contentus libro Plotini de sermonibus, quibus ille ipsi persuaserat à voluntariae mortis proposito desistere, quod is liber obscurus esset, alium eodem de argumento dilucidiorem scripsit et edidit? An universe significatur, Porphyrium Plotini commentarios ex obscuritate dictionis ad perspicuitatem redegisse atque edidisse; ut legendum sit ἐκείνου τὰ

ὑπο-

ὑπομνήματα συγγράψας, *illius commentarios perscripsit?* An potius alius quidam liber Porphyrii ab ipso juvene scriptus significatur, de quo mox dicitur, νέος δὲ ὢν ἴσως ταῦτα ἔγραφεν· Hanc dubitationem qui mihi probabili ratione decidat, magnus mihi erit Apollo. Philosophorum τὰ ἀπόῤῥητα, dicuntur item οἱ ἐν ἀποῤῥήτοις λόγοι, de quibus annotationem posuimus ad Platonis Phaedonem p. 377, D. Quod ad dictionem φάρμακον σαφηνείας attinet, est *medicina perspicuitatem efficiens*, veluti verborum delectus cognitorum et compositionis facilitas. Caeterum φαρμακόν τινος utroque modo usurpatur, ut sit medicamentum, vel *efficiendo bono destinatum*, vel *avertendo malo*. Veluti hoc loco φάρμακον σαφηνείας *medicamentum ad efficiendam perspicuitatem*. Euripides in Palamede Fragm. II, τὰ γράμματα *literas* vocavit λήθης φάρμακα: Plato Phaedro p. 356, D, μνήμης καὶ σοφίας φάρμακον. Antiphanes apud Stobaeum Florileg. CXVI, p. 608, Ὁ δὲ λιμός ἐστιν ἀθανασίας φάρμακον· vulgo male λοιμὸς legitur: rectius Grotius λιμός· caeterum perperam ab antecedentibus disjungens, et singularem *Incerti* versum faciens p. 496, ac vertens *Contra immortalitatem medicina est fames;* quod valebat potius, *immortalitatis effectrix medicina est fames.* Aristides T. II, p. 57, φάρμακον θανάτου, *remedium contra mortem*· et p. 357, ὕπνου, *quod somnum facit.* Item

ὑγιείας T. I, p. 11, quo *sanitas servatur*. ubi videatur Reiskius Animadv. ad Gr. Auct. Vol. III. p. 187, qui nos ablegat ad suas in Dionem Chrys. Animadversiones Vol. I, p. 43. Plutarchus VII Sapient. Conviv. p. 159, T. ἡ τροφὴ λιμοῦ φάρμακον προσάγεται. Anonymus, forte Appianus, apud Suidam Voc. Ἀγείρειν· — ἀναγκαίας τροφὰς λιμοῦ φάρμακα ἀγαπητῶς λαμβάνων. Plutarchus De Sui Laude p. 544, C: φάρμακα τῆς περιαυτολογίας· *remedia invidiam propriae laudationis lenientia*. Musonius apud Stobaeum Flor. XIX. p. 167: ζωῆς φάρμακον ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἐστί. ubi in contextu desideratum ζωῆς, et a Gesnero in margine positum, ex libris scriptis recepit Schowius, cujus editionis non nisi primum volumen prodiit p. 363. Alio sensu, *cibi* φάρμακα dicuntur apud Porphyrium De Abstinentia, I, 34, p. 57.

{ P. 9. παρῄει καὶ εἰς τὸ δημόσιον κατ' ἐπίδειξιν } *Predibat etiam in publicum, facultatis ostendendae caussa.* Hae autem apud veteres ἐπιδείξεις erant variae, pro varietate argumenti: in primis, vel rhetoricae, proprie dictae ἐπιδείξεις, Declamationes, vel philosophae διαλέξεις, *Dissertationes* dictae: hae quidem Philosophorum, illae Sophistarum. Haec nota ideo apponimus, ut ex his ad ignota perveniamus. Nam si quis miretur Porphyrium ἐπίδειξιν facisse, eoque nomine fidem Eunapii suspectam habeat, quod idem non ab aliis tradatur

tur, et à Philoſophi perſona abhorrere videatur; is duobus argumentis à ſua opinione revocetur. Primum est, quod ἐπιδείξεις etiam de publicis Philoſophorum Disſertationibus dicuntur: v. c. apud ipſum Eunapium in Maximo p. 61: δημοσίας τινὰς ἐπιδείξεις ὁ Μάξιμος ἐποιήσατο. Et Sophistae ſcientiam philoſophiae affectabant, et Philoſophi facultatem eloquentiae; unde factum, ut ἐπίδειξις, tamquam nomen generis, ad utramque formam referretur. Alterum est, quod eloquentiae inſtitutio et publica ſpecimina non aliena erant à profesſione Philoſophi; ſi quidem et alii item factitarunt, et Plutarchus adeo, de cujus Declamationibus et rhetoricis ſcholis prodidimus in Disſert. de νοθείᾳ libelli Plutarch. *De Educatione*, Sect. II, Pars II, Cap. III, p. 38. Forma denique κατ' ἐπίδειξιν uſus est Eunapius in Himerio p. 95: πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διαβὰς Ἰουλιανὸν κατ' ἐπίδειξιν.

P. 9. τὸ δὲ Πορφυρίου κλέος εἰς Πλωτῖνον πᾶσα μὲν ἀγορὰ, πᾶσα δὲ πληθὺς, ἀνέφερεν.] Scriptor dedisſe videtur, τὸ δὲ Πλωτίνου κλέος εἰς Πορφύριον πᾶσα μὲν ἀγορὰ, πᾶσα δὲ πληθὺς, ἀνέφερεν· *Plotini gloriam omne forum, omnis turba, ad Porphyrium referebat.* Hic enim Plotini dogmata publice celebrabat, cum in ἐπιδείξεσι, tum ſcriptis illius ad perſpicuitatem formandis et vulgandis. Caeterum illa in exitu gravitas figurae imitationem habere videtur Aratei illius Phaen. 2: — μεσταὶ δὲ

Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα. Et est ἀναφέρειν τι εἴς τινα, aliquid alicui, tanquam auctori, tribuere et imputare: v. c. apud ipsum Eunapium in Maximo p. 61: οὐ γὰρ ἂν εἰς τὸ οὕτως παράλογον εἰς ἄλλην τινὰ δύναμιν ἀναφέροι ἢ θεόν. et p. 64. πρὸς τὸν ὅλον τοῦ ἀνδρὸς ἀναφέροντες βίον. Plura dedimus ad Plutarchi Praecepta Sanitatis Tuendae p. 126, E.

P. 9. ὥσπερ Ἑρμαϊκή τις σειρά —] Fluxit ab Homerico fonte χρυσείης σειρῆς, aureae catenae, qua Jupiter universum suspensum tenet, Iliad. Θ, 15: quam hujus a Plotino profectae scholae consortes ad suam successionem et Platonis genus aureum referebant: v. c. Marinus in Vita Procli Cap. XXVI, p. 53 edit. Fabric. Londinensi — Ἡγίας ὁ νέος ἐνδείγματα φέρων καὶ ἐκ μειρακίου ἐναργῆ πατρῴων προγονικῶν ἀρετῶν, καὶ τῆς ἀπολωλότος χρυσῆς ὄντως τοῦ γένους σειρᾶς Ubi Fabricius attulit eandem dictionem ex Damascio apud Photium, quae est p. 1057: δεδιὼς δὲ ὁ Πρόκλος περὶ τῇ Πλάτωνος χρυσῇ τῷ ὄντι σειρᾷ, μὴ ἡμῖν ἀπολίπῃ τὴν πόλιν τῆς Ἀθηνᾶς. In hac igitur catena singuli annuli singulis comparabantur successoribus: et σειρὰ sic genealogia exponitur apud Suidam in voce Σειρά. Sed Eunapius Porphyrium unam ac totam catenam facit, coelitus a Mercurio demissam ad hominum animos erudiendos, congressu et sermone instituendos

dos. Aliter hunc locum explicat Erasmus Adag. p. 569.

P. 9. *Αὐτὸς μὲν οὖν φησὶ — ἐπιμέλειαν*] Duo ſunt animadvertenda. Primum nexus cum antecedentibus: qui obſcurus, immo nullus est, niſi hoc accipiamus tamquam cauſſae redditionem, et documentum ſtudii perſpicuitatis; quod oracula adeo diſerte explicuerit. Alterum, quodnam ſit illud ex ipſius Porphyrii libro testimonium excitatum. Dicamusne ſignificari Vitam Plotini Cap. XXII, pag. 134, ubi Oraculum, quinquaginta verſibus comprehenſum, de Plotino editum adfert et interpretatur? Obſtat, quod vitam Plotini non, *νέος ὤν*, juvenis, ſed jam ſupra ſexageſimum octavum annum progresſus ſcripſit, ut conſtat ex Cap. XXIII, p. 137 ſequ. Ergo ſolitam ſibi negligentiam ſecutus fuerit Eunapius, qui locum ex Vita Plotini cum ſingulari Porphyrii Opere de Oraculis confuderit, quod certe Opus ſignificare videtur his verbis *καὶ μετὰ ταῦτα ἄλλα πραγματεύεται ὅπως χρὴ τούτων ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν*· ubi nostra opinione requiratur *πεπραγμάτευται*, *ſcripſit*, *libros compoſuit*. Itaque quando certum quid ſtatuere non licet, ut nunc est, locum ſic interpretemur. *Quanta autem in eo facultas perſpicuitatis fuerit, hoc etiam documento est; quod ipſe ait, et juvenis, ut videtur, ſcripſit: ſe nactum eſſe oraculum quod*

dam minime pervulgatum, idque perſcriptum apponit: ac deinde alia multa disſerit, quomodo diligens Oraculorum ratio habenda, eorumque interpretatio tractanda ſit.

P. 10. Συμφοιτηταὶ μὲν οὖν, ὡς αὐτὸς ἀναγράφει, κράτιστοί τινες ὑπῆρχον, Ὠριγένης τε καὶ Ἀμέριος καὶ Ἀκυλῖνος —] *Condiſcipulos, ut ipſe memoriae prodidit, praeſtantisſimos fere habuit, Origenem, Amerium, Aquilinum.* Horum mentionem facit in Vita Plotini: *Aquilini* autem non ut condiſcipuli in ſchola Plotini, ſed ut unius ex Christianis Gnosticis, qui, revelationes Zoroastris aliorumque proferentes, ipſi decepti alios deciperent: Cap. XVI, p. 118: quo loco errorem Eunapii notans Fabricius, haec addit: „Sed niſi „Eunapium fefellit memoria, omnino *Paulinus* „ibi, pro *Aquilino*, legendus: ut magnus Pearſo„nius probe obſervavit". *Amelii:* nam et ſic vocabatur: ſatis frequentes apud Porphyrium ſunt et alios mentiones, quas expoſiturus erat Fabricius ad hunc Eunapii locum; ut intelligitur ex ejus verbis in Bibliotheca Graeca T. II, p. 52. *Origenem* autem hunc cum Origene Adamantio, doctore Christiano, confuderunt: quos probe distinguendos docuerunt Valeſius ad Euſebii Hist. Eccleſ. VI, 9, et Ruhnkenius in Disſertatione De Longino §. V, p. 7: idem Eunapii errorem animadvertens, Origenem et Porphyrium condiſcipulos facien-

cientis; quum horum prior Plotini condiscipulus fuerit.

P. 10. λόγος δὲ αὐτῶν οὐδὲ εἷς — λόγοις] *Ratio autem eorum nulla habetur; nam licet placita bene se habeant, multa illis invenustas orationis adest.* Satis quidem intelligitur: nec tamen ita scriptum est, ut ab eo, qui ambiguitatem vitare studeat; quippe propter nexum cum antecedentibus in promtu est ita temere accipere, *et scripta quidem eorum servantur, oratio autem nulla.* In ἀκύθηρον et ἐπιτρέχειν Graeca est proprietas; sed non infrequens illa. Postremo autem καὶ delendum.

P. 10. πᾶσαν μὲν αὐτὸς ἀνατρέχων χάριν — παραλελοιπώς.] Rarior dictio, ἀνατρέχειν τι, sonans, *aliquid compensare, aliquid antea neglectum vel desideratum repetere:* v. c. apud Polybium II, 13: Lucianum Adv. Indoctum T. III, 102. et nobis notata ad Plutarchum p. 2, C: quae significatio ab hoc loco aliena est. Si esset ἀνατρέχων εἰς χάριν, accipiendum erat *crescens, progressus in omnem gratiam.* Nunc, sine addita praepositione, curiosum sane dictionis genus, haud scio an sit, *ipse omne venustatis spatium emensus.* Caetera sic reddam: *solus ex omnibus discipulis magistri laudem illustrans, et ad omnium notitiam celebrans, quippe qui ipse omnium doctrinarum scientiam complexus esset.*

P. 10. τὰ δὲ εἰς φιλοσοφίαν — μυστηρίοις] Haec,

a librariis foedata, sic purgasse videor, ut legatur: *τὰ δὲ εἰς φιλοσοφίαν οὐδὲ τὸ περὶ λόγους καὶ διαλεκτικὸν, οὔτε τὸ ἠθικὸν καὶ φυσικὸν, ἐφικτὸν λόγῳ· τὸ δὲ καὶ θεουργὸν τελεταῖς ἀφείσθω καὶ μυστηρίοις·* i. e. *quod autem ad philosophiam attinet, neque disserendi ratio ac dialectica pars, neque moralis et naturalis, quanta in Porphyrio fuerit, oratione quis enarrare et consequi possit: quod ad scientiam divinationis spectat, nobis silentio praetermittatur, initiationibus et mysteriis relinquatur.* Sic tres veteres philosophiae partes et quarta nova theurgica, a Plotino assumta, diserte expressae apparent. Nec literarum vestigia neglecta reperiuntur; si quis cum vetere scriptura ΚΑΤΑΛΗΠΤΟΝ ΟΥΤΕ ΤΟΝ ΟΙΚΕΙΟΝ componat ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΟΝ ΟΥΤΕ ΤΟ ΗΘΙΚΟΝ: in quo postremo cernitur illa literarum Η et Ν cognatio. Dictio denique *ἐφικτὸς λόγῳ*, et *ἐφικνεῖσθαί τινος λόγῳ*, usitata satis et Valckenario animadversa est ad Jo. Chrysostomi Orat. p. 4.

P. 10. *Καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῶν λόγων ἄν τις μᾶλλον, ἢ τὰ δόγματα, πλέον εἰς αὐτὰ ἀπιδὼν, ἢ τὴν δύναμιν τοῦ λόγου.* Et haec lacera, interceptisque membris mutila, ad probabilem integritatem restituisse nos putamus, ita supplendo: *Καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῶν λόγων ἄν τις μᾶλλον, ἢ τὰ δόγματα, θαυμάσειεν ὁ τοῦτο σπουδάζων, καὶ πάλιν αὖ τὰ δόγματα ὁ πλέον εἰς αὐτὰ ἀπιδὼν, ἢ τ. δ. τ. λ.*, i. e. *Et pulcri-*

certitudinem orationis quam placita quis magis miretur, qui illi magis studet: et rursus placita magis (miretur) is qui ad haec potius respicit quam ad orationis facultatem. Caussa in promtu est quae in errorem induxerit librarium: scilicet ejus oculos decepit bis positum vocabulum δόγματα, ut a priore statim ad posterius traducerentur, ea pro uno haberent, et media vocabula non attenderent. Qui est unus frequentissimus error et fons lacunarum; ut ad Plutarchum ostendimus.

P. 10. *Καὶ πρὸς Μάρκελλάν γε αὐτοῦ γυναῖκα γενομένην φέρεται* —] Ex hoc libro fuisse videtur locus, quem apponit Cyrillus Alexandrinus Adv. Julianum, VI, p. 209, A: *Πορφύριος δὲ τὴν Μάρκελλαν ὑπεράγασθαι μὲν τῆς φιλοσοφίας φησὶν εἰσοικίσασθαι δὲ ἀσμένως, καὶ συμβιωτεῖραν ἑλέσθαι γαμικῶς·* quae ita reddenda sunt: *Porphyrius autem dicit, se Marcellam propter ejus studium et scientiam philosophiae magnopere admiratum, lubenter eam domum duxisse, et in matrimonium et vitae communionem assumsisse.* Fuerit fortasse haec aut vidua, aut soror, aut filia, aut cognata *Marcelli* Senatoris Romani, qui in discipulis Plotini memoratur a Porphyrio in hujus Vita Cap. VII, p. 106, 107: cui Longinus librum *περὶ τέλους* inscripsit, cujus exordium refert idem Porphyrius ibidem Cap. XX, p. 127. Conferatur Fabricius B. G. IV, p. 191.

P.

P. 11. Ἐν Ῥώμῃ δὲ λέγεται μεταλαχεῖν τὸν βίον.] Immo μετηλλαχέναι, quod est à μεταλλάττειν τὸν βίον, *mori, mortem cum vita commutare*: at vulgatum verbi est μεταλαγχάνειν τινος, *alicujus rei participem fieri*. Illud est apud Plutarchum Consolatione Apollonii p. 118, D: Περικλέα πυθόμενον ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς μετηλλαχέναι τὸν βίον· p. 119 C, μετήλλαξας τὸν βίον. ibid. E, μεταλλάξαντα τὸν βίον. Frequentius etiam est in eadem significatione simplex μεταλλάττειν. apud eumdem in Romulo p. 34, D. 36, C. Consolat. Apollon. p. 120, B. Vit. X. Orat. 843, A. Adv. Epicur. 1104, C. Fragment. De Anima ad calcem libri De Sera Num. Vind. 133, 134.

P. 11. Κατὰ τούτους ἦσαν τοὺς χρόνους καὶ τῶν ῥητορικῶν, οἱ ἐπ' Ἀθήνῃσι προεστῶτες Παῦλός τε καὶ Ἀνδρόμαχος ἐκ Συρίας.] *Iisdem temporibus quoque fuerunt eloquentiae doctores, Athenis praesides, Paulus et Andromachus Syrus.* Possis quoque τῶν ῥητορικῶν conjungere cum προεστῶτες, ut sit, *praesides studiorum eloquentiae, qui tunc eloquentiae cathedram obtinebant.* Constat *Sophisticam*, id est *Rhetoricam*, tum Politicam, et vero quatuor Philosophiae sectarum singulas cathedras Athenis constitutas et lautis salariis dotatas, floruisse: Philosophiae praesides qui has quatuor cathedras obtinerent διαδόχους dictos, idque nomen denique Platonicae cathedrae praecipuum factum. Quorum ex

ex numero fuit Eubulus, temporibus Plotini; de quo Porphyrius in hujus Vita Cap. XV, p. 172. γράφοντος δὲ Εὐβούλου Ἀθήνηθεν τοῦ Πλατωνικοῦ διαδόχου· κ. τ. λ. Succesſio interrupta, certe ſalario intercepto, ſub Chriſtianis Caeſaribus, ſaeculo quarto, ſub ejus finem inſtaurata est Privatorum liberalitate, auctore Plutarcho, Neſtorii filio, cui deinceps ſucceſſerunt, Syrianus, Proclus, Marinus, et alii, ad Juſtinianum Caeſarem hujus ſcholae exſtinctorem. De horum Athenis et Alexandriae ſucceſſione egit Jonſius Scriptor. Hist. Phil. III, 18, 1. Res autem ſub Caeſaribus ante Conſtantiuum apud varios auctores ſparſim traditas, nec dum ſatis ordinatas ac digestas, attigerunt ex recentioribus Meurſius De Fortuna Athen. VIII, p. 68, ſeq. Creſollius Theatro Sophiſtarum IV, 3. Valeſius ad Euſebium Hist. Eccleſiaſt. VIII, 32. Conringius Antiquit. Academ. Diſſ. I. Olearius ad Philoſtratum Vit. Soph. I, 23. p. 526, et II, 19, p. 599. Bruckerus Hist. Philoſ. Vol. II, p. 810. Hi dicebantur προεστῶτες τοῦ θρόνου, ut Lollianus a Philoſtrato l. c. p. 526. προὔστη μὲν τοῦ Ἀθήνῃσι θρόνου πρῶτος. Quod autem hoc loco ἐπ' Ἀθήνῃσι legitur, vitioſum et in ἐν Ἀθήνῃσι mutandum puto: qua de forma dixi ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 16. *Paulus* fortaſſe ſit is de quo Suidas Παῦλος Γερμῖνος, σοφιστής· ὁ γράψας ὅτι (γε) Λυσίου ἐστὶ τὰ περὶ τῆς Ἰφικράτους δωρεᾶς

βι-

βιβλία β'. *Ὑπομνήματα εἰς τοὺς λοιποὺς λόγους τοῦ Λυσίου*· de quo loco videatur Tayletus ad Lysiam p. 697. Certior est auctoritas de Andromacho, apud eundem Suidam: *Ἀνδρόμαχος, Νεαπολίτης ἐκ Συρίας, σοφιστὴς, υἱὸς Ζωνᾶ, ἢ Σαβίνου, παιδεύσας κατὰ Νικομήδειαν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ βασιλέως.* Nil enim impedit quominus postea Athenis docuerit, licet à Suida praetermissum sit.

P. 11. *τοὺς δὲ χρόνους ἐς Γαλλιήνου καὶ Κλαυδίου βιβάζειν συνέβαινεν — καὶ Πρόβου*·] Pro vetere vulgato *εἰκάζειν*, Boissonadius, ex libris MS. dedit *βιβάζειν*, quod facile in *εἰκάζειν* abire potuit, et praebet sententiam haud ineptam, *accidit ut suum tempus produceret ad Probum.* Quamquam de verbi auctoritate et usu hujus significationis mihi nondum persuasum est. Interea tueor vetus meum *ἀκμάζειν*, hoc sensu: *quod ad ejus aetatem attinet, contigit ei vigere ad tempora — Probi.* Sane Porphyrii *ἀκμὴ* vigor haud temere censeatur anno aetatis quadragesimo nono, quippe nati Anno Nostrae Aerae 233: quum Probus A. 282 obierit. Sed multo etiam longius vixit; siquidem in Vita Plotini Cap. XXIII, p. 137, scribit se semel summi Dei congressu et conjunctione usum esse, natum annos sexaginta et octo· quod tempus incidit in Annum Nostrae Aerae 301. Et postea demum Vitam Plotini scripsit; ut credibile plane sit, quod sci-

ſcribit Eunapius, eum εἰς γῆρας βαθὺ perveniſſe. Et quum Conſtantinus patri Conſtantio Chloro in Britannia ſuffectus ſit A. 306; circa A. 312, Maxentio oppreſſo, Christianam religionem publica auctoritate ſtabiliverit, A. 325 debellato Licinio, ſolus imperio potitus ſit, quo tempore Porphyrius, ſi adhuc vixisſet, nonageſimum annum egisſet; licet hinc exiſtimare quantum ſenectus Porphyrii ad aetatem Conſtantini pertinere potuerit. Quam quaeſtionem, alio argumento, tractavit Holſtenius in Vita Porphyrii Cap. IV. p. 224, ſequ. Caeterum, frequens est hoc uſu verbum ἀκμάζειν. Sic Eunapius in Juliano, p. 118. edit. Commelin. priore: Ἰουλιανὸς δὲ ὁ ἐκ Καππαδοκίας σοφιστὴς εἰς τοὺς Αἰδεσίου χρόνους ἤκμαζε. Zenone p. 177; κατὰ τούτους ἤκμαζον τοὺς χρόνους. Dionyſius Hal. Antiquit. Rom. I, 5: κατὰ τοὺς Φοινικοὺς ἀκμάσαντες πολέμους. II, 21: Τερέντιος Οὐάῤῥων — ἀνὴρ τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἀκμασάντων πολυπειρότατος. Diodorus Sicul. XIII, 108 et alibi ſaepe: item Diogenes Laert. II, 2. IX, 24: et omnino Hiſtorici.

P. 11. Δέξιππος] Hujus operis paucae reliquiae exſtant in Excerptis De Legationibus, et apud Euſebium in Chronico, p. 57: et Syncellum p. 262, 263, 376. Hiſtoriam Romanam ad Probum deduxit, ſub quo vivebat; quam Eunapius inde ad ſua

ſua tempora, continuavit. Videatur Voſſius Hiſt. Gr. II, 16. Jonſius Hiſt. Philoſ. Script. III, 17, 4. Fabricius B. G. VI, p. 281.

ΙΑΜΒΛΙΧΟΣ.

Neque hujus res per hanc Eunapii ſcriptionem ſatis cognoſcuntur. Quo magis deſideramus deſtinatam et adhuc interceptam Fabricii editionem, qui in loco de Iamblicho B. G. IV. p. 282, ſcribit: *De Iamblicho nolim in praeſenti recoquere ea, quae ad vitam ejus ſcriptam ab Eunapio pridem annotavi.* Idem hunc Iamblichum diverſum facit ab eo, ad quem ſunt Iuliani ſex Epiſtolae. Quod ego contra, eumdem cenſeo. Primum laudes, quas ei Iulianus tribuit, in neminem niſi in hunc conveniunt. Deinde, ſi is, ad quem Iulianus ſcripſit, alius esſet, certe idem Iulianus in iisdem Epiſtolis illum veterem τὸν πάνυ Iamblichum memorasſet: quod et Libanius fecit ad juniorem Iamblichum ſcribens, veterem illius θεῖον, *avunculum*, nominans. Nec temporum ratio repugnat. Porphyrius natus A. C. 233 octogenarius obierit A. C. 313, quo Iamblichus v. c. trigeſimum annum egerit. Hinc ad Iuliani obitum A. 363, Iamblichus ipſe octogenarius fuerit, et jam decem annis ante cum Iuliano per literas agere potuerit: quippe vigeſimo vitae anno ad Hellenismum reverſo.

P.

P. 11. Ἀνατολίῳ τῶν κατὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα φερομένῳ.] Anatolius idem esse videtur, cui Porphyrius Quaestiones Homericas inscripsit. An vero idem etiam sit, quem, philosophiae scientia praestantem, Alexandriae Episcopum fuisse tradit Eusebius Hist. Eccles. VIII, 32, ut contendit ad illum locum H. Valesius p. 141, dubitamus: et diversos certe judicat Fabricius B. G. T. II. p. 275. Recte pro vetere φερομένων emendatum est φερομένῳ. Sed tota dictio sic corrigenda A. τῷ μετὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα φερομένῳ· ut monuit Valckenarius ad Herodotum IX, 78, p. 727. loquendi formam exemplis illustrans. Et sic jam haec verba citaverat l. c. Valesius: scilicet, quamvis nil monens, tamen ita legendum judicans Ita simpliciter dicitur, *secundas ferre, vel opinione hominum, vel re ipsa*, τὰ δεύτερα φέρεσθαι, ut τὰ πρῶτα, τὰ τρίτα. At aliud est τὰ πρωτεῖα, δευτερεῖα, caet. φέρεσθαι; *in proposito victoriae certamine, primum aut secundum praemium ferre.* Dicitur tamen et metaphorice apud Herodotum I, 31, in illo Solonis et Croesi colloquio ἐπηρώτα τίνα δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ἴδοι. δοκέων πάγχυ δευτερεῖα γῶν οἴσεσθαι· quod Appianus imitatus est in Syriacis. Cap. X, ut monuimus Biblioth. Crit. P. IX, p. 100. Plutarchus Sympos. IX, 5, p. 140, A: τί οὖν, εἶπεν, οὐ δευτερεῖα μὲν ὁ Αἴας κάλλους καὶ με-

γέθους καὶ ἀνδρείας ἀεὶ φέρεται μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

P. 12. οὐκ ἔστιν ὅ, τι καὶ Πορφυρίῳ διήνεγκεν πλὴν ὅσον κατὰ τὴν συνθήκην καὶ δύναμιν τοῦ λογου.] *Nulla in re differebat à Porphyrio, praeterquam in compositione et facultate orationis.* Legendum enim Πορφυρίου. Caeterum rurſus, in comparatione utriusque, et rerum ignorantiam et judicii negligentiam prodit Eunapius. Magis enim doctrinae copia et ingenio, quam ſcribendi elegantia, Jamblichum ſuperat Porphyrius; ut ipſe quidem Eunapius neutrius ſcripta cogitate legisſe videatur.

P. 13. Οὔτε γὰρ εἰς ἀφροδίτην αὐτοῦ καὶ χάριν τὰ λεγόμενα βέβαπται.] *Neque enim ejus dicta Venere et gratia tincta ſunt.* Quod item valet de mea vetere ſuſpicione Ep. Crit. p. 21, vetus κέκαπται tuente. Facta est haec dictio ad exemplum Aristotelicae ſententiae, δεῖ τὸν κάλαμον εἰς νοῦν βάπτειν. Quo ſpectat ſcriptor non nominatus apud Suidam Voc. Ἀριστοτέλης· Ὅτι Ἀριστοτέλης τῆς φύσεως γραμματεὺς ἦν, τὸν κάλαμον ἀποβρέχων εἰς νοῦν. Isidorus Origin. II, 27. p. 877: *Aristoteles quando perihermenias* (i. i. περὶ ἑρμηνείας) *ſcriptitabat, calamum in mente tingebat.* Zenoni tribuit Quinctilianus Inſtit. Orat. IV, 2, p. 347: — *expresſa, et, ut vult Zeno, ſenſu tincta esſe* (verba) *debebunt.* Hinc Plutarchus in

in Phocione p. 743, E: ὁ Ζήνων ἔλεγεν, ὅτι δεῖ τὸν φιλόσοφον εἰς νοῦν ἀποβάπτοντα προφέρεσθαι τὴν λέξιν.

P. 12. ὥσπερ ἔλεγε περὶ Ξενοκράτους ὁ Πλάτων ταῖς Ἑρμαϊκαῖς οὐ τέθυται χάρισιν] Eunapius de suo addit Ἑρμαϊκαῖς, et ex Activa fecit Mediam, τέθυται, formam: scilicet ut novum dicto ornamentum adderet. Ipse tamen simpliciter locutus est in fine libri: ὁ Βερονικιανὸς ταῖς χάρισιν ἔθυσε. Plutarchus in Praeceptis Conjugal. p. 141, F. Πλάτων τῷ Ξενοκράτει, βαρυτέρῳ τὸ ἦθος ὄντι, τἄλλα δὲ καλῷ κἀγαθῷ, παρεκελεύετο θύειν ταῖς Χάρισι. Amatorio p. 769, D. Mario p. 407, A. Diogenes Laertius IV, 6: σεμνὸς δὲ τά τε ἄλλα Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς ἀεὶ, ὥστε αὐτῷ λέγειν συνεχὲς τὸν Πλάτωνα, Ξενόκρατες, θῦε ταῖς Χάρισι. ubi plura annotant Casaubonus et Menagius: quibus addantur Meursius ad Theocritum p. 154. et Boissonadius ad Philostrati Heroica p. 510.

P. 12. Σώπατρος — Αἰδέσιος — Εὐστάθιος· — ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος Θεόδωρός τε καὶ Εὐφράσιος —] De tribus prioribus postea videbimus in Vita Aedesii. De *Euphrasio* nil me alibi legere memini: *Theodorus* autem est ille a patria cognominatus *Asinaeus*, quem inter praecipuos Platonis interpretes summis laudibus effert Proclus in Commentario in Platonis Timaeum, ut notavit Fabricius B. G. T. VIII, p. 551. Idem videtur esse,

quem cum aliis memorat Olympiodorus Comment. in Plat. Phaedon. MS. p. 141. Ὅτι τὴν γῆν οἱ μὲν ἀσώματόν φασι τὴν ἐνταῦθα λεγομένην, οἱ δὲ σωματικήν· καὶ τούτων ὅλον μὲν τὸν κόσμον Ἁρποκρατίων· τὸν δὲ ὑπὸ σελήνην Θεόδωρος· τῶν δὲ ἀσωμάτων (lege ἀσώματον) τὴν μὲν ἰδέαν Δημόκριτος, τὴν δὲ φύσιν Πλούταρχος· qui omnes è saeculo tertio et quarto fuerunt. Porphyrii discipulum facit Damascius in Vita Isidori apud Photium Cod. CCXLII, p. 1057. — οὐδὲ ἦν αὔξεσθαι κατὰ τύχην ὥσπερ Θεόδωρος ὁ Ἀσιναῖος ὑπὸ τῷ Πορφυρίῳ. Quod a temporum rationibus abhorret, si quidem Theodorum audivit Proclus, ut ipse testatur Comment. in Tim. p. 246, 11: τοιαῦτα γὰρ ἤκουσα καὶ τοῦ Θεοδώρου φιλοσοφοῦντος· ut Jamblichum sequens memoratur p. 94, 40. Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον· ut item legendum videtur p. 184, 2: ὁ μὲν οὖν Ἰάμβλιχος, καὶ μετὰ τοῦτον Θεόδωρος, εἰς τὴν ὑπερκόσμιον ψυχὴν ἀνάγουσι τούτους τοὺς λόγους. quamquam et manente τούτου eorum aetas et sententia conjungitur. Idem in Theologia Plat. Cap. I. p. 2. Proclus autem natus A. C. 485. ut docet Fabricius ad Marinum Proleg. p. VI, quomodo discipulum Porphyrii nati A. C. 233, audire potuerit? Quae si reputasset L. Holstenius, Damascii auctoritatem repudiasset, in Dissertat. De Vita et Scriptis Porphyrii Cap. VI, p. 242.

P. 12. ἄλλοι τε, πλῆθος οὐ πολὺ λειπόμενοι, κα-

κατὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν.] Distinguendum: ἄλλοι τε πλῆθος, οὐ πολὺ λειπόμενοι κατὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν. i. e. *aliique multi, non multum inferiores ipso in orationis facultate:* ut fere jam verterat Junius.

P. 12. τῇ δὲ παρὰ τὸτον ὁμιλίᾳ τοὺς παρόντας κηληδόνων.] Dicamusne aliquid Plutarchei coloris exſtare. Sic enim in Eumene p. 597, E: ἐν μέρει τε παραλαμβάνων πάντας ἐπὶ τὴν αὐτοῦ τράπεζαν, καὶ τὸ συσσίτιον ὁμιλίᾳ χάριν ἐχούσῃ καὶ φιλοφροσύνῃ ἐφηδύνων. Sympos. VII, 1, p. 697, C: τοῦ δείπνου κοινωνίαν καὶ φιλοφροσύνην ἐφηδύνουσαν ἀεὶ ποθοῦντος.

P. 13. ἠνώχλουν αὐτῷ συνεχῶς, καὶ προστησάμενοί γε τοὺς ἀξίους λόγου πρὸς αὐτὸν ἔφασκον·] Quod in Ep. Critica vetus ηὐώχουν in συνευωχοῦντο mutandum duxeram, invitis Muſis feceram. Jam Dorvillius ad Charitonem p. 717 e ſuo codice reſtituerat ἠνώχλουν· quod et Mediceus confirmat: Sed haec a nemine ignoratur dictio. Exquiſitior est προστησάμενοι, nec ſatis perſpecta Junio, vertenti *productis in medium, qui caeteros antecellebant:* quod reddendum erat, *et huic rogationi praeficientes praeſtantisſimos condiscipulos.* Est enim προΐστασθαί τινα, vi Medii Verbi, *aliquem ſibi praeficere, praeſidem conſtituere, auctorem asſumere, causſae patronum capere;* et ſimiliter aliis in rebus ſignificandis valet. Hujusmodi certi-

nitur in Platone Leg. I, p. 566, G: προστησώμεθα γοῦν Τυρταῖον· *auctorem sequamur Tyrtaeum. patronum huic caussae praeficiamus Tyrtaeum.* Demosthenes Adv. Stephan. II, p 621: προστησάμενοι τούτους δι' ὧν οἱ μὲν δικασταὶ ἐξηπατήθησαν· *subornantes eos, per quos judices decepti sunt.* In re fere gemina Polybius III, 20: προστησάμενοι τὸν ἐπιτηδειότατον ἐξ αὐτῶν, ἤρξαντο περὶ σφῶν δικαιολογεῖσθαι· quod Casaubonus reddidit: — *uni à suis, quem ad id norant aptissimum, hac cura demandata, disceptare de jure suo instituunt.* Item Aristides Or. Plat. II. p. 228, de collegis, qui uni ex ipsis caussam agendam mandant: ἅπαντα ἔλεγον τὸν Περικλέα προστησάμενοι, εἰ δὲ βούλει τὸν Θεμιστοκλέα, οἵπερ ἡμῖν ἐπὶ κέρως τῶν ῥητόρων. Orat. De Comoedia T. I. p. 506: τὰς δὲ θεῶν ἀκοὰς προστησάμενοι, οἱ μὲν ἐροῦμεν, οἱ δὲ ἀκουσόμεθα, ἃ μηδ' αὐτοὶ φαῖμεν ἂν εἶναι τῶν καλῶν. — *Nos igitur deorum aures huic auditorio praeficientes, partim dicemus, partim audiemus, quae ne ipsi quidem dicamus honesta esse.* Or. in Sarapin p 54: προϊστάμενοι δαιτυμόνα αὐτὸν καὶ ἑστιάτορα· *hunc deum sacrificio praeficientes et convivam et convivatorem.* Or. Funebr. in Alexandrum p. 86. ἐγέλων δ' ἔγωγε ἐπὶ τοῖς τὸν Πλάτωνα προϊσταμένοις, καὶ περὶ τοῦτον μόνον φιλοσοφοῦσιν· *Equidem ridebam eos, qui Platonem unice philosophiae auctorem sequerentur.* Panathen. p. 92: προστησάμενοι

σχῆμα φαυλότερον τοῦ λόγου· *proponentes vilius orationis argumentum.* Similis etiam res est apud Lucianum in Piscatorib. T. I. p. 593, ubi Plato inducitur Diogeni reliquorum philosophorum nomine communem caussam perorandam mandans: ὅρα σὲ μόνον προεστησάμεθα, καὶ ἐν σοὶ τὰ πάντα ἡμῶν νῦν κινδυνεύεται. Ipse Jamblichus Vit. Pythagorae §. 2: μετὰ δὲ θεοὺς ἡγεμόνα ἑαυτῶν προστησόμεθα, τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τῆς θείας φιλοσοφίας· vulgatur perperam προσθησόμεθαι, diverso plane sensu. Idem §. 137: βούλομαι δὲ ἄνωθεν τὰς ἀρχὰς ὑποδεῖξαι τῆς τῶν θεῶν θρησκείας, ἃς προεστήσατο Πυθαγόρας τε καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἄνδρες· *volo autem altius repetere principia divini cultus, quorum auctoritatem Pythagoras, et qui ab eo fuerunt, secuti sunt.*

P. 13. εὐχόμενος τοῖς θεοῖς μετεωρίζῃ μὲν ἀπὸ γῆς πλέον ἢ δέκα πήχεις] Ex Philostrati Vita Apollonii fluxisse videtur, ubi item de Brachmanibus narratur, III, 15, p. 105.

P. 13. τὸ σῶμα δέ σοι] Pro vetere οἱ Mediceus item dat σοι.

P. 13. Οὔτι μάλα γελασείων ἐγέλασεν ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις Ἰάμβλιχος] Jam in Ep. Crit. notavimus flosculum Platonicum, decerptum ex Phaedone p. 378, C: Καὶ ὁ Σιμμίας γελάσας, Νὴ τὸν Δία, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὔ πάνυ γέ με νῦν δὴ γελασείοντα ἐποίησας γελάσαι. eumdemque adhibitum

Damascio apud Suidam Voc. Γελασεῖν. Νῦν δὲ καὶ τῷ μὴ γελασείοντι γέλωτα παρέξει γενναῖον ἡ τοῦ ἔργου διέξοδος. Vide Phaedon. nostrum p. 146.

P. 13. Ἥλιος μὲν ἐφέρετο πρὸς τοῦ λέοντος ὅρια] *Sol ferebatur ad terminos Leonis.* Vera lectio pro vitiosa vetere Ἥλιος μὲν ἐφαίνετο πρὸς τοῦδε ὄντως ὅρια. Mediceus praebet item ἐφέρετο. Illud autem τοῦ Λέοντος egregia emendatione protulit Guil. Canterus Nov. Lect. VIII, 17.

P. 14. Τὸν νοῦν ἐπιστήσας —] Hujusmodi asyndeta, aliquoties apud Eunapium obvia, potius à librariis, quam ab ipso, venisse dicam. Hunc quidem locum ita addito καὶ nectam: Ὡς δὲ τὰ πάντα εἶχε καλῶς, ΚΑΙ ἐπὶ τὴν πόλιν ὑπέστρεφον βάδην καὶ σχολαίως προϊόντες· καὶ γὰρ διάλεξις ἦν αὐτοῖς περὶ θεῶν τῇ θυσίᾳ πρέπουσα· τὸν νοῦν ἐπιστήσας. — *Quum omnia rite peracta essent, et lento gradu otiose ad urbem redirent: nam congruens sacrificio disputatio iis erat de Diis: Jamblichus subito cogitationem inhibens — exclamavit.* Caeterum operae pretium est comparare plane simile negotium Socratis et familiarium, proditum à Plutarcho De Genio Socrat. p. 580, D, E, ad cujus exemplum haec de Jamblicho narratio conficta videtur.

P. 14. νεκρὸς γὰρ ἐντεῦθεν ἔναγχος παρακεκόμισται.] Ex vulgari veterum opinione et ex Pythagorica doctrina ductum, de funerum contaminatione: vid.

vid. Hesiodi dictum Ἐργ. καὶ Ἡμ. 733. Eadem imbutus institutione Julianus Imp. edictum fecit adversus funera diurna Cod. Theodos. Lib. IX, Tit. XVII, Tom. III: p. 156: — *efferri cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam et per maximam insistentium densitatem: quod quidem oculos hominum infaustis incestat adspectibus. Qui enim dies est bene auspicatus à funere? aut quomodo ad Deos et Templa venietur?* — Conferatur Meursius De Funere VII, p. 28.

P. 14. τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τερατείαν Φέροντες] *rem affectationi et studio vano miraculorum tribuentes.* Simplex Φέροντες pro ἀναΦέροντες, rarius quidem, tamen probum: v. c. apud Aristidem T. II. p. 249: ταῦτ' οὖν ἡμεῖς ἐπὶ Σωκράτην οἴσομεν;

P. 14. τὸν ἔλεγχον ὥσπερ κύνες ἀνιχνεύοντες.] Et hanc Platonicam esse dictionem notavimus in Epist. Crit. p. 41: v. c. Leg. II, p. 576, E: ταῦτ' ἄρα μετὰ τοῦθ' ἡμῖν αὖ καθαπερ κυσὶν ἰχνευούσαις διερευνητέον. Frequens enim est Plato in comparatione venationis cum indagatione veritatis: v. c. in Parmenide p. 51, B: Theaeteto p. 133, F: Sophista p. 152, D. Rep. IV. p. 450, C. Exemplum jam exstabat in Sophoclis Ajace, v. 8. Itaque corrigendus est Synesius in Dione p. 52, B, ubi nunc quidem ex librariorum errore dicit *veritatem non esse* θήρᾳ ληπτὸν πρᾶγμα, *venatione*

 con-

consequendum negotium, absurde et contra Platonicam rationem Platonicus, qui re vera scripsit οὐ θατέρᾳ ληπτόν, *non altera manu comprehendendum:* quod item Platonicum est in Sophista p. 152, D: Ὁρᾷς οὖν ὡς ἀληθῶς λέγεται τὸ ποικίλον εἶναι τοῦτο τὸ θηρίον, καὶ, τὸ λεγόμενον, οὐ τῇ ἑτέρᾳ ληπτέον. et frequentatum à posteris, v. c. Numenio ap. Euseb. Praep. Evang. p. 735, C: ipso Eusebio IV, p. 136, B. Themistio Orat. V, p. 69, B. X, p. 138, B. Basilio M. De Legendis Gr. Libris p. 449, E. Ruhnkenius meus ante hos quadraginta annos ad recens sibi lectam Epistolam Criticam mihi respondens, de hoc loco scripsit: „ θατέρᾳ ληπτὸν verissimum est: quod vereor ne occuparint alii. Nam ex quo Kuhnius „ in Indice Aeliani Voc. Ἕτερος hanc locutionem „ exquisita eruditione illustravit, certatim alii aliis „ locis eam restituerunt. Vide Kusterum ad Suidam Voc. Ἐκκείμεθα. p. 691." Est locus à Suida citatus ille ipse Synesii non nominati, et ut incerti auctoris à Kuhnio emendatus.

P. 14. Ἔτι δὲ τούτου θειωδέστερον συνεμαρτύρουν, ὡς ἐνοχλοῖεν αὐτῷ πολλάκις —] Antea postrema quatuor verba sic legebantur — ὡς ἐνοχλοῖ ἡ μὲν αὐτῶν πολλάκις. Gronovius adscripsit: „ Periodum hanc antea male habitam sanat Mediceus, „ ἐνοχλοίη μὲν, μικρὸν τοῦτο εἶναι· et superius „ ἔχειν pro ἔχει·" Equidem non video, quomodo haec

haec periodus per hanc lectionem Medicei codicis sanetur. Neque tamen tueor, quod in Epistola Critica scripsi „ corruptissima forte sic refingenda „ sunt: Ἔτι δὲ τούτου θειωδέστερον σημεῖον καρτε- „ ροῦντες ἐνώχλουν αὐτῷ πολλάκις." Potius tale quid requiro: Ἔτι δὲ τούτου θειωδέστερον συνεμαρ- τύρουν αὐτῷ· ὡς γὰρ ἠνώχλουν πολλάκις. — *Sed divinioris illo documenti ei testimonium exhibuerunt: nam quum ei saepius flagitando molesti essent* — .

P. 15. τῶν γε κατὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐν Βαΐαις δεύτερα, ἐκείνοις δ' οὐκ ἔστιν ἕτερα παραβάλλεσθαι] Ita dictum, ut manasse dicas ex illo Horatiano Epist. I, 1, 85: *Nullus in orbe locus Bajis praelucet amoenis.* Quod tamen Eunapio notum fuisse, haudquaquam affirmem.

P. 15. κατὰ τὴν ὥραν — τοῦ ἔτους.] ὥρα ἔτους et origine sua et consuetudine loquendi tria significat, *ver*, *opportunum anni tempus*, *aestivum tempus maturum fructibus*. Ad hanc postremam significationem pertinent ea, quae ex Galeno adfert Foësius in Oeconom. Hippocrat. Voc. Ὥρα. Alia videantur apud Casaubonum ad Athenaeum p. 980: Scaligerum ad Varronem R. R. p. 226: Dukerum ad Thucydidem II, 52: et novissime apud eruditissimum Bastium Epist. Crit. p. 71. 72. Caeterum illis tribus traditis significationibus accommodandi sunt Scriptorum loci: inter quos in pri-

primis funt ubi εἰς ὥραν ἔτους ponitur v. c. Plutarchi De Solertia Animal. p. 982, C: ὅσον εἰς ὥραν ἔτους ὁ Νεῖλος αὐξηθεὶς ἐπικλύσει καὶ ἀποκρύψει τῆς γῆς. Pericle p. 157, C: προσδοκῶντες δὲ βαρὺν καὶ εἰς ἔτους ὥραν πόλεμον. Timoleonte p. 247, B: ὡς ἔτους ὥρᾳ διαβησομένους εἰς Σικελίαν. Eadem forma, Mario p. 411, D: ἔτους ὥρᾳ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. 413, D: ἔτους ὥρᾳ. Plato Leg. XII, p. 690, E: καθάπερ οἱ τῶν ὀρνίθων διαπορευόμενοι — ἔτους ὥρᾳ πέτονται πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις. Aristides Or. De Mari Aegeo p. 249 fin. ὥρᾳ ἔτους τερπομένους· ubi fignificatur tempus, non res, qua delectantur. Plutarchus Cimon. p. 490, A: προσδοκῶντες εἰς ὥραν ἔτους στρατιὰν Πελοποννησίων. Antonio p. 940, E: τὸν δὲ Μῆδον εἰς ὥραν ἔτους ἀναβαλέσθαι. Dione p. 964, E: συνθέμενος εἰς ὥραν ἔτους μεταπέμψασθαι Δίωνα. Herodianus Hist. VIII, 4, 3: τὰς δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος παγείσας χίονας λύουσα ἡ τοῦ ἔτους ὥρα —.

P. 15. τῶν θερμῶν — χαριεστέρας —] Rurfus afyndeton fanetur legendo: — πεπράξεται· καὶ τῶν θερμῶν —. Pro vetere χαριεστέρων quoque Mediceus praebet χαριεστέρας.

P. 15. βραχέα τινὰ προσειπὼν] Scilicet, brevem quamdam formulam magicam pronuncians, ut recte Meurfius ad Theocriti Idyll. II, p. 8. Sic in Maximo p. 89 ὕμνον περαίνων.

P.

P. 15. μετάφρενα καὶ τὰ στέρνα] Sic et Mediceus. Vulgo male καὶ τὰ aberat.

P. 15. ἐῴκει λουομένῳ τε καὶ λελουμένῳ — „εἶπε" κρήνην] Postremum ſic item dat Mediceus, pro vetere ὑποκρήνην. Singularis est Praeteriti et Praeſentis conjunctio: *ſimilis erat et adhuc ſe lavanti et jam lauto.* Sic alii v. c. Plato Leg. VIII, p. 650, G: ἐπιμεληθῆναι καὶ ἐπιμελεῖσθαι, IX, 658, H: πραττόμενα ἢ πεπραγμένα. Plutarchus Fortun. Rom. p. 328, E: ἐχρήσαντο καὶ χρῶνται. De Exilio p. 607, B: ἐμύησε καὶ μυεῖ τοὺς Ἕλληνας Sympoſ. VIII, 2, p. 719, E: γέγονέ τε καὶ γίνεται. 720, B: ἐποίησε καὶ ποιεῖ. De Rep. ſeni gerenda p. 791, C: διὸ πολιτεύεσθαι καθῆκόν ἐστιν, οὐ πεπολιτεῦσθαι· καθάπερ ἀληθεύειν, οὐκ ἀληθεῦσαι· καὶ δικαιοπραγεῖν, οὐ δικαιοπραγῆσαι· καὶ φιλεῖν, οὐ φιλῆσαι τὴν πατρίδα καὶ τοὺς πολίτας. De Vultu Lunae p. 926, D.

P. 15. τὰ αὐτὰ δράσας] Quare non ποιήσας, aut πράξας, aut ἐργασάμενος, aut ſimile, dixit? Quia δρᾶν et δρώμενα uſitatum et praecipuum in magicis ritibus et initiationibus. Cujus uſus multa exempla notavimus ad Plutarchum De Iſid. et Oſir. p. 353, C.

P. 16. καθάπερ γνησίου τινὸς πατρὸς ἐκφύντα περιείλετο.] Quare pro vetere ἐμφύντα illud edatur, haud asſequor. Hoc ſane elegantiae ac proprieta-

tatis commendationem habet: *ampl ctebantur eum adhaerescentes et quasi concrescentes ei.* Sic de amantibus, Poeta apud Plutarchum Amatorio p. 769, B ἐμφύντα ἀποθανεῖν. Reip. Ger. Praecept. p. 806, E: τούτων οὖν ἔχεσθαι δεῖ τῶν ἀνδρῶν καὶ τούτοις ἐμφύεσθαι. Philopoemen. p 358, A, et alibi. Similiter fere ad Jamblichum scripsit Julianus Imp. Ep. LXI, p. 449, B: ὅταν σὲ τὸ μέγα τῆς οἰκουμένης ἄγαλμα περιπτύξωμαι, καθάπερ ἀγαθῷ πατρὶ παῖς γνήσιος — ὀφθείς. Hunc eumdem esse Jamblichum, supra monui p. 48. quod dubitarunt viri docti. Neque enim à temporum ratione abhorret, ut A. C. 362 provecta quamvis aetate adhuc vixerit. Fabella haec de Erote et Anterote, poetae conveniens, non item philosopho, condonetur Eunapio: simile quid, nisi fallor, alibi legi.

P. 16. τοῦτο δ' εἶπον μετρίως, Αἰδεσίου φήσαντος.] Malim μετρίως cum εἶπον, ut antea, quam cum Αἰδεσίου φ. ut nunc editur, conjungi. Adverbium notat *satis*, *modice*, *bene:* habet fere laudem mediocritatis; ut sensus sit, *haec autem satis recte narravi: in his narrandis rationi satisfeci; quod Aedesius dixisset, neminem haec conscripsisse.* Est autem vocabulum Platoni frequens: sed et aliis, v. c. Plutarcho Sympos. V, 8, p. 683, D: ταῦτα μὲν οὖν ἔφαμεν ἡμεῖς μετρίως λέγεσθαι. VI, 3, p. 689, A: ταῦτα ἔφη μετρίως λέγεσθαι. —8, p. 695, B: ταῦτα μετρίως ἐδόκει λέ-

γε-

γεσθαι. Origenes Adv. Celſum, I, p. 354, E: *Δοκεῖ μοι οὖν μετρίως κατεσκευάσθαι.* *Satis mihi demonſtratum videtur.* Julianus Ep. XLVIII. Marinus in Vita Procli p. 17.

P. 16. *'Αλύπιος· ὃς ἔτυχε μὲν σώματος μικροτάτου* —] Multi ex illis temporibus memorantur cognomines: nemo, in quem ea, quae de hoc Alypio dicuntur, conveniant: judice Fabricio B. G. II, p. 263. Hanc autem ejus corporis notationem Spanhemius ad Juliani Caeſares p. 145, comparat cum ſimili imagine M. Aurelii Antonini Caeſaris p. 317, C: — *ὑπὸ τῆς ἐνδείας τῶν τροφῶν ἦν αὐτῷ τὸ σῶμα διαυγέστατον καὶ διαφανέστατον, ὥσπερ αὐτὸ, οἶμαι, τὸ καθαρώτατον καὶ εἰλικρινέστατον φῶς.*

P. 16. *οὕτω τὸ φθειρόμενον οὐκ ἐπέδωκεν εἰς μέγεθος* —] Lego *οὕτω τρεφόμενον οὐκ ἐπ. ε. μ.* *Adeo, quamvis nutritum non creſcebat in magnitudinem, ſed conſumebatur in diviniorem partem* —.

P. 17. *Ὥσπερ οὖν ὁ μέγας* Πλάτων *φησὶ*] Refertur ad illud Platonis placitum de Anima Mundi, eam non incluſam esſe Mundo, ſed per eum distentam, et extra eum quaquaverſum extenſam, ut Mundus potius illâ, quam illa Mundo contineatur: Timaeo p. 529; A: *ἡ δὲ (ψυχὴ) ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν πάντη διαπλακεῖσα, κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα, αὐτή τε ἐν ἑαυτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον·* quo ſpectat Sim-

Simplicius ad Aristot. De Coelo. I. p. 19 init. Iam Philolaus apud Stobaeum Eclog. Phyſ. p. 420, edit. Gotting. καὶ τὸ μὲν ἀμετάβολον ἀπὸ τᾶς τὸ ὅλον περιεχούσας ψυχᾶς μέχρι σελάνας περαιοῦται. Alcinous Doctrin. Platon. XIV, p. 360: τῆς δὲ ψυχῆς ταθείσης ἐκ τοῦ μέσου ἐπὶ τὰ πέρατα, συνέβη αὐτὴν τὸ σῶμα τοῦ κόσμου κύκλῳ διὰ παντὸς περιέχειν καὶ περικαλύψαι· ὥστε ὅλῳ τῷ κόσμῳ αὐτὴν παρεκτεῖναι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον αὐτὸν συνδεῖν τε καὶ συνέχειν· κρατεῖν μέν τοι τὰ ἐκτὸς αὐτῆς τῶν ἐντός. Eodem ſpectat Plutarchus De Animae Generat. in Timaeo p. 1023, A: αὐτός γε μὴν ὁ Πλάτων ὥσπερ ἀπωθούμενος τῆς ψυχῆς τὴν ἐκ σώματος γένεσιν, ἐντὸς αὐτῆς φησὶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεθῆναι τὸ σωματικὸν, εἶτα ἔξωθεν ὑπ' ἐκείνης περικαλυφθῆναι. Porphyrius De Abſtinent. II, 37, p. 170: ἡ τοῦ κόσμου ψυχὴ — δέδεκται δὲ τὸ σῶμα εἰς ἑαυτὴν καὶ περιείληφε, καίπερ ἀσώματος οὖσα καὶ παντὸς πάθους ἀμέτοχος. Hinc quaestio de duplici Anima Mundi, extra et intra eum: quacum quaeſtione comparari posſunt, quae habet Bruckerus Hist. Crit. Philoſ. T. I, p. 702.

P. 17. ἢ παρὰ τοῦ κρείττονος] Delendum ἢ ut ex proximo π ortum: qui ortus et permutationis lapſus ſaepe apparet, ob literarum H et Π ſimilitudinem. Videatur Biblioth. Crit. P. IX, p. 80.

P. 17. ἡ παίδευσις ἦν μέχρι συνουσίας μόνης· βιβλίον δὲ προύφερεν οὐδείς.] In hoc etiam, primum qui-

quidem, institutio Plotini laborabat: ut refert Porphyrius in Ejus Vita Cap. III, p. 98: Πλωτῖνος δὲ ἄχρι μὲν πολλοῦ γράφων οὐδὲν διετέλεσεν, ἐκ δὲ τῆς Ἀμμωνίου συνουσίας ποιούμενος τὰς διατριβάς· καὶ οὕτως ὅλων ἐτῶν δέκα διετέλεσε, συνὼν μέν τισι, γράφων δὲ οὐδέν· ἦν δὲ ἡ διατριβὴ, ὡς ἂν αὐτοῦ ζητεῖν προτρεπομένου τοὺς συνόντας, ἀταξίας πλήρης καὶ πολλῆς φλυαρίας. ὡς Ἀμέλιος ἡμῖν διηγεῖτο.

P. 17. — κλέος ἀμφοῖν αὐξόμενον ἄνω] Hoc ἄνω, nisi ex argutiarum studio profectum et ductum sit ex usu verbi ἀνατρέχειν, *crescere*, *sursum se erigere*, fortasse exstiterit ex vera lectione ἅμα, *simul*.

P. 17. τοῦ δὲ θεάτρου γενόμενος —] i. e. *studens frequenti auditorio*, *auditorii frequentia inflatus*. In Epistola Critica p. 52, comparavi cum Platonis dicto, Agathonem dicentem facientis, in Sympos. p. 324, B: οὐ δήπου με οὕτω θεάτρου μεστὸν ἡγῇ, ὥστε καὶ ἀγνοεῖν, ὅτι νοῦν ἔχοντι ὀλίγοι ἔμφρονες πολλῶν ἀφρόνων φοβερώτεροι. Quod assumsit Aristaenetus I, 19: θαρσαλέως ἐχρῆτο τῇ τέχνῃ, ἅτε λοιπὸν θεάτρου μεστὴ γεγονυῖα. Et secutus est Synesius De Providentia p. 105, B: ἡ γυνὴ — θεάτρου καὶ ἀγορᾶς ἄπληστος· i. e. *spectare et spectari*, *in frequentia versari*, *insatiabiliter cupiens:* est enim hic utraque potestas activa et passiva, quae diserte exprimitur in illo *spectatum veniunt*, *veniunt spectentur ut*

ipsae. Caeterum exquisitus est usus dictionis *εἰμὶ, γίνομαί τινος, do me alicui actioni, versor in eo, studeo alicui rei:* annotata Casaubono ad Diogenem Laertium I, 23: *μετὰ δὲ τὰ πολιτικὰ τῆς φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας.* Sic et Isocrates De Pace p. 319: *τῆς πόλεως ὄντας; reip. administrationi deditos.* Plutarchus Timoleonte p. 237, A: *Τιμολέοντα — μήτ' ἐλπίδος τοιαύτης γενόμενον· Timoleontem hac ne sperantem quidem.* Mario p. 427, A: *αὖθις ἑτέρων γενόμενοι λογισμῶν· quum rursus aliud consilium cepissent.* Nicia p. 535, A: *ἦν δ' ἐλπίδος μεγάλης· magnam spem habebat.* Phocione p. 752, B: *Φασὶ τὴν πόλιν ἐλπίδος μεγάλης γενομένην ἑορτάζειν εὐαγγέλια συνεχῶς·* Dio Chrys. Or. XXXIV, p. 423, B: *οὐδεὶς, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, τῶν πολιτευομένων τοῦτο ἔχει προκείμενον, οὐδέ ἐστιν τῶν κοινῶν·* ita enim legendum et reddendum: *nemo eorum, qui rem publicam tractant, hoc ipsum sibi propositum habet, neque deditus est negotiis civitatis.* Et Aristides saepe v. c. T. I. p. 376. 414. 478. 525. II. 42. 123. 233.

P. 17. *Οὐδὲ τὴν πληγὴν τοῦ λόγου μισήσας — τρέπουσαν·*] Si quid video, exciderunt nonnulla, quae nexus et sententia desiderat. Itaque lego: *Οὐδὲ τὴν πληγὴν τοῦ λόγου μισήσας „ Ἀλλ' οὐχ οὗτός γε" ἔφη „ θαυμασιώτατε πάντων ἀνδρῶν, ὁ τρόπος τῆς ἡμετέρας διαλέξεως· οὐδὲ πλούσιος παρ' ἡ-*

μῶν

μὲν, εἴ τῳ τι περιττόν ἐστι κατὰ τὰ ἐκτὸς, ἀλλ' εἴ τι πλεονάζει κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν φιλοσόφῳ καὶ πρέπουσαν" · i. e. *Atqui, ó mirifice, non hic est noster disserendi modus: nec dives apud nos habetur, si cui quid supervacaneum in rebus externis adest, sed si aliqua re abundat in propria et philosopho consentanea virtute.* De πληγῇ λόγου, *ictu orationis*, seu, *argumenti*, diximus ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 5.

P. 18. καὶ νέφος αὐτοῖς ἐπέτρεχε βαθὺ — ἐχουσῶν] Et hunc locum mutilum ac turbatum esse arguit perspicientia nexus, quae videtur talem quamdam scripturam requirere: καὶ νέφος αὐτοῖς ἐπέτρεχε βαθὺ, οὔτι δι' ἄγνοιαν τῶν γενομένων, διδάσκαλον γὰρ εἶχε τὸν Ἀλυπίου λόγον μακρόν τινα, ἀλλὰ δι' ἀσάφειαν τῶν λεγομένων, οἷς προσῆν διαλέξεων μνήμη λόγον οὐκ ἐχουσῶν· ἀποδημίας τε εἰς τὴν Ῥώμην ἔφραζε τὸ βιβλίον — i. e. *et dictis spissa caligo officiebat; non quod Jamblichus res gestas Alypii ignoraret, nam ejusdem habebat longum quemdam commentarium, unde illas disceret: sed propter obscuritatem orationis, quae etiam continebat mentionem dissertationum, quorum ratio nulla appareret: atque adeo Jamblichi iste libellus narrabat peregrinationes ab Alypio Romam factas, quarum neque caussam reddebat, nec Alypii magnum in iis servatum animum ostendebat.*

P. 19. τήν τε παρὰ τὰ δεινὰ καρτερίαν — τὴν τε ἐν τοῖς λόγοις ὀξύτητα καὶ τομὴν κατεσκευάζετο.] Exquifitum est παρὰ τὰ δεινὰ, *in periculis*, et a nobis illuftratum ad Plutarchi Apophthegm. Reg. p. 172, F. Poftremum in Ep. Crit. p. 42, fic emendare tentavi ὀξύτητα καὶ ῥώμην κατεσεβάζετο· mox vidi, quod Herelius V. Cl. me monuerat, ad loci fententiam et fcripturae veteris veftigia magis congruere τόλμαν, quam ῥώμην. Vocabula confundi reperimus etiam in Himerii Or. X. p. 564, ubi pro τομαῖς Reiskius recte monuit fcribendum esfe τόλμαις. Atque in hac nostra conjectura adhuc acquievi. Simplex σεβάζεσθαι hoc fenfu quater in Eunapio exftat: et hujus analogia compofitum καταστεβάζεσθαι, quamvis alibi non repertum, commendat. At in dicto audacter prolato faepe ufurpatur τόλμα· v. c. apud Plutarchum De Prof. Virt. p. 80, C: plane fimiliter: Ἀρίστιππος ἔν τινι λόγῳ κατασοφισθεὶς ὑπ' ἀνθρώπου τόλμαν ἔχοντος. Sulla ad magnificum Pompeji dictum, in hujus Vita p. 626, A: καταπλαγεὶς τοῦ Πομπηΐου τὴν τόλμαν· Machon apud Athen. XIII, p. 582, D: Euripidem Laidis dicto perculfum ait — καταπλαγεὶς δ' Εὐριπίδης τὴν τόλμαν αὐτῆς —.

P. 19. τῆς φορᾶς εὐτύχησεν] Pro vulgato ἐτύχησεν item dat Mediceus: et Dorvillius adfert ex Bar-

Barberiniano, ſimul hunc verbi uſum illuſtrans, ad Chariton. p. 558.

P. 19. τὸν Μύσιον Πέργαμον] Rectius Mediceus τὰ Μ. Π. ut ſolet et Eunapius.

ΑΙΔΕΣΙΟΣ.

P. 19. Αἰδέσιος —] Ejus mentionem reperimus apud Libanium Or. II. edit. Bongiovanni p. 17, 18: et apud Simplicium in Comment. ad Categorias p. 1.

P. 19. χρηματιστικὴν] Sic et Mediceus pro vetere χρηματικήν· quod est *pecuniarius*; illud *pecuniae quaerendae peritus*, *idoneus*. Plutarchus in Craſſo p. 553, E: τὰς ἐν Συρίᾳ διατριβὰς ᾐτιῶντο, χρηματιστικὰς μᾶλλον οὔσας ἢ στρατηγικάς· ibidem p. 544, A: τὴν γὰρ οἰκονομικὴν, ἐν ἀψύχοις χρηματιστικὴν οὖσαν, ἐν ἀνθρώποις πολιτικὴν γιγνομένην ὁρῶμεν· Reſtituendum videtur Adverſ. Stoic. p. 1069, A: χρηματιστικὸς ἀνὴρ, pro χρηματικὸς ἀνήρ. Ariſtoteles Polit. I, 8: ad quem locum videatur P. Victorius Commentar. p. 18. Stoicis est praeceptum ὁ σοφὸς χρηματιεῖται· unde in Zenonis Epitome apud Stobaeum Eclog. Ethic. p. 182, χρηματιστικὸν βίον ſapienti convenire, et χρηματιεῖσθαι ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν παιδείαν, καὶ μισθοὺς ποτὲ λήψεσθαι παρὰ τῶν φιλομαθούντων διομολογήσαντα. Itaque παιδείαν χρηματιστικὴν hoc

loco, vel passive *disciplinam*, vel active *doctrinam*, intelligere licet: id est, vel ut disceret quamdam artem conficiendae pecuniae, veluti mercaturam, aut similem: vel ut disceret artem, quam postea redux doceret. Et hoc quidem loco utrumque valere putem.

P. 19. τί γὰρ, ἔφη, φιλοσοφία ὠφελεῖ; — προσκυνῶν.] Mediceus pro φιλοσοφία dat σοφία· quod vulgato non praeferendum. At in fine sententia προσκυνεῖν flagitat. Caeterum similis est historia apud Aelianum in Fragm. p. 1038: Μειράκιον Ἐρετρικὸν προσεφοίτησε Ζήνωνι πλείονος χρόνου, ἔστ' ἂν καὶ εἰς ἄνδρας ἀφίκετο· ὕστερον οὖν εἰς τὴν Ἐρετρίαν ἐπανῆλθε, καὶ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἤρετο, ὅ, τι ἄρα μάθοι σοφὸν ἐν τῇ τοσαύτῃ διατριβῇ τοῦ χρόνου· ὁ δὲ δείξειν ἔφη· καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἔδρασε τοῦτο. Χαλεπήναντος γὰρ αὐτῷ τοῦ πατρὸς, καὶ τέλος πληγὰς ἐντείναντος, ὅδε τὴν ἡσυχίαν ἀγαγὼν καὶ ἐγκαρτερήσας, τοῦτο ἔφη μεμαθηκέναι, φέρειν ὀργὴν πατέρων καὶ μὴ ἀγανακτεῖν. Ad cujus exemplum nisi suam narratiunculam formavit Eunapius, certe dignae sunt, quae invicem conferantur.

P. 20. καὶ πείρᾳ τὴν σοφίαν συλλεξάμενος.] Sic pro vulgato πεῖραν bene ponitur πείρᾳ· quo et Medicei πειρατὴν ducit.

P. 20. Αἰδέσιός τε ἐγένετο] Gronovius haec adscripsit: „ Post hoc nomen spatium vacuum re-

relinquitur in codice Mediceo, supra lineam adscripto αὐτός."

P. 20. Ὁ γοῦν ταῦτα γράφων — τῶν ἀληθεστέρων.] Significat vigesimum aetatis annum, quo se verioris doctrinae theurgicae à Jamblicho profectae participem factum dicit. Nam Chrysanthium audiverat ἐκ παιδὸς in patria, Sardibus: sedecim annos natus Athenas in Proaeresii disciplinam venit: qua per quadriennium usus, in patriam Sardes et philosopham Chrysanthii disciplinam rediit. Haec diserte ex Vitis Proaeresii et Chrysanthii colliguntur. Sic recte hunc locum interpretatur Fabricius B. G. Vol. VI, p. 233. Caeterum similemne eum se facere voluisse dicamus Juliano? qui item veriorem doctrinae rationem se vigesimo aetatis anno ingressum scribit ad Alexandrinos Epist. 21, p. 434, D.

P. 20. Ἰαμβλίχου δὲ καταλιπόντος τὸ ἀνθρώπειον —] Haec sane refragantur nostrae opinioni supra p. 48 proditae, Jamblichum adhuc Juliani tempore vixisse. Sed Eunapii in temporum rationibus auctoritatem non adeo magni faciendam vidimus.

P. 21. Σώπατρος δὲ ὁ πάντων δεινότερος —] Hunc supra in Jamblicho p. 12. memoravit: ejusque fortunam et casum in Historia Romana prodidisse videtur; unde retulit Zosimus II, 40. Eodem pertinet locus Suidae in V. Σώπατρος

Ἀπαμεύς· Constantini familiarem tradit Sozomenus Hist. Eccles. I, 5, ad quem videatur H. Valesius: mentionem ejus apponens ex Johannis Lydi libello De Mensibus Graecorum; qui nuper (A. 1794) à Nic. Schowio V. D. editus, p. 57 haec habet: Πραιτεξτάτος ὁ ἱεροφάντης, ὁ Σωπάτρῳ τε τῷ τελετῇ, καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ αὐτοκράτορι συλλαβὼν ἐπὶ τῷ πολισμῷ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως· ubi *Praetextatus* nomen proprium intelligendum: et τελεστῇ, *initiatori*, scribendum, ut jam dedit Valesius. Eumdem Jamblichi discipulum laudat Julianus in Epist. XIX ad Libanium p. 410, B. Sopater, ad quem Libanius complures literas scripsit, fuit alius, sed tamen et ipse Apameensis, ut ex Ep. 1448 colligitur, et hujus senioris Sopatri fortasse cognatus. Nam ad hunc scribere non potuit, quippe natus A. C. 314 vel 315, ex probabili quidem supputatione Reiskii in Vita Libanii Num. 6.

P. 21. ὡς τὴν Κωνσταντίνου πρόφασίν τε καὶ φορὰν τυραννήσων καὶ μεταστήσων τῷ λόγῳ·] Arbitror Eunapium scripsisse, ὡς τὴν Κωνσταντίνου πρόσφατον φορὰν τυραννίδος μεταστήσων τῷ λόγῳ· *ut recentem tyrannidis Constantini impetum ratione et oratione cohibiturus et immutaturus.*

P. 21. εἰ μὴ μέθῃ — ἀνέπεισεν.] Meliuscule quidem huic loco factum est, restituendis Dativis, pro vulgatis Nominativis, μέθῃ — παραφροσύ-

σύνη — τὸ — ἀνειμένον: tum Genitivo ἐξευρημένων, pro Nominativo ἐξευρημένον· ſed quaedam reſtant, ac totum ſic ponendum videtur: εἰ μὴ μέθῃ καὶ παραφροσύνῃ καὶ τῷ τῶν Διονυσίων τῆς ἑορτῆς καὶ παννυχίδος ἀνειμένῳ, ὑπὸ γέλωτος καὶ ὀλιγωρίας τῶν εὐκόλων καὶ σφαλερῶν παθῶν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐξηρμένων, πρῶτος Ἀριστοφάνης ἐπὶ διεφθαρμέναις ψυχαῖς τὸν γέλωτα ἐπεισαγαγὼν, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς κινήσας ὑπορχήματα, τὸ θέατρον ἀνέπεισεν —· i. e. *niſi ebrietati et amentiae, ac Bacchanalium festi ac pervigilii disſolutioni: quum per riſum et contemtum proclives ac lubricae animi perturbationes in hominibus jam excitatae esſent; corruptis animabus Ariſtophanes ſuperinvehens riſum, et ſcenicas ſaltationes admovens, theatro perſuaſisſet.* Est periodus ex illo circumducto et conſtipato genere, quod Photius in Eunapio notavit. Res ex Hiſtoriis cognita, non requirit teſtimoniorum auctoritates. Illud κινήσας ὑπορχήματα comparat cum κινεῖν τὸν κόρδακα Jos. Scaliger ad Euſebii Chron. p. 169.

P. 22. Σωκράτους ἀπελθόντος βιαίως, οὐδὲν ἔτι λαμπρὸν Ἀθηναίοις ἐπράχθη.] Hoc magis oratorie quam vere dictum: ut et ex Hiſtoria conſtat, et notavit Wesſelingius ad Diodorum Siculum XIV, 37. T. II, p. 693.

P. 22. τὸ ἀρχαῖον Βυζάντιον — Ἀθηναίοις πα-

μείζω τὴν σιτοπομπείαν.] Res in historiis prodita; nomen de hac re frequentatum à Demosthene in Oratione Pro Corona p. 325, A. ubi de Philippo Macedoniae rege: *ὁρῶν δὲ ὅτι σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείστῳ χρώμεθα ἐπεισάκτῳ, βουλόμενος τῆς σιτοπομπείας κύριος γενέσθαι, παρελθὼν ἐπὶ Θρᾴκης, Βυζαντίους συμμάχους ὄντας αὐτῷ, τὸ μὲν πρῶτον ἠξίου συμπολεμεῖν αὐτῷ τὸν πρὸς ὑμᾶς πόλεμον· ὡς δ' οὐκ ἤθελον, οὐδ' ἐπὶ τούτοις ἔφασαν τὴν συμμαχίαν πεποιῆσθαι, λέγοντας ἀληθῆ, χαρακώματα βαλλόμενος πρὸς τῇ πόλει, καὶ μηχανήματ' ἐπιστήσας, ἐπολιόρκει.* — quam Byzantii urbis obsidionem Philippum solvere coegerunt Athenienses. Idem Orator ibidem p. 347 B: *τί ἂν οἴεσθε εἰ τότ' — ἅμα Εὐβοίας, καὶ Θηβῶν, καὶ Βυζαντίου κύριος κατέστη, τί ποιεῖν ἄν; — τοῦ μὲν Ἑλλησπόντου διὰ Βυζαντίων ἐγκρατὴς καθέστηκε* (leg. *κατέστη*), *καὶ τῆς σιτοπομπείας τῆς τῶν Ἑλλήνων κύριος γέγονε.* Et in eadem oratione p. 355, C: *τὴν σιτοπομπείαν, ὅπως παρὰ πᾶσαν φιλίαν ἄχρι τοῦ Πειραιῶς κομισθήσεται προϊδέσθαι.* Pars hujus negotii, quae constabat comitatu navium bellicarum ad tuendas onerarias frumentum vehentes, dicebatur *ἡ παραπομπὴ τοῦ σίτου*: v. c. in Psephismate, eadem oratione prodito p. 323, A, et Adverf. Polyclem. p. 708, C. Illa imitatus est Aristides Or. XXVII, T. I, p. 369: *καὶ μὴν εἰ τὸν Ἑλλήσποντον περὶ πλείονος τῆς Ἀττικῆς ποιού-μεθα*

σθαι, τῆς σιτοπομπείας ἕνεκα, πόσῳ τοῦ γε Ἑλλησπόντου τὴν Σικελίαν εἰκός; ὁ μέν γε τῶν ἐκ τοῦ Πόντου πλοίων τὴν παραπομπὴν ἡμῖν ἔχει, ἡ δ' ἀντ' ἀμφοῖν τῶν χωρίων τούτων γίγνεται. Orat. Pro IV viris T. II, p. 205: καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνό γε ἔστιν εἰπεῖν ὡς τὸν μὲν σῖτον ἔδει κατὰ θάλατταν αὐτοῖς φοιτᾶν, τῆς δὲ σιτοπομπείας οὐ χρὴ προϊδεῖν ὅπως ἔσονται κύριοι· οὐκοῦν ἔδει τριήρων καὶ τοῦ ναυμαχεῖν ἐπίστασθαι. Caeterum de rebus Byzantii ante Conftantinum cum caeteri veteres fcriptores fparfim prodiderunt, tum duo juniores de propofito, fed breviter, nec fatis diligenter, addita tamen inftauratione Conftantini; alter *Hefychius Milefius*, cujus parvulum libellum, infcriptum Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως, J. Meurfius cum altero ejusdem libro περὶ σοφῶν edidit Lugduni Batavorum a. MDCXIII, forma octava: alter *Codinus*, de Originibus Cpolitanis, repetitus in Corpore Scriptorum Hiftoriae Byzantinae, Tomo XVII.

P. 22. ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς —] De eximio frumenti numero, publica largitione, a Conftantino alendae novae Urbis plebi decreto, et quotannis cum fub ipfo tum fub ejus fucceſſoribus advecto, breviter Zofimus II, 32, 1, pluribus H. Valefius ad Socratis Hist. Ecclef. II, 13, p. 16, A. Spanhemius ad Juliani Imp. Or,

Or. I, p. 78. D. Ritterus ad Cod. Theodoſ. Tom. V, p. 71 et 73.

P. 22. Κωνσταντῖνος τὰς ἄλλας χηρώσας πόλεις — φθεγγομένων τοὔνομα.] χηρώσας exquiſitius pro κενώσας, ut Latinis *viduans* pro *vacuefaciens*, recte ex codice Vaticano receptum pro vulgato χειρώσας, *ſubigens*, *expugnans*. Olim a me in Ep. Crit. ſic emendatum occupaverat Weſſelingius in Disſertatione Herodotea p. 86. Ex eodem codice postea confirmavit eruditisſimus Baſtius in Ep. Crit. ad Boisſonadium; p. 47, laudans et Toupium in Emendationibus Heſychianis item corrigentem. Reliqua hujus loci pars, et prava compoſitione, et librariorum cum interpolatione tum omisſione, laborat; ut auctor quid cogitaverit, univerſe appareat: quid ſcripſerit, ſingillatim non appareat: in his postrema pertinent ad novum nomen urbis *Conſtantinopolim*, quod Conſtantinus memorari et nominari cupiebat ab incolis, vix illud nominantibus; quippe adhuc veteri nomini *Byzantio* adſuetis. Byzantii autem antiquitus male audiebant ut temulentiae dediti: et iſtam veterem infamiam ab Eunapio ſignificari opinatur J. Meurſius ad Heſychium Mileſium p. 247.

P. 23. Συμβέβηκε δὲ τῇ θέσει τοῦ Βυζαντίου, μηδ' εἰς πλοῦν ἁρμόζειν τῶν καταφερομένων πλοίων ἂν μὴ καταπνεύσῃ νότος ἀκραὴς καὶ ἄμικτος.] i. e.

Ac-

Accidit autem situi urbis Byzantii, ut non conveniat navigationi advenientium navium, nisi validus et purus auster adflaverit. Hoc accipiendum de navibus, quae ex mari Aegaeo veniunt, ex Aegypto, tota Asia, Syria, Phoenicia, de quibus modo dixerat; nam ex Ponto Euxino venientibus, et Bosporum intrantibus, facilis erat, propter impetum maris in Propontidem influentis, in portum Byzantii appulsus. Luculente rem exposuit Polybius IV, 43, 44.

P. 23. τοῦ πολλάκις συμβαίνοντος κατὰ τὴν ὡρῶν φύσιν συμβάντος.] i. e. *quum id accidisset, quod secundum anni tempora saepe accidere soleret.* Et Gronovius ex Mediceo codice annotavit ὡρῶν atque ὅ, τε: et a me quondam correctum συμβαίνοντος, pro vulgato ἐμβαίνοντος, confirmavit codex Vaticanus.

P. 23. παρεθέντες] Recte repositum e codice Vaticano, monente Bastio in Ep. Crit. p. 100, i. e. *defatigati, dissoluti viribus, fatiscentes*, pro vetere παραθέντες, quod hic nihili est. Unde Ruhnkenius ad Timaei Lex. Plat. p. 206, conjecit παρατωθέντες, *distenti, dilati:* quod praeferrem, si scriptus liber addiceret.

P. 23. κατέδησε τοὺς ἀνέμους δι' ὑπερβολὴν σοφίας] Ut Aeolus in Odyss. K, 20, βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα. Verbum frequens in hac re, ibidem vers. 23 et H, 272: et ab aliis scripto-

toribus usurpatur de arte magica, ut ostendimus ad Plutarchi Moralia p. 138, B.

P. 23. ἀπήγχετο] i. e. *invidia rumpebatur*, ut olim, verto. Simplex ἄγχω, unde Latinum *ango*, est *fauces comprimo*: hinc ἀπάγχω *suffoco*, et ἀπάγχομαι in verbo Medio, *me ipse suffoco*, *suspendo*, *laqueo fauces frango*: dicitur item de animi dolore, ex invidia, pudore, ira, aliaque perturbatione orto, ita habentem urgente, ut eum propemodum ad voluntariam suspendii necem adigat: convenitque cum Latino *strangulare*, apud Ovidium Trist. V, 1, 63: *strangulat inclusus dolor, atque exaestuat intus*, et alios, apud Forcellinum in Lexico notatos. Dicitur etiam ῥήγνυσθαι, *rumpi*: quocum jungit Epictetus Diss. II, 20. p. 301: ἀπάγξασθαι ἂν αὐτὸν ἐποίησα ῥηγνύμενον· i. e. *fecissem, ut iracundia ruptus se ipse suspendisset.* Verbum ineunte superiore saeculo valde tractatum, contrariis *de morte Judae* disputationibus Jac. Gronovii et Jac. Perizonii, quorum hic recte, praeter propriam, etiam metaphoricam significationem *doloris animi* tuetur: videatur ipse ad Aelianum Var. Hist. V, 9: et in *Dissertatione de morte Judae, et verbo* ἀπάγχεσθαι p. 106, et 136: et Raphelius ad Euang. Matthaei XXVII, 5.

P. 23. διάφορον οὐδὲν] Veteri lectioni δύσφορον, i. e. *non molestum, non recusandum, est*, hanc

hanc non praeferam: quippe quae, si forte secundum analogiam possit accipi pro *non a me ex proposito meo alienum est*, tamen usu hujus significationis caret.

P. 24. Τῶν ἐξ Αἰγύπτου τις περὶ τὸ καλούμενον ΜΕΘ' ἩΜΑ͂Σ συντεταμένων] Lego ΜΑΘΗΜΑ: ultima litera Σ ex proxime sequente orta: i. e. *Aegyptius aliquis deditus studio scientiae vulgo dictae mathema:* i. e. genethliacae, horoscopicae; Sic enim nomen μαθηματικὸς à Graecis et Latinis frequentatur, ut vel Lexica docent. Συντετάσθαι est *intentum esse alicui rei, studere rei.* Plutarchus Animi Tranquill. p. 473, C: συντετάσθαι πρὸς τὸ μέλλον ἀεὶ ταῖς φροντίσιν. Curiosit. p. 524: ἐπ' ἄλλα συντέταται ἀεὶ καὶ ἀγρυπνεῖ. Dio Chrys. Or. IV, p. 74, C: περὶ τὴν τοῦ ἀργυρίου κτῆσιν ἔμφρων καὶ συντεταμένος. Amphis apud Athenaeum, X, p. 448, A: Ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ συντετάχθαι διὰ τέλους Φρόνησις οὖσα διὰ τὸ λεπτῶς καὶ πυκνῶς Πάντ' ἐξετάζειν δίδωσιν ἐπὶ τὰ πράγματα Ὁρμὴν προχείρως· — ubi legendum συντετάσθαι. Sic et Participia συντεταμένος et συντεταγμένος confundi solent. Epictetus Diss. I, 10, init. Εἰ οὕτω σφοδρῶς συντετάμεθα περὶ τὸ ἔργον τὸ ἑαυτῶν, ὡς οἱ ἐν Ῥώμῃ γέροντες, περὶ ἃ ἐσπουδάκασι, τάχ' ἄν τι ἠνύομεν καὶ αὐτοί. III, 3, p. 367: περὶ τοῦτο συντετάσθαι. Hierocles Aur. Carm. p. 10: ἀεὶ πρὸς τὰ ἐκείνου ἀγαθὰ συν-

συντεταμένους· p. 714: ἵνα οὖν πάσας τὰς δυνάμεις τῆς λογικῆς ψυχῆς συντεταμένας ἔχωμεν πρὸς τὰ τῶν ἀρετῶν παραγγέλματα.

P. 24. παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν — ὠθεῖται εἰς τὸ πολυτελέστερον τῶν καπηλείων, καὶ ξηρός τε εἶναι — ἔφασκεν, καὶ ὑπὸ δίψους αὐτίκα μάλα ἀποπεπνίξεσθαι —] Junius πόλιν vertit *Conſtantinopolim:* perperam, puto; quippe quae nascente Ablabio adhuc Byzantium erat, et anno demum noſtrae Aerae 330 novo *Conſtantinopolis* nomine inaugurata est; quam ille, mortuo Conſtantino a. 337, Praefectura Praetorii dejectus et interfectus tradatur. Conferatur Tillemontius Hiſtoriae Imperatorum Tom. IV, p. 95, 112, 127, cum Jac. Gothofredo, Proſopographiae Codicis Theodoſ. Tom. VI, Part. I, p. 35. Ergo *Roma* intelligenda, per excellentiam *Urbs*, πόλις, dici ſolita. Italicorum cauponum ſolertiam attingit Plutarchus Sympoſ. II, 10, p. 633, D: quod frustra, ut ignominioſe dictum accipiens, Hier. Mercurialis Var. Lect. III, 8, refellere ſtudet. De *ſiti* ξηρὸς et ξηρότης non infrequens est: ſic Plutarchus Sympoſ. VI, 2, p. 688, D: διψῆν δι' ἔνδειαν καὶ ξηρότητα τοῦ λοιποῦ σώματος. VII, 1, p. 699, E: δίψος ἕπεται περιφλεγέστατον ὑπὸ ξηρότητος ἢ θερμότητος. Lucianus Timone T. I, p. 128: ὥσπερ ὁ Τάνταλος, ἄποτοι καὶ ἄγευστοι, καὶ ξηροὶ τὸ στόμα —.

P.

P. 24: *μαιώσασθαι γυναῖκας ἐπὶ τῷ λοχεύεσθαι*] Redundanter dictum, *obstetriciam operam adhibere mulieribus ad pariendum:* nisi forte postrema *ἐπὶ τῷ λοχεύεσθαι* per errorem suscepit ex sequente *ἐπὶ ταῖς λοχείαις*. De usu horum verborum videatur Pollux, IV, 208.

P. 24: *καὶ γὰρ οὕτως εἶχεν*] Parenthesi inclusum difficultatem loci minuit quidem, nec tamen tollit. Nexus cogitationis est: *mulier vicina periclitatur puerperio, nisi statim veneris.* Atqui illa jam periclitabatur, antea quam obstetrix veniret. Igitur illud *nisi statim veneris* graviorem quamdam caussam requirit; quae apparebit, si verba apposita sic refingamus, *καὶ γ' ἀνιάτως ἔχει κ. τ. λ*: i. e. — *nec servari potest, nisi cito veneris.* Verisimilem hanc mutationem esse, affirmare audeo: veram, non dum audeo. Forma loquendi usu cognita: v. c. apud Platonem Leg. IX, p. 655, G: *ἂν ἀνιάτως εἰς ταῦτα ἔχοντα αἴσθηται νομοθέτης*: et alibi. Demosthenes Or. de Corona in fine: *εἰ δ' ἄρ' ἔχουσιν οὕτως ἀνιάτως.* Himerius Orat. XIV, 19, p. 642: *ἀνιάτως δὲ πρὸς τὴν μεταβολὴν τοῦ τρόπου τοῦ Φαλάριδος ἔχοντος.*

P. 24. *θερμὸν ὕδωρ ἐπιβαλεῖν.*] De more aquam calidam vino affundendi, Schottus Observ. Human. V, 28, allato hoc Eunapii loco. *Οἶνος ἠρτυμένος*, *vinum conditum*, ab aliis dicitur

ἀνδοσμίας, *εὐώδης*, et aliis nominibus passim, apud Pollucem et Athenaeum.

P. 25: *παίγνιον τῆς εἰς ἅπαντα νεωτεριζούσης Τύχης.*] Et dea est *Τύχη*, et *homo* in proverbio dicitur *θεῶν παίγνιον*, quod a Platone, ut videtur, ortum latius manavit. Sic apud eum Leg. I, p. 573, C: *θαῦμα μὲν ἕκαστον ἡμῶν ἡγησώμεθα τῶν ζώων θεῖον, εἴτε ὡς παίγνιον ἐκείνων, εἴτε ὡς σπουδῇ τινι καθεστηκός.* et VII, p. 633, G: *ἄνθρωπον δὲ, ὅπερ εἴπομεν ἔμπροσθεν, θεοῦ τι παίγνιον εἶναι.* Aristides Or. Pro IV viris T. II, p. 259: *οὕτω καὶ τὸ σὸν, ὦ Πλάτων, σώζεται τὸ, ἄνθρωπον θεοῦ εἶναι παίγνιον.* Synesius De Providentia, p. 120, D: *καί μοι δοκεῖ παγκάλως εἰρῆσθαι, θεοῦ παίγνιον ἄνθρωπον εἶναι.* Scriptor non nominatus apud Suidam in Voce *Ζήνων ὁ βασιλεύς*· — *θεοῦ παίγνιον ἄρα, εἶπεν, ὁ ἄνθρωπος.* Plautus Captiv. Prolog. 22: hinc duxit *Enimvero Dî nos quasi pilas homines habent.* Videatur et Junius ad Erasmi Adagia p. 652. Ad sententiam hujus loci Eunapiani facit alius scriptoris non nominati, qui fortasse est ipse Eunapius, in opere historico, apud Suidam in Voce *Νεωτερίζειν*· *Ὁ δὲ βάρβαρος οὐδὲ ἐπὶ τὴν νεωτερίζουσαν τὰ πράγματα τύχην ἔσχεν ἀνενεγκεῖν τὴν αἰτίαν* —·

P. 25: *Σώπατρον ἀπέκτεινεν αἰτίαν ἐπενεγκὼν τῆς Σωκρατικῆς εὐηθεστέραν, ὥσπερ ἀτάκτῳ δήμῳ τῷ τό-*

τότε βασιλεύοντι.] In Ep. Crit. olim interpretatus sum quasi ex elliptica comparatione, in hanc sententiam: *Sopatrum interfecit, crimen ei inferens ineptius eo, quod Athenienses Socrati intulerant; et tanto quidem ineptius, quanto prudentiorem esse oportet regem, quam levem populum.* Eamdem rationem retinui in Annotatione ad Selecta Hist. Gr. p. 400, hunc locum comparans cum Xenophonteo et Herodoteo, et verbo memorans animadversionem meam de elliptica comparativarum constructionum ratione, proditam Biblioth. Crit. Part. X, p. 64: cui alia nostra de eodem genere animadversio potest addi Part. I, p. 19: V, Praefat. p. VIII, et XII, Cur. Postet. p. 4: item locus Platonis huic Eunapiano et forma et argumento similis, ubi Socrates de sua ipse caussa dicit in Apologia p. 368, D: Φημὶ γὰρ, ὦ ἄνδρες, εἴ με ἀποκτενεῖτε, τιμωρίαν ὑμῖν ἥξειν εὐθὺς μετὰ τὸν ἐμὸν θάνατον πολὺ χαλεπωτέραν νὴ Δία ἢ οἵαν ἐμὲ ἀπεκτείνατε· i. e. *dico enim, o Athenienses, si me interfeceritis, statim post meum obitum vobis poenam venturam multo graviorem, quam ea est qua me interfecistis:* quasi dicat, *mortem mihi inferentes, non solum vos ipsi privabitis bono cive, praeceptore et admonitore, sed, quod gravius etiam est, in vos excitabitis juniores meos discipulos, qui vos vituperent et exagitent.* Sed

eruditissimus Boissonadius nostram rationem improbans, δήμῳ et βασιλεύοντι pro Dativis Consequentiae accipit. Qui quidem Dativi Consequentiae hic nobis non probantur. Est sane impedita haec Eunapii dictio: et nisi illo, quo diximus, modo, forte alio, qui postea nobis in mentem venit, expedienda. Nam Dativi illi referuntur vel ad εὐηθεςέραν, ut adhuc accepimus, *stultiorem regi quam populo*, i. e: *graviorem imprudentiae notam regi quam populo inferunt:* vel ad ἐπενεγκὼν, i. e: *Ablabius interfecit Sopatrum, inducens regem in culpam ineptiorem, quam illa fuerat, in quam Athenienses interficiendo Socrate inciderant.* At huic rationi obstat, quod sic Eunapius loquendi usum migrasset, quo accusator accusato dicitur ἐπιφέρειν αἰτίαν, non autem suasor sceleris ei, cui suadet ac persuadet: v. c. Plato leg. IX, p. 653, C: οἷς ἂν προδόσεως αἰτίαν ἐπιφέρων τις εἰς δικαστήριον ἄγῃ. Demosthenes Adv. Aristocratem p. 459, B: αὐτῷ τῷ τὴν αἰτίαν ἐπενεγκόντι δίδωσι. Adv. Eubulidem p. 540, A: σημεῖον τοῦ ψευδεῖς ἡμῖν αἰτίας τοῦτον ἐπιφέρειν. Adv. Olympiodorum p. 695, A: αἰτίας ψευδεῖς ἐπιφέρει. Plutarchus in Pericle p. 169, A: τοῦ δὲ μὴ λυθῆναι τὸ ψήφισμα, πάντες ὡσαύτως τὴν αἰτίαν ἐπιφέρουσι τῷ Περικλεῖ· i. e: *culpam autem non abrogati decreti omnes in Periclem conferunt.* Arato p.

p. 1048, B: καὶ τῶν ἄλλων ἐκείνῳ τὰς αἰτίας ἐπιφέρουσι. Itaque, quod dixi, alia nobis in mentem venit ratio, quae hujusmodi est, ut postrema addito participio ſic expleantur, ὥσπερ ἀτάκτῳ δήμῳ τῷ τότε βασιλεύοντι χρώμενος: quod facile excidere potuit propter ſimilitudinem proxime ſequentis nominis Κωνσταντῖνος: hac ſententia, *Sopatrum interfecit, crimen ei inferens, eum ventos cohibuisſe; quod abſurdius ſane erat crimine, quo Athenienſes Socratem condemnaverant, quod ſcilicet novos deos induceret, et juventutem corrumperet: itaque hoc perſuadens regi, qui tunc erat, eum tractabat ut levem populum.* Hoc ſenſu non infrequens est χρῆσθαι, ſed fere ſine particula comparativa: v. c. ſic Plutarchus in Romulo p. 24, D: τοῖς μὲν ἄλλοις ἐχρῆτο δήμῳ· i. e. *caeteris tamquam populo uſus est.* Fabio Max. p. 181, D: χρήσασθαι τοῖς πταίσμασι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπόν. *Uti erroribus ſuis pro admonitionibus in poſterum.* Subinde etiam ὡς additur v. c. in Pericle p. 173, C: μηδὲ χρήσασθαί τινι τῶν ἐχθρῶν ὡς ἀνηκέστῳ· i. e. *neque eum tractasſe quemquam inimicum ut inſanabilem.* De Pythiae Oraculis p. 396, D: χρησόμεθα τούτοις ὡς ἄριστα καὶ κάλλιστα πεποιημένοις. Xenophontis illud M. S. III, 14, 4: ὁπότερα τῷ σίτῳ ὄψῳ, ἢ τῷ ὄψῳ σίτῳ χρήσεται, Athenaeus V, p. 186, D: addito ὡς re-

reposuit, τίς ὑμῶν τῷ μὲν ἄρτῳ ὡς ὄψῳ χρῆται, τῷ δ' ὄψῳ ὡς ἄρτῳ. Idem XV, p. 700, E: τούτῳ δ' ἐχρῶντο λαμπάδι· quod mox plenius ponit, ἐχρῶντο δ' αὐτῷ ὡς λαμπάδι.

P. 25: Ἀβλαβίῳ δὲ τὸν παῖδα κατέλιπε κ. τ. λ.] Jos. Scaliger ad Eusebii Chronicon p. 251, haec annotavit: „Ablabius septennio ante cum „Basso consulatum gesserat: quem Eunapius, in „Aedesio, quod satis mirari non possum, relic„tum a Constantino consortem imperii filiis suis, „et jussu Constantii κρεουργηδὸν κατακοπῆναι, „*frustillatim* concisum, eodem scilicet mortis „genere, quo ipse procuraverat Sopatrum de„medio tollendum sub Constantino. Constantinus „vero, συμπεισθεὶς τῇ συκοφαντίᾳ Ἀβλαβίου, κα„τακοπῆναι κελεύει τὸν Σώπατρον. Quare κατα„κοπῆναι *securi percuti* verteret eruditus interpres „caussam non capio; caet." Et ego haec a magno viro scripta mirarer; nisi appareret eum in his scribendis memoriam potius suam et adversaria secutum esse, quam Eunapii librum inspexisse. *Reliquit Constantinus Constantium Ablabio*, quod Constantini portio esset *Oriens* cum Thracia et Constantinopoli; qua in urbe pater Constantinus habitaverat, et item Ablabius adhuc habitabat, ut Praefectus Praetorio Orientis: συμβασιλεύσαντα μὲν αὐτῷ, i. e. Constantium, qui cum patre Constantino regnaverat; quippe pater tres deinceps suos

fi-

filios, Constantinum, Constantium et Constantem, Caesares creaverat collegasque assumserat. Errores autem Hadriani Junii, viri caeterum egregii, in Eunapio Latine vertendo, non nisi graviores obiter notamus: leviores lectoribus advertendos relinquimus.

P. 25: διαδεξάμενον δὲ τὴν ἀρχὴν] δὲ, quod Boissonadius ex conjectura addidit, ex Mediceo codice etiam annotavit Gronovius; ad hunc enim locum, non ad sequens διαδεξάμενος δὲ, referenda est Editoris notula; quippe in quo omnes editiones δὲ jam habuerunt.

P. 25: τὰ ἐξ Ἰλλυρίων εἰς τὴν ἑώαν καθήκοντα.] Haec portio fuit Constantii: *inde ab Illyrico* Thraciae pars, Constantinopolis, Asia, Syria, Aegyptus. Ergo Illyricum non item hac portione continebatur. Videatur Jac. Gothofredus in Chronologia Codicis Theodos. T. I, p. XXXXVIII, et doctissimus Zosimi editor, Jo. Frid. Reitemeierus II, 39, p. 560 et 561. Ἑώαν recte et vere ex codicibus restituit Boissonadius. Antea legebatur νέβιαν; unde Junius corrigebat Νέσιβιν; quod viri docti passim probarunt. Gronovius haec notavit: „*Mediceus* Εὐΐαν, *su*„*pra* τὸ υ *adscripto* β." Hoc sane prope ad ἑώαν accedit.

P. 26: ἑταιρικὸν] Est quae *cohors amicorum* dicitur apud Suetonium Calig. 19: Curtium VI,

2, 11: 7, 17: et *sodales* X, 4, 18: et sodalitium factionis apud Plutarchum in Lysandro p. 435, E: προτρέπων καὶ παροξύνων ἑταιρικὰ συνίστασθαι. Dio Cassius XXXV, 57, de Triumviris: συμφρονησάντων δὲ ἐκείνων, καὶ τὰ ἑταιρικὰ σφῶν ὡμολόγησαν. XLVII, 5: τὴν τοῦ ἑταιρικοῦ σωτηρίαν, *salutem sodalium*: et *collegia*, sic apud eumdem dicuntur. Josephus Ant. Jud. XIV, 5, 2: τὸ Ἀντιπάτρου ἑταιρικὸν, sunt *cohortes auxiliares Antipatri*.

P. 26: χωρία πάλαι παρεσκευασμένα, βασιλικάς τε καταφυγὰς καὶ ῥαθυμίας ἔχοντα·] Latinis καταφυγαὶ sunt *secessus*, villae, praedia, otiando accommodata. Plutarchus in Alcibiade p. 204, C: Τισσαφέρνης — παραδείσων τὸν κάλλιστον, καὶ ὑδάτων καὶ λειμώνων ὑγιεινῶν ἕνεκεν, καὶ διατριβὰς ἔχοντα καὶ καταφυγὰς ἠσκημένας βασιλικῶς καὶ περιττῶς, Ἀλκιβιάδην καλεῖν ἔθετο. Idem in Cicerone, de hujus ad Cajetam villa, p. 885, B: ἔχων ἐκεῖ χωρία καὶ καταφυγὴν ὥρᾳ θέρους φιλάνθρωπον, ὅταν ἥδιστον οἱ ἐτησίαι καταπνέωσιν.

P. 26: τινὰς — οὐκ ὀλίγους] *quosdam non paucos*, i. e. *multos quosdam*, *quosdam nec paucos*, πολλούς τινας. Diximus de hac forma ad Plutarchum de Sera Num. Vind. p. 125: et ad Platonis Phaedonem p. 116.

P. 26: τῇ γνώμῃ διῃρμένος] *animo elatus*. Dictionis modum attigimus ad Plutarchum de Super-

perstitione p. 165, C. et in hac Annotatione Eunapiana p. 18.

P. 26: *συγχωρηθέντες εἰσελθεῖν*] ad verbum *permisſi intrare*, i. e. *intromisſi*, dat quoque Mediceus.

P. 26. *τῆς Προνοίας*] Pricaeus ad Appulejum laudatus etiam a Gronovio ad h. l. Plura talia dicta pasſim occurrunt apud Veteres, in primis Plutarchum de Sera Num. Vindicta, Aelianum in Fragmentis librorum de Providentia, Ciceronem de Divinatione I, Senecam, caet.

P. 27: *ἀνακαλύψας ἔτι τὰ βλέφαρα, καὶ περίφοβος ὢν ἔτι*] Prius *ἔτι* in *ἄρτι* mutandum cenſebam, non tantum quod inepta esſet haec repetitio, ſed etiam quod ſententiae repugnaret, quae priore loco notionem *τοῦ modo* poſtularet, quod est *ἄρτι*; nam *ἔτι* valet *adhuc*, et hoc loco bis poſitum ſenſui officit, *diductis adhuc palpebris, metu adhuc conterritus;* at recte procedit, *diductis modo palpebris, metu adhuc conterritus.* Sic opponuntur apud Xenophontem Hellenic. V, 1, 9: — *ἐξ ἐνίων μὲν τῶν νεῶν ἄρτι ἐξέβαινον, οἱ δὲ καὶ ἔτι ὡρμίζοντο, οἱ δὲ καὶ ἔτι κατέπλεον.* Himerius Eclog. X, 12: *ψυχὴ πᾶσα ἄρτι σχισθεῖσα τῆς ἄνω λήξεως ἔναυλον ἔτι φέρει τὴν θέαν τῶν ἀγαλμάτων ἐκείνων ἃ τότε εἶδεν.* Ergo hoc loco prius *ἔτι* aut ſic mutandum; aut adeo omittendum, ut Junius fecit.

P. 27. *τὸν μὲν νοῦν ἐμέμνητο τῶν εἰρημένων* —]

Sic olim νοῦν correxi pro vulgata librorum lectione οὖν. Est enim νοῦς, *ſenſus et ſententia dicti*, vulgo διάνοια, σημαινόμενον, et ſaepe distinguitur à verbis. Sic τὴν λέξιν εἰς νοῦν βάπτειν, *dictionem ſententiâ tinguere:* de quo ſupra ad p. 12, diximus. Eadem ſignificatione uſus est in hoc vocabulo Plutarchus Moral. p. 42, A. 44, D. 408, E. 740, B. 803, E; de Phocione, πλεῖστον αὐτοῦ τὸν λόγον λέξει βραχυτάτῃ νοῦν περιέχειν· quod repetitur in Phocione p. 850, D. 1146, E, βαθύτερός ἐστι νοῦς ἐγκεκρυμμένος τοῖς ἔπεσι. Ariſtides T. I, p. 41, 386. Diphilus apud Athenaeum VI, 247, C, festive: quum alter ſententiam quamdam, quaſi Euripidis, citat, alter quaerit: *ubi hoc dixit Euripides?* ille reſpondet: *nil ad rem; ſenſus, non liber ſpectandus est:*

A. Πόθεν ἐστὶ ταῦτα πρὸς θεῶν; B. Τί δέ σοι μέλει;
Οὐ γὰρ τὸ δρᾶμα, τὸν δὲ νοῦν σκοπούμεθα.

In ſimili disjunctione est illud Platonis ex Phaedro p. 337, D: τῷ γὰρ ὄντι, ὦ Σώκρατες, παντὸς μᾶλλον τά γε ῥήματα οὐκ ἐξέμαθον· τὴν μέντοι διάνοιαν σχεδὸν ἁπάντων, οἷς ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρῶντος ἢ τὰ τοῦ μὴ, ἐν κεφαλαίοις ἕκαστον ἐφεξῆς δίειμι —·

P. 27: διωλίσθανε] Eleganti metaphora dicitur de rebus, quae è memoria excidunt. Alciphron III, 11: οἶδα ἀκούσας ἄλλά τινα δαιμόνων ὀνόματα,

τα, ὧν διὰ τὸ πλῆθος ἀπώλισθέ μοι τῆς μνήμης τὰ πλείονα· sic Toupius ad Longinum p. 161 verisſime emendavit vulgatum ἀπολεῖσθαι· quo Bastius nupero editori addendum ſuppeditavit Ariſtophanis dictum Ecclef. 285: — τοῦτο γὰρ χρὴ Μεμνημένας ἀεὶ λέγειν ὡς μήποτ' ἐξολίσθῃ. Menander Hiſtoricus apud Suidam in Ἀπετάφρευε· — Ῥωμαίοις γὰρ μὴ βουλομένοις ἦν τὸ χρῆμα, καὶ εἰς λήθην κατώλισθεν. In ſimilibus translationibus uſurpatur ὀλισθάνειν, ejusque compoſita v. c. Plutarcho Moral. p. 66, B. 90, C. 405, E. 475, C: Luciano Piſcator. T. I, p. 599. Sic ὀλίσθημα, de quo egimus ad Plutarchi Moralia p. 49, C.

P. 27: τὴν ὄψιν καὶ τὸ πρόσωπον ἀποσμῆσαι τῷ ὕδατι βουλόμενος.] Fecit ex more priscae religionis, ut viſo divino ſomnio, id est, eo, cui divinandi vim inesſe putaret, illud propitiaret, oculos et vultum pura aquâ lavans. Ad hanc enim religioſam, non ad quotidianam communem munditiae causſa uſurpatam, lavationem haec Eunapii narratio referenda est. Igitur ὄψιν ſic accipiendum, ut vel ſimul *oculos* et *ſomnii viſum*, vel unice hoc postremum, ſignificet. Sic Eunapius in Maximo fin. p. 64, quod modo ὄναρ dixerat, continuo dicit ὄψιν· et de adſpectu divinorum oſtentorum p. 66, 78, 77 edit. Genev. et ſic ſaepe apud alios. Plutarcho Conſolat.

Apol.

Apollonii p. 109, C, Elysius dicitur ἐγκοιμᾶσθαι καὶ ἰδεῖν ὄψιν. Sympos. p. 734, E, τῶν καθ' ὕπνου ὄψεων. Vitarum p. 126, A. 402, D. 490, C. 506, D. 636, A. 655, D. 678, C. 679, E. 689, A. 693, A. 694, E. 728, B. 738, A. 740, C. 859, D. 890, D. 896, F. 922, F. 962, A. 993, D. 1003, B. Pausanias item passim, p. 241. 311. 342. 453. 517. 533. 575. 675. 889. 898. Ne vero quem offendat *abluere somnium:* non modo in Eunapio neminem offendere haec tralatio debet: sed hoc loco etiam commendatur communione nominis πρόσωπον, in quo proprietatem habet *abluere.* Et hoc ipso modo, in eadem religione Aristophanes Ranis 1379: Aeschylum inducit famulos alloquentem:

> Ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε,
> Κάλπισί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε,
> Θέρμετε δ' ὕδωρ,
> Ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω.

Ipse Aeschylus, citatus a Berglero, in Persis 200, Atossam somnii visum procurantem his verbis facit:

> Καὶ ταῦτα μὲν δὴ νυκτὸς εἰσιδεῖν λέγω·
> Ἐπεὶ δ' ἀνέστην, καὶ χεροῖν καλλιῤῥόου
> Ἔψαυσα πηγῆς σὺν θυηπόλῳ χερὶ
> Βωμῷ προσέστην, ἀποτρόποισι δαίμοσι
> Θέλουσα θῦσαι πέλανον, ὧν τέλη τάδε.
> Ὁρῶ δὲ φεύγοντ' αἰετὸν πρὸς ἐσχάραν
> Φοίβου —.

Ad-

Adde Brunck. Ariſtoph. Not. T. I. p. 214. Virgilii Aen. IX, 22, Turnus, accepto ſalutatoque Iridis omine,

ad undam
Proceſſit, ſummoque hauſit de gurgite lymphas,
Multa deos orans.

item Perſius II, 16:

Haec ſancte ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
Mane caput bis terque, et noctem flumine purgas.

et Silius Italicus VIII, 124:

Quae dum abigo menti, et ſub lucem ut viſa
ſecundent
Oro coelicolas, ac vivó purgor in amni.

Propertius III, 8, 11.

Surge, et poſcentes justa precare Deos
Ac primum pura ſomnum tibi diſcute lympha.

Ad ridiculum transtulit Martialis XI, 50:

Amphora nunc petitur nigri carioſa Falerni,
Expiet ut ſomnos garrula ſaga tuos.

Appulejus Metamorph. IX, *p.* 753 — *discuſſa pigra quiete, alacer exſurgo: meque protinus, purificandi ſtudio, marino lavacro trado, ſeptiesque ſubmerſo fluctibus capite, quod eum numerum praecipue religionibus aptisſimum divinus ille Pythagoras prodidit, laetus et alacer Deum praepotentem lacrimoſo vultu ſic apprecabar.* — Porphyrius De Abſtinentia IV, 7, de Aegyptiis ſacerdotibus, *εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ*

ὀνει-

ὀνειρώττειν, παραχρῆμα ἀπεκάθαιρον λουτρῷ τὸ σῶμα. At ad communem ac profanum usum pertinent haec Luciani in Amoribns T. II, p. 440, de mulieribus, οὐ γὰρ ὕδατος ἀκράτῳ νάματι τὸν ὑψηλὸν ἀπονιψάμεναι κάρον, εὐθὺς ἅπτονταί σπουδῆς ἐχομένου τινος πράγματος —. et de maribus p. 446; ὄρθριος ἀναστὰς ἐκ τῆς ἀζύγου κοίτης τὸν ἐπὶ τῶν ὀμμάτων ἔτι λοιπὸν ὕπνον ἀπονιψάμενος ὕδατι λιτῷ, τὸν χιτωνίσκον καὶ χλανίδα ταῖς ἐπωμίαις περόναις συῤῥάψας, ἀπὸ τῆς πατρώας ἑστίας ἐξέρχεται. Et Pollux X, 46: Ἐξαναστάντι δὲ ἐξ ὕπνου τὸ πρόσωπον ἀπονίπτεσθαι δέον, ὁ παῖς πρόχουν τινα ἔχων προσοίσει, νεαροῦ τοῦ ὕδατος ἐπιχέων κατὰ λέβητος, ἢ λουτηρίου τινος.

P. 27: Ἦν δ' αὖ] Sic et Gronovius ex Mediceo notavit: et in fine carminis Αἶνον δέ τοι ὧδε νένευκεν idem indidem.

P. 28: πρὸς αἰπόλου τινὸς ἢ βοτῆρος ἑαυτὸν ἐνέτεινε βίον] Plutarchus Reip. Ger. Praecept. 795, E: εἰς ὃ μάλιστα καὶ πρῶτον Λυκοῦργος ἐντείνας ἑαυτὸν κ. τ. λ. Fabio Max. p. 188, F. ἐντεῖναι δέ πως μᾶλλον ἑαυτόν. Sic et Sympos. VIII, 9. p. 731, A: ἐντείνεσθαι εἴς τι, alicui studio intentum esse. Sic supra eamdem vim verbi συντείνεσθαι notavimus: cum ἑαυτὸν item est in Catone Majori p. 342, E, ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς συντείνας ἑαυτόν. Bruto p. 985, C, περὶ ταῦτα συντείνας ἑαυτόν —.

P.

P. 28: *ἀφωστήκεσαν*] i. e. et genere invicem non erunt alieni, quod olim pro vulgato *ἀφεστήκεσαν* correxi, praebuit etiam Mediceus.

P. 29: *τῶν μουσικῶν οὐκ ἀπεῖχε Σειρήνων*] De hac appellatione Sophistis frequenti tradidit L. Cresollius in Theatro Sophist. I, 9, p. 65: honestatem nominis colligere licet ex ejus cum Musis communione apud Platonem Rep. X, p. 520, A: quem locum significat Heraclides Ponticus De Allegoriis Homeri p. 44 ex editione doctissimi Schowii, qui haec ad alium locum in Timaeo retulit. Argumentum subtilius explicat Plutarchus Sympos. IX, 14, p. 745, D.

P. 29. *τὴν Ἀντιόχειαν*] Sub quo Christiano Imperatore haec Antiocheae urbi calamitas accidisset, nominatim declarare debuerat Eunapius. Qui quidem, ut et aliis quibusdam in locis non satis diligentem se historicum praebuit, sic in hac de Antiochea narratione notum hujus Urbis casum perperam ex superiore seculo, sexaginta fere annorum intervallo, ad tempora Constantii transtulit. Nam in hujus imperium, ex numeratione quidem annorum Eustathii, certe ex hujus aetatis existimatione, debebat haec Antiocheae obsidio incidisse. Atqui haec sub illius regno libera fuit à Persarum incursione. Accidit autem ei hoc ipsum sub Gallieno, anno Nostrae Aerae circiter 258. Ammianus Marcellinus

XXIII,

XXIII, 5: „Namque cum Antiochiae in alto silentio scenicis ludis mimus cum uxore immissus in medio sumta quaedam imitaretur, populo venustate attonito, *Conjunx*, *nisi somnus est*, inquit, *en Persae!* et retortis plebs universa cervicibus, exacervantia (an legendum, *ex adverso cadentia*) in se tela declinans spargitur passim. Ita civitate incensa et obtruncatis pluribus, qui pacis more palabantur effusius, incensisque locis finitimis et vastatis, onusti praeda hostes ad sua remearunt innoxii; Mareade vivo exusto, qui eos ad suorum interitum civium duxerat inconsulte. Et haec quidem Gallieni temporibus evenerunt." Valesius ad hunc locum rem accurate ex historicis referens haec addit „*Eunapius*, *in vita Aedesii*, *sub Constantio Aug. id ipsum accidisse scribit*, *cui minime assentior*." Apponit etiam de hac re locum Libanii, ex Oratione De Ulciscenda Juliani Augusti nece: quam tunc ineditam postea edidit G. Olearius Lipsiae 1701, et repetiit J. A. Fabricius Biblioth. Graec. VII: locus autem ibi exstat p. 177: *οὔτε μή τι συμβῇ τοιοῦτον, οἷον καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων, δεδοίκαμεν, οἷς ἐν τῷ θεάτρῳ συγκαθημένοις ἐφειστήκεσαν οἱ τοξόται τὸ ὄρος κατειληφότες.* Conferatur etiam de Eunapii narratione judicium Tillemontii in Historia Imperatorum T. IV, p. 291. Tempora

Gal-

Gallieni et captam cum aliis urbibus Antiocheam attigit P. Wesſelingius Obſervationum I, 17.

P. 29: *καταϰεϰηλημένοι*] Sic et Mediceus. Plutarchus in Numa p. 73, B: *ὁ Ῥωμαίων ἡμέρωτο καὶ κατεκεκήλητο τῇ δικαιοσύνῃ καὶ πρᾳότητι τοῦ βασιλέως δῆμος.* Mario p. 431, F: *ὁ Ἄννιος ὁρᾷ τὸν μὲν Ἀντώνιον διαλεγόμενον, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐκπεπληγμένους καὶ κατακεκηλημένους ὑπ' αὐτοῦ.* Cleomene p. 805, C: *ἀπραγμοσύνῃ καὶ ἡδονῇ κατακεκηλημένων τῶν πολιτῶν.* Antonio p. 932, A: *Κλεοπάτρας ἔρως δοκῶν κατευνᾶσθαι καὶ κατακεκηλῆσθαι τοῖς βελτίοσι λογισμοῖς.* Himerius Orat. XIV, 27, p. 658: *ἐκείνας τὰς ἴυγγας, αἷς οὕτω κατακηλεῖ τοὺς ἀκούοντας·* ubi quod in Emendationibus Graecae orationi ſubjectis legitur, *Reiskium corrigere καταϰαλεῖν*, abhorret ab hujus in Graeca lingua facultate, et operarum vitium videtur. Baſilius M. Comment. in Eſajae Cap. V. p. 143, A: *τῇ ἀκολάστῳ μελῳδίᾳ κατακηλούμενοι.*

P. 29: *ὥστε τὴν πρεσβείαν δι' Εὐσταθίου πεμφθῆναι.*] Testatur Ammianus Marcellinus XVII, 5. *Hanc legationem nullo impetrato remisſam (nec enim effrenatae regis cupiditati reſponderi amplius quidquam potuit) post paucisſimos dies ſecutus est Proſper Comes, et Spectatus Tribunus et Notarius, itemque Euſtathius, Muſo-*

 nia-

niano suggerente, Philosophus, ut opifex suadendi. Valesius memorat Epistolam Basilii M. ad hunc Eustathium, ex qua apparet, quam fuerit doctrinâ et eloquentiâ celebratus, et ab omnibus populis expetitus, et item ejus ad Persas profectio significatur: quae Epistola est CLXV, Tomo III, p. 185, editionis Parisiensis a. 1638. Ad eumdem videtur esse Libanii Epistola CXXIII, judice Wolfio; nam quae *ad Eustathium* significatur 852, est 833, nec *ad Eustathium* sed *ad Eustochium.*

P. 30: (ἦν τε ἀληθῶς). Nil causfae erat parenthesi ponendae: forte operarum errore facta.

P. 30: εὖ πεφυκέναι πρὸς ἀρετῆς ῥοπήν.] Nove et affectate dictum: *videbatur enim bene natus esse ad virtutis inclinationem:* i. e. *natura ei inclinationem ad virtutem indiderat:* vel etiam, *eo enim erat â naturâ praeditus animo, qui ad virtutem non durus esset, sed ea moveri posset.* Frequens quidem usus nominis ῥοπῆς, quo notat *momentum, inclinationem:* cujus notavimus quaedam ad Plutarchi Moralia p. 62, A: multo plura conjunctarum notionum exempla in adversariis habemus, non tamen ejusmodi quae huic loco plane respondeant. Venit mihi aliquando in mentem ἐντροπὴν, *reverentiam:* qua significatione utitur Dio Chrys. Or. XLVI, p. 519, B. ἐντροπῆς τινος ἄξιοι ἦμεν. Jamblichus Vi-

Vita Pythagorae §. 10: κομιδῇ τε νέος ἔτι ὑπάρχων, ἐντροπῆς πάσης καὶ αἰδοῦς ἠξιοῦτο ἤδη. Eustathius ad Odysf. Ξ. p. 1754, l. 45, edit. Rom.

P. 30: τήν τε ὀρθὴν μεταβαλεῖν τιάραν] Apud Perfas foli regi proprium ac praecipuum fuit, rectam gestare tiaram: testimonia veterum Scriptorum collegit B. Brisfonius De Regno Perfarum I, 46, 47.

P. 30: λιθοκολλήτους ἀπολύσαι κόσμους.] Plutarchus Alexandro p. 684, B: περιτραχήλιον ὁμοίως σιδηροῦν, λιθοκόλλητον. Phocione p. 750, D: αὐτὴ δὲ ἡ γυνὴ, ξένης τινὸς Ἰωνικῆς ἐπιδειξαμένης χρυσοῦν καὶ λιθοκόλλητον κόσμον ἐμπλοκίοις καὶ περιδεραίοις, Ἐμοὶ δὲ, ἔφη, κόσμος ἐστὶ Φωκίων εἰκοστὸν ἤδη ἔτος στρατηγῶν Ἀθηναίοις. Lucianus Prometheo, T. I, p. 29: (ἡ κάμηλος) χρυσῷ πᾶσα ἐκεκόσμητο, καὶ ἁλουργίδι ἐπέστρωτο, καὶ ὁ χαλινὸς ἦν λιθοκόλλητος, Δαρείου τινὸς, ἢ Καμβύσου, ἢ Κύρου αὐτοῦ κειμήλιον. Aelian. Var. Hist. XII, 1. Philo Judaeus apud Eufeb. Praep. Evang. VIII, p. 389, A. item in Perfarum regis ornatu defcribendo facundiam expromens, κλίναι λιθοκόλλητοι καὶ ὁλόχρυσοι κ. τ. λ. Pro ἀπολύσαι fortasfe Eunapius fcripferit ἀποδύσαι.

P. 30: καταδρομὴν] *Infectationem*, *invectionem*, *accufationem*, *reprehenfionem:* dicitur etiam in hoc genere de figura rhetorica: quam anno-

tavit Jo. Christ. Theoph. Ernesti, vir doctissimus in Lexico Technologiae Graec. Rhet. p. 170.

P. 31: Τὰ δὲ κατὰ τὴν πρεσβείαν ἅπαντα ἦν ὑπὲρ ἐλπίδα.] Atqui contra nullus fuit legationis fructus. Ammianus Marcellinus XVII, 14: *Hisce iisdem diebus, Prosper et Spectatus atque Eustathius, legati ad Persas, ut supra docuimus, missi, Ctesiphonta reversum regem adiere, literas proferentes Imperatoris et munera: poscebantque rebus integris pacem, et mandatorum memores nusquam ab utilitate Romanae rei majestateque discedebant, amicitiae foedus sub hac lege firmari debere asseverantes, ne super turbando Armeniae vel Mesopotamiae statu quidquam moveretur. Diu igitur ibi morati, cum obstinatissimum Regem, nisi harum regionum dominio sibi adjudicato, obdurescentem ad suscipiendam cernerent pacem, negotio redierunt infecto. Post quod id ipsum conditionum robore pari impetraturi, Lucillianus missus est Comes, et Procopius tunc Notarius, qui postea nodo quodam violentae necessitatis adstrictus, ad res consurrexit novas.* Eunapius Eustathium, ut philosophum, et Jamblichi discipulum, et veteris religionis tenacem, falso legationis feliciter gestae laudibus celebravit, veriora sive sciens sive ignorans: quod po-

potius ipsius auctoritati, quam Eustathii famae, derogare debet. Conferatur item Tillemontius Historia Imperatorum, Tom. IV, p. 176: et de fortuna bellorum Constantii contra Persas adversa, sed varie tamen ab antiquis historicis tradita, Spanhemius ad Juliani Orat. I, p. 168 — 178.

P. 31: διημάρτανον.] Sic et Mediceus pro vulgato ἡμάρτανον. Illud in tali re usitatum est: vel Plutarchus saepissime frequentat: v. c. Moralium, p. 10, E. 40, C. 217, B. 417, F. 1022, F. 1116, D. Vitarum, p. 97, E. 109, B. 280, E. 478, C. 882, F. 908, E. 919, A. 935, F. 963, B. 999, D. 1039, E. 1046, C. Plato Leg. XI, p. 684, C. et alibi. Alia quaedam annotavimus ad Plutarchi Moralia p. 5, E.

P. 31. τό, τε μέγεθος καὶ τὴν χροίαν καὶ τὸ σχῆμα] Tria haec junguntur, ut proprietates corporis subjectae oculorum sensui. Sic in Plutarcheo libro De Placitis Philosophorum, I, 6, p. 897, D: δῆλον δὲ ἐκ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ χρώματος, καὶ τοῦ μεγέθους —. Bina saepius etiam juncta leguntur, v. c. apud Plutarchum in Amatorio p. 765, B: ἔν τε σχήμασι καὶ χρώμασι καὶ εἴδεσι νέων —. Advers. Stoicos p. 1083, C: δύο σώματα ταυτὸν ἔχοντα χρῶμα, ταυτὸν δὲ σχῆμα, ταυτὸν δὲ βάρος καὶ τόπον. De Discrim. Adul. et Amici p. 51, A: καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος τα-

παραπλήσιον ἔχοντα. De Solertia Animalium p. 980, A: ὁ δὲ καλούμενος ἡγεμὼν μεγέθει μέν ἐστι καὶ σχήματι κωβιῶδες ἰχθύδιον. Numa p. 68, D: σχῆμα καὶ μέγεθος καὶ μορφήν. De Primo Frigido p. 947, B. Plato Leg. II. p. 582, C: σώματος χρώματά τε καὶ σχήματα.

P. 31: ψεῦδος γὰρ οὐ μόνον ἔξω θείου χοροῦ ἀλλὰ καὶ λόγου ἵσταται.] Ductum est ex Platonica sententia proditâ in Phaedro p. 345, A: φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται: ut jam Boissonadius annotavit. Est autem magnopere posterorum imitatione et commemoratione celebratum v. c: Luciani in Prometheo T. I, p. 201, ubi interpretes, in primis Hemsterhusius, aliorum id celebrantium locos memorarunt; Maximi Tyrii Dissert. XLI, p. 485, ubi idem egerunt Davisius p. 642, et Marklandus, p. 726. Addatur Plutarchus Sympos. V, p. 679, D: φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται· θεῖος δέ που καὶ ὁ τῶν φίλων χορὸς εὐγνωμόνως διαχεόμενος ἐν ταῖς συμπεριφοραῖς. Non suaviter vivi secundum Epicurum p. 1086, F: φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ καὶ ζηλοτυπία δι' ἀσθένειαν ἀποκρύψαι μὴ δυναμένη τὸ ἀλγοῦν. Philo Judaeus Legis Allegor. Lib. I, p. 51, C: ἡ δὲ κακία πεφυγάδευται θείου χοροῦ: quod argumentum sumtum etiam est ex alio Platonis eoque illustri loco, Theaeteto p. 128, F, de quo egimus ad Phaedonem p. 286.

Za-

Zacharias Mitylenaeus in Dialogo p. 198: *φθόνος γὰρ ἔξω τἀγαθοῦ καὶ ἑνὸς καὶ παντὸς θείου χοροῦ.* Caeterum in dictione pro *χοροῦ* nonnulli usurparunt *λόγου*: certe Plotinus Ennead. I. Lib. I. Diss. II. p. 52, D: *πᾶν γὰρ τὸ ἄμορφον — αἰσχρὸν καὶ ἔξω θείου λόγου.* Et *ἔξω λόγου τίθεσθαί τι* ipsum quoque usu tritum reperitur; unde Eunapius assumsisse videtur.

P. 31: *Καί που τι καὶ παρὰ τὸ ἀνθρώπειον* —] Sic editur è codicibus A. B, loco veteris lectionis *καὶ που τι βίον παρὰ τ. ἀ.* et a Mediceo abest *βίον.* Nec tamen repudiem *βίαιον*, quod Junio in mentem venerat: vel *ὑπέρβιον· aliquid insolentius quam pro humana sorte:* vel *παρὰ τὸν αὐτοῦ βίον καὶ τὸ ἀνθρώπειον·* ut mox p. 33.

P. 31: *μακρότερα ἦν καὶ βραδύτερα* —] Postremum quam vim habeat, non satis apparet. Junius vertit *seriora accidisse:* quod vel de coactis et multo labore extortis, vel de sero oblatis, prodigiis et ostentis accipiendum; nisi forte scriptor *βραχύτερα* dederat.

P. 32: *δέρματα ἐπὶ τῶν νώτων ἐνημμένοι* —] Aristophanes Nub. 72: *διφθέραν ἐνημμένος*; ubi Berglerus eumdem verbi usum apponit ex Eccles. 80, Ranis 428, Avibus 1250. Plutarchus Quaest. Rom. p. 277, C. Sympos. IV, p. 672, A: *νεβρίδα χρυσόπαστον ἐνημμένος.* Artaxerxe p. 1024, A: *τήν τε φαρέτραν ἐνημμένος.* Dio Chrys. Or.

VIII, p. 105, A: τὸ δέρμα ὃ ἐλήλυθε δεῦρο ἐνη-ψάμενος. LXXI, p. 627, D: εἴ τινα ἴδοιεν γεωργοῦ στολὴν ἔχοντα, ἢ ποιμένος ἐξωμίδα, ἢ διφθέραν, ἐνημμένον. Addatur Suidas in Voce Ἐνημμένος.

P. 83. ταυτησὶ τῆς ἐπαινουμένης εὐνοίας — πλεονεκτημάτων] Petrus Petitus Miscell. Obſerv. V, 5, ſic legendum cenſet καὶ τὰ ταυτησὶ — μετ' ὀλιγωρίας πρὸς τὰ τῶν παρ' ἡμῶν πλεονεκτημάτων· atque hunc in ſenſum vertit: *atque humanitatem istam laudatam quaſi pro ridiculo habemus, et beneficia in nos collata penſi non facimus, prae iis quae nos tibi addere posſumus.* Graeca oratio omnino ſic expeditior redditur, quae in vulgata lectione impeditior est, quam ut ſana haberi queat. Ergo dum quis probabiliora adferat hanc mutationem teneam, et ſententiam ſic interpreter: *et nostra à te tantopere laudata benevolentia cum contemtu deridenda et pro luſu habenda est, ſi comparetur cum fructu à te ex nobis percipiendo.* Et dictioni Graecus uſus conſtat. Veluti τὰ τῆς εὐνοίας pro ἡ εὔνοια, et τὰ τῶν πλεονεκτημάτων pro τὰ πλεονεκτήματα: ut Thucydidi II, 60, τὰ τῆς ὀργῆς, Plutarcho in Bruto p. 993, E. τὸ τῆς ὀργῆς, pro ἡ ὀργή: et alia multa, quae aucta virorum doctorum, Dukeri ad Thucydidem IV, 54, Marklandi ad Lyſiam p. 445, edit. Reisk. et aliorum, de hoc

ge-

genere animadverſionibus laudavit eruditiſſimus vir Auguſtus Matthiae, Grammaticae Gr. §. 285. Tum γέλως pro *deridendo*: Plutarchus Adverſ. Stoïcos p. 1075, D: πολὺς ἂν εἴη γέλως ὑμᾶς περὶ σωτηρίας αὐτοῖς προσεύχεσθαι· ibid. p. 1061, A: ἐπὶ τούτοις δὲ σεμνύνειν ἑαυτὸν αἰσχύνη καὶ γέλως· *gloriari de his factis, turpe et ridiculum est.* Numa p. 63, C: ὥστε καὶ γέλως ἂν τ' ἄλλα θεραπεύοντος θεοὺς κ. τ. λ. *ita ut reliquae etiam dotes cultoris deorum ridiculae ſint.* Ariſtides T. I. p. 386. 439. 440. T. II, 8. 339. 350. 368. Libanius Or. De Angar. p. 391: οἷς — γέλως τὰ τοῦ Γύγου· i. e. *Gygis opes.* Porro παίγνιον *luſus, res luſui deſtinata.* Idem Plutarchus Moral. p. 98, E. 609, E. 989, E. 1123, C. Denique μετὰ cum Genitivo idem valet, quod καὶ μετ' ὀλιγωρίας pro καὶ ὀλιγωρία, *et contemtus, i. e. res contemnenda.* Plato Leg. VIII, p. 647, C: ἴσμεν τὸν Ταραντῖνον Ἴκκον — τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένος· i. e. *fortitudinem et temperantiam,* ſeu *junctam temperantiae fortitudinem.* Plutarchus Demetrio p. 907, E, καλὰ καὶ δίκαια τὰ δοκοῦντα βασιλεῖ μετὰ τοῦ συμφέροντος ἡγεῖσθαι. Theſeo p. 1, C, Theſeus et Romulus dicuntur μεταξὺ τοῦ δυνατοῦ τὸ συνετὸν ἔχοντες· ubi correxi μετὰ τοῦ ξυνετοῦ τὸ δυνατὸν ἔχοντες· quod ſumtum eſſet

ex dicto Thucydidis de Theſeo, II, 15: *ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατός.* Imitati ſunt alii: Philoſtratus Heroic. Cap. V, p. 104: *'Ορφεύς ποτε μετὰ τοῦ σοφοῦ καὶ δυνατὸς γενόμενος.* Haec olim a me in Epiſtola Critica ad Ruhnkenium ſcripta memoravit Boisſonadius l. c. p. 508, ſimilis conſtructionis cum praepoſitione *μετὰ* factae exempla apponens. Thucydideum autem dictum *imitati* ſunt etiam Dionyſius Halicarnasſenſis, Antiqu. Rom. I, 31: *Φαῦνος, Ἄρεος, ὥς φασιν ἀπόγονος, μετὰ τοῦ δραστηρίου καὶ συνετός.* Julianus Adverſ. Christianos apud Cyrillum Alexandrinum, IV, p. 116, A: *Λεγέσθω γάρ μοι, τίς αἰτία τοῦ Κελτοὺς μὲν καὶ Γερμανοὺς εἶναι θρασεῖς· Ἕλληνας δὲ καὶ 'Ρωμαίους ὡς ἐπίπαν πολιτικοὺς καὶ φιλανθρώπους, μετὰ τοῦ στεῤῥοῦ τε καὶ πολεμικοῦ· συνετωτέρους δὲ καὶ τεχνικωτέρους Αἰγυπτίους· ἀπολέμους δὲ καὶ τρυφηλοὺς Σύρους, μετὰ τοῦ συνετοῦ, καὶ θερμοῦ, καὶ κούφου, καὶ εὐμαθοῦς.*

P. 33: *Εἰ μὲν οὖν ἀγαθὸν ἔχεις θυμόν*] Respondet Latino *bono animo esſe*, ut ait H. Stephanus Theſaur. Gr. L. T. I, p. 1596, F. addens, quaſi dicas *habere bonum animum;* ut Gallice, *avoir bon courage.* Recte quidem ille: nec tamen dictionis exempla apponit ex ipſis Scriptoribus: quae ſane minus frequentia videntur quam quis putet. Nos haec annotavimus.

He-

Herodoti I, 120: referentis ſermonem Magorum ad Astyagem, *θάρσει τε τούτου εἵνεκα, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν.* III, 85, Oebaris equiſonis ad Darium, item: *θάρσει τούτου εἵνεκα, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν.* Dionis Caſſii LI, 12, T. I, p. 642, Caeſaris Octaviani ad Cleopatram: *θάρσει, ὦ γύναι, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθὸν, οὐδὲν γὰρ κακὸν πείσῃ.* Luciani Hermotimo §. 4, T. I, p. 743: *Ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθόν.* Ad hanc communem rationem interpretandus est Eunapius, non ad praecepta Philoſophorum de virtute *εὐθυμίας*: quam Cicero De Finibus V, 8, ſic memorans: „*Democriti autem ſecuritas*, — „*est animi tamquam tranquillitas, quam ap-* „*pellant εὐθυμίαν*" rem ipſam definit: in ſequentibus autem, 29, etymologiâ nominis vim aperit, dicens: *Democritus — inveſtigatione naturae conſequi volebat, ut esſet bono animo; id enim ille ſummum bonum, εὐθυμίαν, et ſaepe ἀθαμβίαν, appellat, id est, animum terrore liberum.* Neque erat, quare haec moveret Carpzovius.

P. 33: *ὑπτίαις χερσὶ δέξαι τὰ λεγόμενα*] Proverbii vim habet: i. e. *libenter;* dona enim accipienda erant manibus ſupinis, non pronis. Notatis Editoris addantur Baſilius M. Epistola LXXVII, T. III, p. 136, C: *ἕτοιμοι ἡμεῖς ὑπτίαις χερσὶ τὴν παρουσίαν ὑμῶν δέξασθαι.* Joannes Chryſoſtomus Homilia ad Antiochenos VI,

p.

p. 80, E: ἡ κοινὴ πάντων ἡμῶν μήτηρ τοὺς πολλοὺς ἀπλώσασα, καὶ ὑπτίαις ὑποδεξαμένη χερσὶ, καθ' ἑκάστην παρακαλεῖ τὴν ἡμέραν —· Seneca De Ira, III, 20: *in hos enim* (*Macrobios*) *quia non supinis manibus exceperant servitutem, missisque legatis libera responsa dederant, quae contumeliosa reges vocant, Cambyses fremebat.* Suetonius in Vitellio Cap. VII: *Advenientem male animatus erga principem exercitus, pronusque ad res novas, libens et supinis manibus excepit, velut dono Deum oblatum, ter Consulis filium aetate integra, facili ac prodigo animo.* Sic et Deorum imagines supinas manus protendebant, ut dona precantium accepturae: quo in more festive ludit Aristophanes Eccles. versu 772:

Οἴσειν δοκεῖς τιν', ὅστις αὐτῶν νοῦν ἔχει;
Οὐ γὰρ πάτριον τοῦτ' ἐστιν, ἀλλὰ λαμβάνειν
Ἡμᾶς μόνον δεῖ, νὴ Δία· καὶ γὰρ οἱ θεοί·
Γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν γε· καὶ τἀγάλματα
Ὅταν γὰρ εὐχώμεσθα διδόναι τἀγαθὰ,
Ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν,
Οὐχ' ὥστε δώσοντ', ἀλλ' ὅπως τι λήψεται.

Videatur Scholiastes. Qui Deos orant, subinde manibus supinis inducuntur, scilicet ut illorum dona accepturi. Plutarchus in Tito Flaminino p. 382, D: τοῦ Τίτου τὰς χεῖρας εἰς τὸν

οὐ-

οὐρανὸν ὑπτίας ἀνατείναντος, ἑστῶτος καὶ προσευχομένου. Virgilius Aen. III, 176:

Corripio è stratis corpus, tendoque supinas
Ad coelum cum voce manus, et munera libo
Intemerata focis.

IV, 204.

Dicitur ante aras, media inter numina Divom,
Multa Jovem manibus supplex orasse supinis.

ubi alia attulit de hoc ritu eruditissimus interpretum Delacerda. Horatius Carm. III, 23, 1:

Coelo supinas si tuleris manus —.

Ovidius Metamorphos. VIII, 681:

Attoniti novitate pavent, manibusque supinis
Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon.

Sic et in precibus ad homines apud Livium III, 50 *Virginius — supinas tendens manus, commilitiones appellans orabat.* At in dissefrendo molle et indecorum habebatur, notante Dione Chrys. Or. XXXIII, p. 409, D, τὸ ταῖς χερσὶν ὑπτίαις διαλέγεσθαι.

P. 33: τὴν γλῶτταν ἐνδακὼν] Lucianus De Calumnia 24, T. III, p. 154: ἐνδακόντα τὸ χεῖλος, ὑποστρέφειν τὴν ὀργήν. Alciphron III, 58: τρέμω ἐνδακὼν τὸ χεῖλος, ὡς οἱ τὸν σιγηλὸν Ἥρω παριόντες.

P. 34. οὔπω δὲ ἕως ὑπέφαινεν, ἐξῄει καθάπερ φεύγων.] Sic Xenophon subinde, et Expedit. Cyri III, 4, 7, ἕως ὑπέφαινεν, *aurora illuxit:* ibi-

ibidem 2, 1: ἡμέρα τε σχεδὸν ὑπέφαινε, et alibi. Aristides T. I, 348: ἑωςφόρος τε ὑπερεῖχε καὶ φῶς ἡμέρας ὑπέφαινεν. Pollux I, 14. Item ἔαρ ὑποφαίνει· de quo Valckenarius ad Herodotum VIII, 130. Videtur autem ante ἐξήει desiderari particula: vel καὶ, ut in usu verbi φθάνειν, v. c. οὐκ ἔφθη τοῦτο εἰπὼν, καὶ ἐξῄει, *nondum hoc dixerat, et abiit:* vel ὅτε, ut in Homerico, Iliad K, 540: Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτ' ἄρ' ἤλυθον αὐτοί. Cicero Or. Pro Roscio Amerino 34: *Nondum lucebat, quum Ameriae scitum est.*

P. 34: εἴτε ἥρωες, εἴτε δαίμονες, εἴτε τι θειότερον γένος ἦσαν] Poterat brevius dicere, εἴτε θεοὶ ἦσαν: caeterum ordinem et gradus praestantiae servat. Quatuor enim sunt genera animalium rationalium: *dii, daemones, heroes, homines:* ex his *heroes* fuerunt homines pie justeque vita functi: *daemones* non item in humanis corporibus nec homines fuisse censentur. Caeterum duo genera et boni et mali habebantur: Ita primum, auctore Hesiodo, popularis religio ferebat, deinde planius docuere philosophi: Plato Cratylo p. 263. Plutarchus De Defectu Oraculorum p. 315, A: Ἑλλήνων δὲ Ὅμηρος μὲν φαίνεται κοινῶς ἀμφοτέροις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοὺς θεοὺς ἔστιν ὅτε δαίμονας προσαγορεύων· Ἡσίοδος δὲ καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτος ἐξέθηκε

τῶν

τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη, θεοὺς, εἶτα δαίμονας πολλοὺς κἀγαθοὺς, εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους, τῶν ἡμιθέων εἰς ἥρωας ἀποκριθέντων. Idem De Iside et Osiride p. 361, ubi de Platone Sympos. p. 327, qui daemonas medium fecit genus inter homines et deos, interpretes et nuncios utrorumque invicem, ἀγγέλους: et nos illic plura notavimus. De *heroibus* satis nunc sit lectores rejicere ad Spanhemii Commentarium in Juliani Orat. I, p. 294, sequ.

P. 34: ἐπὶ τετρακύκλου ὀχήματος] De hoc genere videatur Jo. Schefferus De Re Vehicularia, II, 9, p. 239.

P. 34: ἐξήγγειλε] Sic et Mediceus. Quod antea ferebatur ἀπήγγειλε ex proximo ἀπειλὰς natum erat: quae similitudo propinquorum verborum frequentissima fuit librariis errorum caussa: ut saepe monuimus, et fortasse aliquando multis exemplis ostendemus.

P. 35: τὴν παῖδα ἔχειν ὑφ' ἑαυτοῖς] Hic est usus Praepositionis ὑπὸ Dativo junctae, de educatione vel institutione sub parentibus vel magistris. Galenus De Libris Suis T. I, p. 50, A: ὑπὸ πατρὶ παιδευθέντες. Herodianus V, 3, 7: ὑπὸ δὲ ταῖς μητράσι καὶ τῇ μάμμῃ ἀνετρέφοντο. Himerius Orat. XIV, 6, p. 614: ὑπό σοι μὲν τὰ Μουσῶν χορεύειν ὀφείλομεν. Plutarchus Coriolano p. 214, A: τραφεὶς ὑπὸ μητρὶ χήρᾳ.

Ser-

Sertorio p. 580, B: *λέγεται δὲ οὐχ ἥκιστα τῆς πατρίδος ἐπιθυμεῖν διὰ τὴν μητέρα, τραφεὶς ὀρφανὸς ὑπ' αὐτῇ, καὶ τὸ σύμπαν ἀνακείμενος ἐκείνῃ.* Jam Homerus Iliad. E, 555, *Ἐτραφέτην ὑπὸ μητρὶ* —. De eodem usu *ὑπό τινι*, *sub duce aliquo*, *sub aliquo imperatore*, *militare*, diximus ad Plutarchi Moralia p. 204, A.

P. 35. *τὸν Ὅμηρον.*] Odysſ. P. 484: quocum conferendus est Heſiodus loco, quem ſupra ſignificavimus, quemque Clarkius attulit, *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* 107 — 200.

P. 35: *ᾤετο ξένοις μὲν ἀνδράσι, θεοῖς δὲ συντετυχηκέναι*] Significantius fuerat ſcripſiſſe: *ᾠ. ξένοις μὲν, οὐ μέντοι ἀνδράσι, θεοῖς δὲ σ.* Et fortaſſe ſic reliquerat Eunapius; ſiquidem *ἀνὴρ* apud Homerum ſemper *hominem* ſignificat et *θεῷ* apponitur: ubi autem declaratur diverſitas ſexûs dicitur *ἄρσην*. veluti Iliad. Θ, 7: *Μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς τόγε μήτε τις ἄρσην, Πειράτω διακέρσαι ἐμὸν ἔπος* —. Nunc hujus Eunapiani loci compoſitio parum abest ab illo Luciani ridiculo, qui in Jove Tragoedo eum, ad Deos dicentem, eos *Ἄνδρες θεοὶ* appellantem facit, T. II, p. 658.

P. 36: *ἐπὶ τὸν ἑσπέριον ὠκεανὸν*] Editor ait: *Vide Carpzovium.* Quem quum ego non habeam, neque proinde ſcire posſim, an hunc locum ita probabiliter explicuerit, ut meam operam ſupervacaneam reddiderit; aequi lectores mi-

mihi ignoscent, si forte interpretationem ab illo jam vel confutatam, vel occupatam, reposuero. Ergo illa ad Occidentalem oceanum regio praecipuam habebat divinitatis opinionem, et propter alias caussas, et quod illic essent Elysii campi, *heroum* pie defunctorum sedes ac domicilium, in quo genere Eunapius hospites illos et magistros Sosipatrae haberi volebat. Et conveniunt haec cum Hesiodis Ἐργ. κ. Ἡμ. 166 — 173. Ibi enim Saturnus regnabat: *τοῖσι* Κρόνος *ἐμβασίλευε· Καὶ τοὶ μὲν ναίουσι ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες Ἐν μακάρων νήσοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην* Ὄλ*βιοι ἥρωες· τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν* Τρὶς *ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.* Ad hanc fertilitatem spectat agrorum proventus, quo hospites ignoti patrem Sosipatrae auxerunt. Elysio autem campo, quem primus hoc nomine Ἠλύσιον *πεδίον* Homerus Odyss. Δ, 563, deinde alio nomine *μακάρων νήσους* celebravit Hesiodus: *Elysio* igitur *campo*, et *insulis beatorum*, locum Homerus jam posuerat ad Zephyrum, id est, ad Occasum Solis hibernum, quod interpretes ad Hispaniam et ultra eam retulerunt; et sequentes alii poetae similia prodiderunt, teste Strabone III, p. 223, et sequ. Historici adeo, veluti Theopompus, de quo Aelianus Var. Hist. III, 18, ubi videatur eruditissima Perizonii enarratio Num. 7. Mela Geogr. III, 10, ibique Js. Vossius. At pos-

tea fuerunt, qui hunc locum in Britannicas Insulas, ultra Britanniam ad Occasum Solis aestivum sitas, transferrent. Ibi Saturnus dormire, animi hominum piorum post mortem habitare, dicebantur, aliaque mirabilia esse ac fieri fabulae ferebant, ut cognoscere licet ex Plutarcho De Defectu Oraculorum p. 419, E: De Vultu Lunae p. 941, sequent. quod significat Proclus Comment. in Plat. Tim. I, p. 35: et in fragmento Commentarii ad Hesiodum Ἔργ. κ. Ἡμ. 169, a nobis edito Tomo V, Parte III. Cum Hyperboreis adeo similis felicitas communicabatur ab auctoribus, quos Mela III, 5, 1, et Plinius IV, 26, sequuntur.

P. 36: συμφανέστατα] Credibile est Eunapium scripsisse ἐμφανέστατα. Illud sine exemplo in Stephani Thes. Indice fertur; nec alibi legere me memini; nec, si legeretur, significationem huic loco accommodatam adferret, qui requirit *manifestum*, non *simul apparens*.

P. 36. σωφρόνως ἐνθουσιῶσιν.] Haec vulgo opponuntur; est enim ἐνθουσιασμὸς *furor*, sed *divinus*, *θεία μανία*, ut est apud Platonem in Phaedro p. 343, G, sequ: Plutarchum in Amatorio p. 728, D. Aristidem T. II, p. 392. Igitur, ut divinam virtutem, σωφροσύνην non excludit. Περὶ ἐνθουσιασμοῦ fuit Theophrasti liber.

P.

P. 37. μετ' ὀλιγωρίας] Antea aliquoties in deteriorem partem usurpavit Eunapius p. 21, 24, 33: nunc in aliquanto meliorem adhibet: i. e. quasi ὀλίγην ὥραν ποιουμένη, *parvam rationem ducens*, harum literarum; quippe majores ac divinas doctrinas colens.

P. 37: πρὸς τὰ θεῖα δὲ οὐδὲ εἷς.] Nec Junii, nec Huetii, interpretatio probabilis est. Haec enim manifesto ad antecedentia spectant, ac de filiis tribus Sosipatrae dicuntur: i. e. *omnes hi tres filii expertes erunt boni ejus, quod humanum bonum videtur, divini autem boni nullus eorum expers erit*: per constructionis mutationem dixit ἀτυχεῖν πρός τι, quod modo dixerat ἀτυχεῖν τι. Quod autem dicit humanum bonum? quod divinum? Illud scilicet sunt magni honores et opes: hoc divina religio majorum. Neque haec abhorrens ab ea narratione de tribus his filiis, quae p. 41, 42, additur. Unum est ibi, quod dicitur, οὐδὲ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα Σωσιπάτρα εἰς τὸν χρησμὸν ἀπετύγχανε, *neque de rebus futuris Sosipatra ab oraculi veritate aberravit*, quod refertur ad haec ipsa vaticinantis Sosipatrae verba de suis filiis, et suspicionem movet, plura hoc ipso loco eam de suis filiis, praesertim de duobus caussarum patronis, dixisse, quae ex libro exciderint, et nunc à nobis desiderentur.

P. 37: *καλὴν μεταλαχὼν λῆξιν* —] Exquisite dicitur *λῆξις de statu post mortem*, quasi *de portione, quam quis fato sortitus est*. Sic Eunapius de Chrysanthio p. 205 (edit. Commelin. a 1596) in filii obitu, *τῷ παιδὶ συγχαίρων τῆς λήξεως*. Item de ipso p. 209: *νοσηλευθεὶς εἰς τὴν προσήκουσαν λῆξιν ἀνεχώρησεν*. Aristides T. I, p. 70: *μεταστάντος τἀνδρὸς εἰς τὴν καλλίω τε καὶ θεοφιλεστέραν λῆξιν*. Himerius Ecl. X, 12: *ἡ ἄνω λῆξις, coeleste domicilium:* item Or. I, 10. XXIII, 11. *πόῤῥωθεν ἄρα ἐμελέτας τὴν ἐνθένδε ἀναχώρησιν, πόῤῥωθεν ἐδήλους τοῖς δυναμένοις τεκμήρασθαι ὅτι κρείττων ἄρα ἦσθα τῆς τῇδε λήξεως*. Jamblichus apud Stobaeum Eclog. Phys. p. 904: *αὐτὰ τὰ στοιχεῖα ἀφ' ὧν αἱ ψυχαὶ συνεκληρώθησαν — τοιαύτην λῆξιν*. Hierocles Commentar. in Aur. Carm. p. 272: *τῆς δὲ κοινωνίας τῶν θείων ἀνδρῶν εἴ τι μέτεστιν ἡμῖν δηλώσομεν ἀντεχόμενοι τῶν σπουδαίων ἔργων καὶ τῶν ἐπιστημονικῶν γνώσεων, οἷς μόνοις ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ θεραπεύεται, καὶ τῶν τῇδε ἐλευθεροῦται πόνων εἰς τὴν θείαν λῆξιν μεθισταμένη*. Eusebius Praep. Evang. III, 6, p. 142, A: *τὰ μὲν γὰρ παρ' ἡμῖν θεῖα λόγια οὐδ' ὅλως ἀγαθὸν οἶδεν ὀνομάζει δαίμονα, πάντας δὲ πονηροὺς εἶναι τοὺς τῆς λέξεως ταύτης καὶ δὴ καὶ τῆς προσηγορίας μετειληχότας*· ubi legendum *οἶδεν ἢ ὀνομάζει*, et *λήξεως*. Et vero haec *λῆξις*, a verbo *λαγχάνω*, aliud ac *λῆξις*, *desinendi actus*, *ces-*

sa-

ſtatio, a *λήγειν desinere:* quae confunduntur apud Suidam loco mutilo in Λῆξις: ubi postremum *εἰς ἀμείνονα λῆξιν*, *in meliorem ſortem*, ſignificat beatum animi post hanc vitam ſtatum.

P. 37. *Σοὶ μὲν γὰρ περὶ σελήνην ἡ χορεία*] Luna domicilium daemonum bonorum, heroum, hominum piorum in hac terra defunctorum. Plutarchus Quaeſt. Rom. p. 282, A: De Genio Socratis p. 591, B: fuſius et ſubtilius De Vultu Lunae p. 942—945. Porphyrius De Antro Nympharum Cap. XVIII, p. 18. Jamblichus De Vita Pythagorae §. 30. Hierocles Commentario in Aurea Carmina p. 312. Euſebius Praep. Evang. III, p. 141, C. Et quod Soſipatra ait, *ſe habituram ſtatum praeſtantiorem*, ſignificat ſibi fatum esſe, non circa Lunam verſari, ſed altius et in ſublimiorem aetherem et in Solem abire. *In Solem*, hanc habet rationem, quod ad hominis generationem Sol *νοῦν* confert, Luna *ψυχὴν*, Terra *corpus*, *τὸ σῶμα*; igitur duae mortes homini conſtitutae ſunt: prima, qua corpus in Terra relinquitur, *ψυχὴ* et *νοῦς* in Lunam abit: altera, qua *ψυχὴ* in Luna relinquitur, *νοῦς* ad Solem redit, ut Plutarchus ait, l. l. p. 942—945. *In aetherem* vero ſic accipiendum, quod qui optime vixisſent, ſeque ab humana labe purgasſent, continuo in purum aetherem ac Deorum naturam abirent: quod diſerte traditur in Carmine Pytha-

gorico extremo: Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμ' εἰς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς, Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός. Sed *aetheris* inferior pars erat περὶ σελήνην; superior in Sole et astris: ὑπὸ σελήνην, Terra et aër. Est etiam proprius philosophis usus vocabuli χορείας, quo dicitur de itinere et processu animarum in satellitio et choro deorum, quem admirabiliter descripsit Plato in Phaedro p. 344, H, seq. unde animus χορευτὴς θεοῦ, ibidem p. 347, C: καθ' ἕκαστον θεὸν, οὗ ἕκαστος ἦν χορευτὴς, ἐκεῖνον τιμῶν καὶ μιμούμενος εἰς τὸ δυνατὸν ζῇ. Plutarchus in Amatorio p. 766, B: διατελεῖ περὶ τὸν αὑτοῦ θεὸν ἄνω χορεύων καὶ συμπεριπολῶν. Himerius Ecloga X, 12: ψυχὴ πᾶσα ἄρτι σχεθεῖσα τῆς ἄνω λήξεως ἔναυλον ἔτι φέρει τὴν θέαν τῶν ἀγαλμάτων ἐκείνων, ἃ ποτε εἶδεν, ὅτε εὐδαίμονα χορείαν σὺν θεῶν δίφροις ἐχόρευεν. Hierocles Commentar. in Aur. Carm. p. 44: ἥρωες — περὶ αὐτὸν (τὸν θεὸν) χορεύουσι. ibid. p. 48: ὅτε τῷ θείῳ συνάπτεται χορῷ, τὸν ὑλικὸν φθόνον ἀποφυγών. Dicitur item de mundorum et astrorum motu: v. c. Platonem in Epinom. p. 701, C. Plutarchum De Defectu Orac. p. 422, B. De Animi Procreatione p. 1029, C. Dionysium Alexandrinum in Eusebii Praep. Evang. XIV, p. 775, A. Dionem Chrys. Orat. XXXVI, p 443, D.

P. 37. καὶ οἰκεῖ λαμπρύνσεις καὶ φιλοσοφήσεις τὸ

τὸ πέμπτον.] Obscure et ambigue dictum, more oraculorum scilicet, quem in hac Sosipatrae vaticinatione imitari vult. Junius vertit, *nec a quinto anno diutius divino cultui operaberis, aut etiam philosophabere:* quae ratio istam habet difficultatem, et quod Eustathius dicitur aliquando a deorum cultu et philosophia desiturus, quorum neutrum in parte felicitatis poni potest: et quod ellipsis accipitur nominis ἔτος, quam in Graeca lingua valere mihi non persuadent viri docti, qui Lamberti Bosii de hoc argumento libellum animadversionibus suis auxerunt. Itaque mea haec est conjectura, transpositâ particula ἀλλὰ sic legendum esse, *καὶ οὐκέτι λατρεύσεις, ἀλλὰ φιλοσοφήσεις τὸ πέμπτον· οὕτω γ. μ. φ. τ. σ. εἴδωλον· καὶ τον ὑπὸ σελήνην. κ. τ. λ.* i. e. *non amplius corpori servies, nec rursus in corpus migrabis, sed philosophaberis in quinta ac suprema essentia.* Verbum λατρεύω et nomen λατρεία de ministerio corporis, et animo corporeis infirmitatibus inserviente, dici, ostendimus ad Plutarchum in Consolatione Apollon. p. 107, C. Item exstat in Oraculo Apollonii Tyanei apud Philostratum VIII, p. 371:

Ἀθάνατος ψυχὴ, κ' οὐ χρῆμα σὸν ἀλλὰ προνοίης,
Ἣ μετὰ σῶμα μαρανθὲν, ἅτ' ἐκ δεσμῶν θοὸς ἵππος,
Ῥηϊδίως προθοροῦσα, κεράννυται ἠέρι κούφῳ
Δεινὴν καὶ πολύτλητον ἀποστέρξασα λατρείην·

Denique τὸ πέμπτον scilicet ὄν, et ἡ πέμπτη οὐσία, quid fuerit Aristoteli, unde eam Juniores Platonici sumserunt, nemini historiâ philosophiae vel leviter tincto ignotum: nunc nobis satis est testem laudasse J. Davisium ad Ciceronis Academica I, 8. Indidem fluxisse videtur Horatianum Carm. I, 13, 16: *oscula, quae Venus*
Quincta parte sui nectaris imbuit.

P. 37: τὸ σὸν εἴδωλον] *Idolum tuum:* pars animi in magicis rebus valde tractata, quam Sosipatra ut ἔνθεος ac τετελεσμένη cognitam habebat. De qua parte quaedam diximus ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 97—100; alia Moshemius ad Cudworthi Systema Intellect. p. 402, 407, 524. Huc potius referendum εἴδωλον, quam cum Carpzovio ad vultum et figuram corporis, unde φυσιογνωμονεῖται, quae potius εἶδος, ἰδέα, φύσις, dicitur.

P. 37: καὶ τὸν ὑπὸ σελήνην παρελεύσῃ τόπον σὺν ἀγαθῇ καὶ εὐηνίῳ φορᾷ] *et locum, qui est sub Luna, praeteribis bono et moderato itinere,* i. e. *vitae cursus in hac Terra tibi obtinget bonus et moderatus.* Sic τὰ ὑπὸ σελήνην dicitur Terra nostra; quod annotavimus ad Plutarchum De Iside et Osiride p. 369, D. Significat vero etiam nonnunquam spatium proximum Lunae inter ipsam et Terram; quod ipsum est domicilium animorum, qui in hac Terra pie sancteque vixerunt;

V.

v. c. apud Hieroclem Commentar. Aur. Carm. p. 312: — *σῶμα δὲ συμφυὲς ἔχων τόπου δεῖται εἰς κατάταξιν ἀστροειδῆ, οἷον θέσιν ζητῶν· πρέποι δ' ἂν τῷ τοιούτῳ σώματι τόπος ὁ ὑπὸ σελήνην προσεχῶς, ὡς ὑπερέχων τῶν μὲν φθαρτῶν σωμάτων, ὑποβεβηκὼς δὲ τῶν οὐρανίων, ὃν αἰθέρα ἐλεύθερον οἱ Πυθαγόρειοι καλοῦσιν·* ut hujus loci sensus etiam hic esse possit, *et iter è Terra in Lunam tibi bonum et moderatum erit.* Adeo scriptor orationem ambiguitate ad oraculorum similitudinem conformare studuit. Priorem tamen interpretationem, ut probabiliorem, teneam. Et Cicero spatium *infra Lunam* pro *Terra* posuit, Somnio Scipionis, Cap. IV: *in infimoque orbe Luna, radiis solis accensa, convertitur: infra autem jam nihil est nisi mortale et caducum, praeter animos generi hominum munere deorum datos: supra Lunam sunt aeterna omnia.* Ad quae verba Macrobius in Commentario I, 21, p. 1121 *infra Lunam et aër et natura permutationis pariter incipiunt: et sicut aetheris et aëris, ita divinorum et caducorum, Luna confinium est. — Nam, quia Terra, aqua, et aër infra Lunam sunt, ex his solis corpus fieri non potuit, quod idoneum esset ad vitam: sed opus fuit praesidio ignis aetherei, qui terrenis membris vitam et animam sustinendi commodaret vigorem, qui vitalem calorem et faceret et ferret.* Huc etiam

facit quod, si iter è Terra in Lunam significaretur, dicendum erat διελεύσῃ, vel διεξελεύσῃ, *permeabis*, *peragrabis*, *perveheris*. Nunc vero dicitur παρελεύσῃ, *praeteribis*, *praeterveheris*: quod convenit cum notione huic loco apta, qua vita et commoratio in hac Terra dicitur παρεπιδημία: veluti ab Aeschine, qui dicitur, in Axiocho §. 4. et aliis, quos memorarunt Gatakerus ad M. Antonin. II, 17, et Hemsterhusius ad *Luciani* Dial. Mort. T. I, p. 434: et quod, in hoc *obiter facto peregrinationis diverticulo*, commorandi lenocinia et illecebras praetervehi debemus, veluti Ulysses Sirenas παρήλασεν, Odyss. M, 197; quo conferendus est Duportus in Gnomologia Homerica p. 212. Denique, quod Carpzovius verba ἀγαθῇ καὶ εὐηνίῳ φορᾷ Platonis esse dicit in Cratylo, veremur ne aliquid erroris subsit; si quidem nec nos ea in illo Dialogo legimus, nec Ruhnkenius ad Timaeum in Voce Εὐηνίως ea omnino ex Platone attulit.

P. 38: ἀναγκαίως εἴη] Olim in Epistola Critica correxi ἀναγκαίως ἔχει, et nunc item facio: et magis etiam, quod multis postea exemplis hanc unice legitimam formam esse cognovi: Euripides in Hypsipyla apud Plutarchum in Consolat. ad Appollon. p. 111, A: — καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ Εἰς γῆν φέροντες· τὴν δ' ἀναγκαίως ἔχει, Βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν —· Oreste 715: — νῦν

νῦν δ' ἀναγκαίως ἔχει Ἀπόλλωνι εἶναι τόδε σοφὸν τῆς τύχης. Phoenissis 361: Ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει Πατρίδος ἐρᾶν ἅπαντας. Hercule Furente 502: Θανεῖν γὰρ ὡς ἔοικ' ἀναγκαίως ἔχει. Et aliis locis notatis a Berglero ad Aristophanis Vesp. 260: Κ' οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον Ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι. Plato Leg. VI, p. 621, G: πρὸς δὲ τὴν τῶν γάμων κοινωνίαν καὶ σύμμιξιν ἀναγκαίως ἔχει τὴν ἄγνοιαν ἐξαιρεῖν — XI, p. 681, F: ἀναγκαίως ἔχει εἰς ἄλλην χώραν ἐξοικίζεσθαι τὸν ἀπάτορα. Diphilus apud Athenaeum VI, p. 228, A: — ἀναγκαίως ἔχει Ἢ λωποδυτεῖν τὰς νύκτας, ἢ τοιχωρυχεῖν. Aristides Orat. T. II, p. 271; ἀναγκαίως ἔχειν ἀπολέσθαι. Aristocles apud Eusebium Praep. Evang. XIV, p. 758, C: ἀναγκαίως δ' ἔχει πρὸ παντὸς διασκέψασθαι περὶ τῆς ἡμῶν αὐτῶν γνώσεως· ibid. p. 762, D: ἀναγκαίως ἔχει δοξάζειν πάντη τε καὶ πάντως· ibid. p. 769, A: ἀναγκαίως οὖν ἔχει καὶ περὶ τούτου σκέψασθαι.

P. 38. Καὶ ἀντεκάθητο γε αὐτῷ φιλοσοφοῦσα —] Non reddidit Junius. Forte quis ita accipiat, quasi Sosipatra, quum apud eam domi Aedesius ejus pueros erudiret, ipsa praesens *e regione illius considens*, ipsa quoque philosophata sit. Et comparet adeo illud Sapphicum: Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν Ἔμμεν' ὠνὴρ, ὅστις ἐναντίος τοι Ἰζάνει καὶ πλάσιον ἁδὺ φωνεύ — σας ὑπακούει. Atqui Eu-

Eunapius hoc dicit: *Aedesius pueros Sosipatrae erudiebat: et ipsa domi suae scholam habens philosophiam docebat, quasi rivalis aemula Aedesii: et qui ab hoc ad illam ventitabant auditores, nemo non Aedesii quidem accuratam doctrinam ac disserendi rationem amore et admiratione prosequebatur, mulieris autem divinam animi fervorem adorabat et colebat.* Doctorum, Professorum, Sophistarum, est *καθέδρα* et *καθῆσθαι*: sic *ἀντικαθῆσθαι* idem est quod *ἀντισοφιστεύειν*, si plures Sophistae in eadem urbe essent. Libanius Orat. De Vita Sua T. II, p. 38, A: *ἠνία μὲν δὴ καὶ ταῦτα τὸν ἀντικαθήμενον·* et mox B: *ὥσπερ ἵππος ὑπὸ τοῦ ὁμόζυγος ἐλαυνόμενος ὁ ἀντικαθήμενος ἐχώρει·* dicit de aemulo suo Sophista in urbe Antiochea. Caeterum recte Editor ex codicibus scriptis *αὐτῷ* dedit pro *αὐτοῖς*.

P. 38: *οὐκ ἔστιν ὅστις*] Subjiciendum *οὐ*, vel hoc loco, vel proxime post *Αἰδεσίου*, unde propter similitudinem postremae syllabae facile excidere potuit. Ratio apparet ex interpretatione nostra antecedentis loci.

P. 38: *κατεβιάζετο. Καὶ ὁ μὲν —·*] Inter haec duo cola aliquid excidisse videtur, quod ad sententiae et constructionis absolutionem desideratur.

P. 38: *ἂν μὲν παρῇ Φιλομήτωρ —*] Veterem nostram correctionem, *παρῇ* pro *γὰρ ᾖ*, quamvis a co-

codicibus non confirmatam, haud temere in contextum recepit Editor. Similis est res in descriptione amoris apud Platonem in Phaedro p. 348, E: ἐρᾷ μὲν οὖν· ὅτου δὲ, ἀπορεῖ· καὶ οὐθ' ὅ, τι πέπονθεν οἶδεν, οὐδ' ἔχει φράσαι· — καὶ ὅταν μὲν ἐκεῖνος (ὁ ἐρώμενος) παρῇ, λήγει κατὰ ταυτὰ ἐκείνῳ τῆς ὀδύνης· ὅταν δ' ἀπῇ, κατὰ ταυτὰ αὖ ποθεῖ καὶ ποθεῖται.

P. 38: δάκνεταί μου καὶ στρέφεται — ἡ καρδία.] Prius dicendi genus illustravit Kusterus ad illud Aristophanis Acharn. 1, δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. Alterum nos nuper explicuimus ad Plutarchi dictum De Discern. Adulat. et Amico p. 69, F: Σωκράτης Ἀλκιβιάδην ἐκόλουε, καὶ δάκρυον ἐξῆγεν ἀληθινὸν ἐξελεγχομένου, καὶ τὴν καρδίαν ἀνέστρεφε.

P. 39: Μάξιμος δὲ — τὸ ἔλαττον.] Haec sine lacuna sic legam: Μάξιμος δέ τε ἐνέκειτο, διὰ σοφίας μὲν θυτικῆς καταμαθεῖν ᾧ τινι κέχρηται (Φιλομήτωρ), βιαιοτέρῳ δὲ καὶ δυνατωτέρῳ καταλῦσαι το ἔλαττον· et hanc in sententiam interpreter: *Et vero Maximus etiam instabat, cum per haruspicinae scientiam cognoscere, quo divinandi et incantandi genere usus esset Philometor: tum hujus infirmius genus suo ipse efficaciore genere evertere et vincere.*

P. 39: μεγαλαυχότερος — πεπειραμένος] Levi mutatione corrigendum videtur: μεγαλαυχότερος

γε-

γεγονὼς; ὡς καὶ τῆς κατὰ τὴν γυναῖκα θειότητος ἀσφαλῶς πεπειραμένος· i. e. *exiit, animo elatus, ut qui jam certum divinitatis muliebris periculum fecisset.* Post *γεγονὼς* additum ὡς, ut quod et sententia postulat, et similitudine antecedentis ὡς exciderit: Junius etiam vertendo supplevit. At δὲ ante *ἀσφαλῶς* deletum, item et postulante sententia, et ortum similitudine sequentis syllabae ὡς, quae magis etiam exstat in majuscula literarum forma vocabulorum ΑΣ et ΔΕ, quae aliquoties apud Plutarchum et alios scriptores confusa me observare memini. Nam, et singulares literas Α et Δ, item Ε et Σ, frequenter librariis permutari, constat. Caeterum, ne quis δὲ tueatur ex usu particulae duplicis *καὶ* — δὲ, quae significat *atque adeo*, de qua alibi diximus, hujus loci constructio hanc formulam respuit.

P. 39. *τοὺς θεούς σοι,*] i. e. *Deos obtestor, Deos tibi advoco testes, per Deos*: olim jam in Epistola Critica errorem Junii, hanc jurandi formulam ignorantis, notavi, ablegans lectores ad J. Uptonum fusius eam interpretatum ad Epictetum p. 355.

P. 40: *ἡ δὲ Σωσιπάτρα γνησίως καὶ διαφερόντως ἑώρα τοῦ λοιποῦ τὸν Φιλομήτορα*] i. e. *per reliquum deinde tempus Sosipatra Philometorem videbat sincere et eximie*: i. e. *eo erga eum animo erat, ita eum videbat, ut cujus non quidem am-*

amplius amore affecta esset, sed quem tamen aliis praeferret. Primum γνησίως est *pure, sincere, intemerate;* opponitur *spurio*; est igitur *vero ac divino, non spurio et humano, affectu:* nec referendum ad cognationem; quippe et συγγενικῶς dicendum fuisset. Tum, διαφερόντως, ut διαφέρειν, διαφέρων, proprie *differentiam* notans, eam inprimis significat, quae in meliorem partem fit, *praestantiam, excellentiam:* v. c. apud Plutarchum Consol. Apollon. initio, p. 101, F. Sympos. p. 723, D. Numa p. 65, B. Solone p. 93, F. Pericle p. 165, D. Convenit igitur fere cum eo, quod ab hodiernis dicitur *aliquem distinguere, cum distinctione videre.* Denique ὁρᾷν τινα exquisito usu valet, non simpliciter *quem videre*, sed *cum quodam animi adfectu.* Sic cum Adverbiis: v. c. ἡδέως; apud Xenophontem Memorab. Socr. II, 7, 12: ἡδέως ἀλλήλας ἑώρων. Plutarchum in Consol. Apollon. p. 121, E: ταῦτα ἡδέως ἑώρων. Aelianus Nat. Animal. VII, 48: πυνθάνομαι — πρᾶον ἐλέφαντα — στεφανόπωλιν γυναῖκα ὁρᾷν ἡδέως. Et sine Adverbio v. c. Aristides T. I, p. 561: σφᾶς αὐτοὺς ὡς ἐχθροὺς προσορᾷν, οὐ σωτήριον· i. e. *non salutare est, se invicem ipsos intueri ut hostes.* Dio Cassius LVII, 1, p. 846, de Tiberio: τόν τε ἔχθιστον ὡς οἰκειότατον ἔστιν ὅτε ἑώρα, καὶ τῷ φιλτάτῳ ὡς ἀλλοτριωτάτῳ προσεφέρετο. Item *specto quid, studeo*

deo alicui rei, rationem habeo alicujus: Plutarchus Apophth. Lac. p. 218, F, οὐ τοῦτο — δρᾷν δεῖ· *non hoc agendum.* Pyrrho p. 396, F: Ῥωμαῖοι — ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν, καὶ τὸ τρῶσαι καὶ καταβαλεῖν ὁρῶντες, τὸ δὲ παθεῖν εἰς οὐδὲν τιθέμενοι: *prodigi vitae non curabant, quid ipsi passuri essent, unice cogitabant, quomodo hostem ferirent ac dejicerent.* Dio Chryſ. Or. XXXI, p. 329, — τὸ λυσιτελὲς οἴονται δεῖν τινὲς ὁρᾷν ἐξ ἅπαντος. XXXV, p. 430, C: τοὐναντίον ὁρῶν, *contra agere, contrarium spectare, contrarium consectari.*

P. 40. περὶ καθόδου ψυχῆς] i. e. *de animae humanae è coelo terram et corpus descensu;* recte Editor e codicibus ſuis reſtituit, pro vulgato περὶ καθόλου ψυχῆς, quod debebat dici π. τῆς κ. ψ. ſaltem ut ſignificaret, *de anima universi*, vel *de animae notione universali.* Sed καθόδου unice verum, et magnum est argumentum philoſophiae Platonicae, cum omnis, tum praeſertim posterioris, et hoc ipſo nomine ſubinde ſignificatur. Plotinus, IV, 3, 12, p. 381, E: — ὑφ' ἕνα λόγον πάντων τεταγμένων ἔν τε καθόδοις ψυχῶν καὶ ἀνόδοις· ibid. IV, 9, 5, p. 473, A—B: ἔτι εἰς τελείωσιν κάθοδος τοῦ παντὸς — τὸ ἑκούσιον τῆς καθόδου καὶ τὸ ἀκούσιον. Porphyrius De Antro Nympharum Cap. II, p. 250: κατέδειξε κάθοδόν τε ἀνθρώποις πᾶσι, καὶ πάλιν ἄλλην ὁδὸν πᾶσι θεοῖς·

eas-

easdem mox ἀνάβασιν et κατάβασιν dicit; ut item De Abstinentia III, 30, p. 49. Jamblichus De Anima apud Stobaeum Eclog. Physic. p. 904: καὶ κάθοδοι γίνονται τῶν ψυχῶν ἄλλαι ἀπ' ἄλλων διακληρώσεων. Hierocles Commentar. Aur. Carm. p. 250: τούτοις δὲ καὶ ὁ Πλάτων ἐστὶ σύμφωνος; περὶ μὲν τῆς καθόδου ταυτὶ λέγων· — περὶ δὲ τῆς ἀνόδου ταῦτα —· Ibid. p. 312: ἀθανάτων μὲν τῇ ἀνόδῳ, θνητῶν δὲ τῇ καθόδῳ γιγνομένων.

P. 40: τί τὸ κολαζόμενον] i. e. *quae pars animae propter peccata puniatur:* de quo Plotinus I, 1, 12, p. 6, E, III, 2, 4, p. 238 et alibi; Hermes Trismegistus in Pimandro Cap. X, §. 20, p. 28. edit. Flussatis: Hierocles Commentar. Aur. Carm. p. 162 seq., et nos olim ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 122.

P. 41: ὅτι πανταχοῦ εἴη — ὥσπερ οἱ φιλόσοφοι περὶ τῶν θεῶν λέγουσι] Omnes, exceptis iis, qui ipsam Divinam naturam aut Providentiam tollunt; sed magis celebratum in Plotini Schola: v. ei p. 298, 527, 660, 662, 750, 765, ubi quoque illud paradoxum, *Deum ubique et nusquam esse;* quod etiam ad Ψυχὴν et Νοῦν refert Porphyrius, Sententiarum Cap. XXXI, p. 231: Ὁ θεὸς πανταχοῦ, ὅτι οὐδαμοῦ· καὶ ὁ νοῦς πανταχοῦ, ὅτι οὐδαμοῦ· καὶ ἡ ψυχὴ πανταχοῦ, ὅτι οὐδαμοῦ κ. τ. λ.

P. 41: ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ τοῖς τρισὶ παισί] i. e. *Obiit relictis tribus illis filiis.* Exquisitam di-

cendi formam illustravit Hemsterhusius ad Luciani Dialogos Mortuorum T. I, 355 et 356, laudans etiam Junium haec Eunapiana recte vertentem.

P. 41: *τῶν μὲν δύο τὰ ὀνόματα οὐδὲν δέομαι γράφειν*] In hoc usu proprietas est quaedam Platonica, quae late ad posteros manavit: ex Apolog. Socr. p. 360, D: *διασκοπῶν οὖν τοῦτον· ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν· ἦν δέ τις τῶν πολιτικῶν κ. τ. λ.* quod ipsis verbis adscivit Aristaenetus I, 5: *ἔνθα καὶ γυνή τις παρῆν· ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν· ἦν αὐτὸς ὁ Χαρίδημος, οἶσθα δὲ τὸν νέον ὡς ἐρωτικὸς, ἐν ἀγορᾷ προιοῦσαν ἰδὼν ἀγκιστρεύει·* quod olim notavi in Epistola Critica p. 49. Jam Lysias Adversus Eratosthenem p. 207: *ἔφευγεν ἐξ Ἑλλησπόντου τριήραρχος καταλιπὼν τὴν ναῦν μετὰ Ἰατροκλέους, καὶ ἑτέρων, ὧν τὰ ὀνόματα οὐδὲν δέομαι λέγειν.* Dionysius Halicarnassensis Antiqu. Rom. II, 24, p. 94: *Ῥώμυλος — νόμους καλοὺς καὶ συμφέροντας, ἀγράφους μὲν τοὺς πλείστους, ἔστι δ' οὓς καὶ ἐν γράμμασι κειμένους, καταστησάμενος, ὧν ἐγὼ τοὺς μὲν ἄλλους οὐδὲν δέομαι γράφειν, κ. τ. λ.* Idem in Judicio De Lysia III, p. 131: *περὶ γὰρ τῶν ἐπιστολικῶν αὐτοῦ καὶ ἑταιρικῶν, καὶ τῶν ἄλλων, οὓς μετὰ παιδιᾶς ἔγραψεν, οὐδὲν δέομαι λέγειν.* Aristides Orat. T. I, p. 338: *ἐκ δὴ πολίσματος τῆς Μυσίας, οὗ τοὔνομα οὐδὲν δέομαι λέγειν.* Idem T. II, p. 193: *φέρε μὴ δὴ, πα-*

παρὰ τοῦτο τὸ ψήφισμα, τὰ τῶν σοφιστῶν εἰ βούλει συγγράμματα, καὶ τοὺς νόμους, ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν.

P. 41. Ἀντωνῖνος] Hunc antiquus, praeter Eunapium, quod ſciam, nemo memoravit: quo uno auctore etiam recentiores de hoc Antonino prodiderunt; veluti Bruckerus Hist. Philoſ. T. II, p. 276 ſequ. Nam, quod ex nota ſcripta manu Andreae Schotti refert Carpzovius, *hunc Antoninum citari a Syriano in Commentario in Aristotelis Metaphyſica*, ſane citatur ibi Antoninus p. 59: ſed, procul dubio, idem quem Ammonii discipulum vocat Proclus in Commentario ad Timaeum Platonis Lib. III, 187: nec Ammonius hic alius quam Ammonius Saccas, Plotini et Longini magister. Dicerem eſse *Antonium Alexandrinum* a Suida T. I, p. 235, ex Damascio, ut videtur, memoratum, niſi aetas et ingenium ejus aliquantum ab Eunapii narratione differret.

P. 41: *ὡς μετ' ἐκεῖνον οὐκ ἔτι ἱερὸν ἔσοιτο — καί τι μυθῶδες καὶ ἀειδὲς σκότος τυραννήσει τὰ κάλλιστα ἐπὶ γῆς*] Haec vaticinatio, non post factum demum edita, ſed dudum in Hermeticis libris prodita, exitum habuit cum veritate mirabiliter congruentem, ſed ingenuarum literarum ſtudiis calamitoſum. Sic in illa, quae fertur, Appuleji interpretatione Latina Hermetis Trismegisti ad

Asclepium p. 90: *Futurum tempus est, cum appareat Aegyptios incassum pia mente divinitatem et sedula religione servasse, et omnis eorum sancta veneratio in irritum casura frustrabitur. E terris enim ad coelum est recursura divinitas, linqueturque Aegyptus, terraque, quae fuit sedes religionum, viduata numinum praesentia destituetur. Alienigenis enim regionem istam terramque complentibus, non solum neglectus religionum, sed, quod est durius, quasi de legibus à religione, pietate cultuque divino, statuetur, praescripta poena, prohibitio. Tunc terra ista sanctissima, sedes delubrorum atque templorum, sepulcrorum erit mortuorumque plenissima. O Aegypte! Aegypte! religionum tuarum solae supererunt fabulae, et aeque incredibiles posteris suis, solaque supererunt verba lapidibus incisa, tua pia facta narrantibus: et inhabitabit Aegyptum Scythes aut Indus, aut aliquis talis, id est, vicina barbaria.* — Caetera in ipso libro legantur. Huc autem spectat Augustinus De Civitate Dei VIII, 26: *Sane advertendum est quomodo iste Aegyptius, cum doleret „tempus esse venturum, quo illa auferrentur ex Aegypto, quae fateretur à multum „errantibus et incredulis et à cultu divinae „religionis esse instituta, ait inter caetera: „Tunc terra ista sanctissima, sedes delubrorum*

„ at-

„*atque templorum, sepulcrorum erit mortuorum-*
„*que plenissima.*" *Quasi vero, si illa non auferrentur, non essent homines morituri. Et utique, quanto plus volveretur temporis ac dierum, tanto major esset numerus sepulcrorum. Sed hoc videtur dolere, quod memoriae Martyrum nostrorum templis deorum delubrisque succederent; ut videlicet, qui haec legunt animo à nobis averso et perverso, putent a paganis deo cultos fuisse in templis, à nobis autem coli mortuos in sepulcris.*

P. 41: τὰς Ἡσιόδου καλουμένας Ἠοίας] Opus Hesiodeum, sive germanum, sive spurium, nunc perditum, Ἠοῖαι dictum, a formula Ἢ οἵη, *vel qualis*, qua fere poeta singula capita ordiebatur, pergens deinceps singulis capitibus singularum heroidum res et genus narrare: quod opus idem est qui γυναικῶν ἡρωϊνῶν κατάλογος βιβλίοις ε̄ ut vocatur apud Suidam Voce Ἡσίοδος, ubi videatur Kusterus. Petitus Leg. Att. p. 462. Meursius Lect. Attic. II, 20. Ruhnkenius Epist. Crit. I, p. 109 sequ.

P. 41 — p. 42. Τούτου δὲ τοῦ γένους — ἐπαινεῖν εἰωθεν.] Hunc locum non intellectum Merillio Observationum I, 1, et a principibus Jure Consultis perperam usurpatum, inquinatissimum, emendare et explicare se profitetur Gregor. Arnaldus (D'Arnaud) Variarum Conjecturarum I,

cujus totam disputationem referre nil attinet, partes quasdam intelligendo Eunapio profuturas memorasse juvabit.

P. 41. περιελείφθησαν — κατενεμήθησαν] Prius etiam correxit Arnaldus: posterius reliquit in vetere lectione κατενέμησαν, scilicet hanc formam cum plerisque viris doctis pro Aoristo secundo Passivi accipiens. Utrumque ex Mediceo annotavit Gronovius: postremum etiam ex Barberiniano Dorvillius ad Charitonem p. 693.

P. 41: οἷς τοῦ φιλοσοφεῖν ἡ συγγένεια κέρδος ἦν.] Editoris correctionem ex Huetii conjectura receptam τοῦ pro τὸ non improbans, sententiam sic interpretor: *quibus philosophandi cognatio lucrum erat:* i. e. *qui ex parentum, Eustathii et Sosipatrae, hereditate et cognatione, non philosophiam, sed divitias et lucrum amplexi, has sub externa philosophandi specie augebant.* Arnaldi, οἷς τὸ φιλοσοφεῖν μαγγανεία καὶ κέρδος ἦν, ab re et sensu hujus loci abhorret; siquidem apparet, hos duos fratres non μαγγανείαν, *incantationem*, quae erat pars theurgicae philosophiae, tractasse.

P. 41: Τὰ πλεῖστα δὲ ἐν δικαστηρίοις, ὥσπερ ὁ Σωκράτης περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοὰν, ἀκινδύνευον,] Comparatio cum Socrate disertius ab Eunapio declaranda erat: illius enim longe diversum erat negotium: semel in vita, idque sub ejus finem,

nem, in judicio versatus; nec ut actor, aut patronus, sed reus: sed isti Eustathii et Sosipatrae filii, ut procuratores et patroni, et suis in caussis actores, vitam terebant in foro. Igitur quod pro ἐκινδύνευον Arnaldus legi vult ἐκαλινδοῦντο, *volutabantur*, non quidem ineptum est, nec tamen rem conficit. Forte aliquid excidit. Nunc certe locum sic interpretor, quasi in hanc fere rationem scriptus esset: *τὰ πλεῖστα δὲ ἐν δικαστηρίοις, οὐχ ὥσπερ ὁ Σωκράτης περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοὰν, ἐκαλινδοῦντο, οὔτε περιεφρόνησαν χρήματα καὶ κατεστύγησαν χρυσίον*· i. e. *plerumque vero in tribunalibus, non ut Socrates in porticu regis sacrorum, volutabantur, nec ita, ut ille, pecunias contemnebant aurumque oderant.* Socratis mentio sumta est ex Platonis Euthyphrone, ubi in principio: *Τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, γέγονεν, ὅτι σὺ τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς, ἐνθάδε νῦν διατρίβεις, περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν; οὐ γάρ που καὶ σοί δίκη τίς οὖσα τυγχάνει πρὸς τὸν βασιλέα, ὥσπερ ἐμοί.* Item in Theaeteti fine: Νῦν *μὲν οὖν ἀπαντητέον ἐμοι εἰς τὴν τοῦ βασιλέως στοὰν, ἐπὶ τὴν τοῦ* Μελίτου *γραφὴν, ἥν με γέγραπται.* Priorem locum Arnaldus quoque in Addendis attulit; quem et hoc in capite, ut in aliis, Hemsterhusii auxilio usum, satis apparet. Eunapius autem *στοὰν βασιλέως* communicavit cum aula ac tribunali Imperatoris Romani, ut

item Agathias Hist. III, p. 52, B, loco mox in proximis apponendo. Et de verbo καλινδεῖσθαι haud vulgaria quaedam Arnaldus protulit. Dicitur a Platone ejusque ſtudioſis de vulgi opinione, qua mortuorum animae περὶ τὰ μνήματα καλινδεῖσθαι, *circum ſepulcra volutari*, putantur, ut est in Phaedone p. 386, quem olim in Epistola Critica p. 44, ad alia Eunapii verba laudavimus, et nuper plura dedimus in Annotatione ad nostram editionem Phaedonis p. 209. Eleganter etiam transfertur ad operam forenſem et oratoriam: v. c. ab Iſocrate Orat. Ad Philippum p. 169: οὔτε γὰρ φωνὴν ἔσχον ἱκανὴν, οὔτε τόλμαν δυναμένην ὄχλῳ χρήσασθαι καὶ μολύνεσθαι, καὶ λοιδορεῖσθαι τοῖς ἐπὶ τοῦ βήματος καλινδουμένοις. Orat. Adv. Sophistas p. 598: — χείρους ἐγένοντο τῶν περὶ τὰς ἔριδας καλινδουμένων· ita recte meliores editiones pro vulgari forma κυλινδουμένων. Scite utramque ſignificationem conjunxit Lucianus in Nigrino T. I, p. 69: ἥπτετο τῶν ἀμφὶ τὴν νεκυΐαν τε καὶ διαθήκας καλινδουμένων. Origenes Contra Celſum III, p. 473, B: ἡ ἐν τοῖς δικαστηρίοις καλινδουμένη ῥητορική. De Philoſophis Ariſtocles apud Euſebium Praep. Evang. XI, p. 511, A: οἱ μὲν ἐν μέσῳ καὶ ἐν ὄψει πάντων ἐκαλινδοῦντο. — Porphyrius Commentario in Ptolemaei Harmonica p. 255: καλινδούμενοι ἐν τοῖς σοφιστικοῖς λόγοις.

P. 42: κατεστύγησαν] Pro vulgato κατετύγησαν, quod

quod ex librarii errore natum videtur, correxit quoque Arnaldus.

P. 42: τὸ τριβώνιον] *pallium*, philosophorum indumentum et insigne: diximus ad Plutarchum De Discrim. Adul. et Amic. p. 52, C.

P. 42: τὰ δὲ ἐν τοῖς δρωμένοις] Non satis cum antecedentibus congruit; nam pallium, et externus habitus philosophiae, non minus erat ἐν τοῖς ὁρωμένοις, *in rebus adspectui patentibus*, quam apparatus hominis pragmatici in rebus forensibus versantis. Itaque Arnaldus corrigere tentabat, τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀρμένοις, *ea quae in instrumentis erant*, *instrumenta*: quod ipse repudians in Addendis substituit, τὰ δὲ ἐντὸς θυρῶν μέν εἰσι, multo etiam deterius. Mihi in mentem venit δρωμένοις, *factis*, *quae autem ad ipsum opificium et vitae actionem spectabant*. Etiam τὰ δρώμενα dicuntur *sacra*, *quibus operamur*: quae notio satis congruit hujusmodi *studio*. Exposuimus hunc usum ad Plutarchi librum De Iside et Osiride p. 352, C, multis notatis Scriptorum locis. Credibile est horum fratrum, quamvis Eunapio vituperatorum, vitae rationem non plane reprehendendam fuisse, ut philosophiam quidem profiterentur, et tamen rei agendae et augendae caussa Jurisprudentiam, ut ad lucrum et vectigal fructuosum, facti tarent: quale est quod Agathias de suo negotio et vitae instituto narrat Historiae

III, p. 52: A, quem audire plane operae pretium est: Ἐθέλω γὰρ εἰ ἐπ' ἐμοὶ εἴη, καὶ περὶ πλείστου ποιοῦμαι, ταῖς Μούσαις, φασὶ, τὰς Χάριτας καταμιγνῦναι· καίτοι ἑτέρωθί με καθέλκουσιν αἱ φροντίδες, καὶ ἕπομαί γε οὔτι ἑκὼν εἶναι τῇ περιαγούσῃ ἀνάγκῃ· ἡ γάρ μοι ξυγγραφὴ, τοῦτο δὴ τὸ μέγιστον καὶ σεμνότατον ἔργον καὶ πάσης ἀσχολίας ὑπέρτερον, εἴποι ἂν ἡ λύρα ἡ Βοιωτία, ὁδοῦ τε καὶ βίου πάρεργον, καὶ οὐκ ἔνεστί μοι ὡς ἥδιστα ἐμβιῶσαι τοῖς ποθουμένοις· δέον γὰρ τοὺς πάλαι σοφοὺς σχολαίτερον ἀναλέγεσθαι μιμήσεως ἕκατι, ἅπαντά τε τὰ ἑκασταχοῦ ξυμφερόμενα γνωματεύειν εἰς τὸ ἀκριβὲς καὶ ἀναπυνθάνεσθαι, ἀνειμένον τε ἀμφὶ ταῦτα ἔχειν τὸν νοῦν καὶ ἐλεύθερον, ἀλλ' ἔγωγε ἥμενος ἐν τῇ ΒΑΣΙΛΕΙ'ΩΙ ΣΤΟΑ͂Ι, βιβλίδια πολλὰ δικῶν ἀνάπλεα καὶ πραγμάτων ἐξ ἑωθινοῦ μέχρι καὶ εἰς ἥλιον καταδύντα ἐκμελετῶ καὶ ἀνελίττω· Καὶ λίαν ἄχθομαι τοῖς ἐνοχλοῦσιν, ἀνιῶμαι δὲ αὖθις εἰ μὴ ἐνοχλοῖεν, ὡς οἷόν τέ μοι ὄντων (lege ὂν) τῶν ἀναγκαίων ἀποχρώντως ἐμπιπλᾶσθαι ἄνευ πόνου καὶ δυσπαθείας· πλὴν ἀλλ' οὐδ' ὡς ἀνήσω τοὐμὸν, οὐδὲ παύσομαι ἔστ' ἂν ὁ ἔρως με ἄγῃ, εἰ καὶ μοί τις νεμεσήσειεν ὡς ὑπερτέρων ἐφιεμένῳ, καὶ τὸ λεγόμενον ἐν πίθῳ φιλεργοῦντι τὴν κεραμείαν· εἰ γάρ τῳ καὶ δόξειεν εἶναι τἀμὰ νόθα γε ὡς ἀληθῶς ἀνεμιαῖα καὶ οἷα ψυχῆς εἰς πλεῖστα μεριζομένης κυήματα, ἀλλ' ἐμαυτὸν γοῦν ἴσως ἀρέσκοιμι ἂν καθάπερ τῶν ᾀδόντων οἱ ἀμουσό-

τε-

τερον. Haec fanequam eleganter et cogitata et dicta funt, rerum cum veritate tum gravitate, orationis compofitione, verborum delectu, fententiarum luminibus, figurarum concinnitate: quas dotes faepe mirari foleo in Procopio et Agathia, ultimis Graecorum, ut ita dicam; nam qui proximus his est historiae Byzantinae fcriptor, Theophylactus, nihil ad hos, quafi ultimos fplendores emorientis eloquentiae luminis: nec ita multo post, fub Heraclio, Saraceni florentisfimas Literarum ftudiis provincias, Mefopotamiam, Syriam, Phoeniciam, Aegyptum, deinceps Africam, Imperio R. ademerunt; infecuta est longa, multorum faeculorum, ftuporis et ignorantiae nox. Caeterum vel hoc Agathiae a nobis appofitum exemplum oftendit, illum, quamvis ducentis fere annis Eunapio posteriorem, tamen judicii ftilique fanitate ac perfpicuitate illo haud paucis partibus potiorem esfe. Neque illud praetereundum, quod ad rem praefentem pertinet; *βασιλέως στοὰν*, quae Platoni et Eunapio dicitur, ab Atticis item *βασίλειον στοὰν* dictam esfe, ut ex multis Veterum locis conftat, allatis a J. Meurfio Atticarum Lectionum, VI, 17. Deinde, *ταῖς Μούσαις τὰς Χάριτας ἀναμιγνῦναι*, est notum illud Euripideum in Herc. Fur. 674. Tum, *ἡ λύρα ἡ Βοιωτία*, Pindarum fignificat, cujus est Isthmiorum I, 1: *Μᾶτερ ἐμὰ, τὸ τεὸν χρύσασπι*

Θή-

Θρίβα, Πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον Θάσομαι — quod Plato in Phaedro p. 337, A, Gorgia p. 285, F, laudavit, multi praeterea Graeci et Latini vel celebrarunt, vel imitati ſunt. Porro *νόθα καὶ ἀνεμιαῖα κυήματα*, ſunt item e Platone ducta in Theaeteto p. 118, C, 122, B, 128, G: quae et Plutarchus ſecutus est Quaeſtione Platonica I, p. 1000, C, ut ostendimus Bibliothecae Criticae Part. IX, p. 23.

P. 42: *ὡς ἄχθος εἶναι καμήλων πολλῶν*] In iis Ictis, quos G. Arnaldus l. c. ait hoc Eunapii loco abuſos esſe, forte etiam numerandus est Heineccius, multis caeteroquin meritis clarus vir: qui in principio, ſi recte memini, *Compendii Inſtitutionum Juſtiniani*, haec verba ita citat, quaſi dicantur de libris Jureconſultorum, quorum ingenti multitudine commotus Juſtinianus hanc disciplinam ad brevitatem redegisſet. Atque nexus ipſe verborum ostendit, haec dici de pragmaticorum ſcriptiunculis, quae in testamentis, emtionibus, venditionibus, ſtipulationibus, ſimilibus argumentis verſantur: hae Latinis dicuntur *libelli*, Graecis *βιβλίδια*; de quibus docuit Brisſonius De Verborum Significatione p. 546, 547: et est verſus Juvenalis, allatus ab Arnaldo l. c. p. 219, Satir. VII, 107: *Dic igitur, quid cauſidicis civilia praeſtent Officia et magno comites in faſce libelli.* Si veterum Jurisconſultorum li-

libros significare voluisset, honestiori eos nomine συγγράμματα, συντάγματα, συντάξεις, et simili modo, vocasset.

P. 42. καὶ ταῦτά γε ἦν εἰς οὐδένα φέροντα τῶν παλαιῶν φιλοσόφων] i. e. *et haec ad nullum veterum philosophorum pertinebant, spectabant: nil commune cum quoquam veterum philosophorum habebant.* Arnaldus l. c. p 210, ut sententia scilicet omnibus numeris absoluta fieret, corrigit, εἰς οὐδὲν φέροντα, οὐδὲ τῶν παλαιῶν φιλοσόφων· atque sic vertit: *hi autem libelli erant nullius utilitatis, neque cujusquam veterum philosophorum.* Qua mutatione facile caremus. Dictio φέρει τι εἴς τι, *pertinet quid ad quid, conducit, spectat, valet,* optimis Veterum usitata est. Plutarchus De Ser. Num. Vind. p. 563, C: οὐδενὸς ἀπεχόμενος αἰσχροῦ φέροντος εἰς ἀπόλαυσιν ἢ κέρδος. Lucullo p. 506, E, τὴν μὲν ὄψιν οὐκ εἶχε συμβαλεῖν εἰς ὅ, τι φέροι· *non poterat conjicere, quò somnium spectaret.* Aristides Orat. Platon. I. T. II, p. 186: τὸν χρησμὸν εἰς τοῦτο φέρειν· i. e. *oraculum eo spectare.* Orat. Sacra III, T. I, p. 312: ἐπελθούσης δὲ τῆς νυκτὸς τῷ μὲν Ζωσίμῳ γίνεται τόδε τὸ μαντεῖον φέρον εἰς ἐμέ· item p. 316, 319. IV, p. 326. 331. 334. 337. Eunapius Aedesio p. 20: πλὴν ὅσα γε εἰς θειασμὸν Ἰαμβλίχου φέρει. Chrysanthio p. 116: ὅπῃ τὸ φαινόμενον ἐπὶ τὸ μέλλον φέρει. Plura etiam ex

aliis

aliis Scriptoribus dedit Jer. Marklandus ad Euripidis Supplices versu 295.

P. 42: διαθῆκαί τε καὶ ἀντίγραφα τούτων] i. e. *testamenta et horum exempla*· Graeci commodius, ut locupletiore lingua utentes, id quod hodie vulgo dicimus *originale et copiam*, dixerunt illud αὐτόγραφον, ἀρχέτυπον, hoc ἀντίγραφον et ἀπόγραφον: Latini illud *exemplum*, hoc *descriptum*, *imaginem*, saepius etiam *exemplum*: Conferatur Brissonius De Verborum Significatione p. 306, a: Ruhnkenius ad Rutilium Lupum p. 108, ab eoque laudata Gesneri expositio, prodita in Thesauro L. L. Voce *Exemplum*.

P. 42: καὶ συμβόλαια καὶ περὶ πράσεων.] Alterum hoc καὶ delendum esse monet Arnaldus. Recte omnino: vertitque, *venditionum codicilli*. Et Gronovius annotavit M. Röverum ad Glossas Nomicas p. 57 corrigere καὶ συμβόλαια τὰ περὶ πράσεων, vel καὶ συμβόλαια, καὶ τὰ περὶ πράσεων. Notat enim συμβόλαιον universe quidem, *commercium*, *negotium*: tum *pactum*, *conventum*, *contractum quemlibet*: denique *scriptum libellum de quocunque pacto et convento*: et hoc loco *de venditione*. Hinc *chirographa*, *tabulae publicae et privatae*. Plutarchus Quaest. Rom. p. 275, A: Διὰ τί τοῦ Κρόνου ναῷ χρῶνται ταμείῳ, ἅμα δὲ καὶ φυλακτηρίῳ τῶν συμβολαίων· i. e. *et aerario et tabulario*. De Cupiditate Divi-

vitiarum p. 524, A. De Vitioſo Pudore p. 533, B: ὁ δὲ Περσαῖος ἀργύριόν τινι τῶν γνωρίμων δανείζων, δι' ἀγορᾶς καὶ τραπέζης ἐποιεῖτο τὸ συμβόλαιον. Ibid. p. 535, B: τὸν φιλάργυρον εἰ δυσωπήσεις ἄνευ συμβολαίου δανεῖσαί σοι τάλαντον. De Vitando Aere Alieno p. 828, C: καταδουλοῦμεν ἑαυτοὺς ὑποθήκαις καὶ συμβολαίοις. Ibid. p. 829, A: τῶν χειρογράφων καὶ συμβολαίων. Archontis nomen iis praeſcribebatur, item ut Pſephismatibus: ſic Idem in Demetrio p. 893, D: τὸν ἐπώνυμον καὶ πάτριον ἄρχοντα καταπαύσαντες, ἱερέα Σωτήρων ἐχειροτόνουν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, καὶ τοῦτον ἐπὶ τῶν ψηφισμάτων καὶ τῶν συμβολαίων προέγραφον. Ariſtides Oratione ad Rhodios de Concordia. T. I, p. 567: πίστεις συμβολαίων, *contractuum fides*. De hac exquiſitiore ſignificatione notat Pollux VIII, 104: συγγραφὴ, συνάλλαγμα, συμβόλαιον, γραμματεῖον, συνθήκη ἔγγραφος, ὁμολογία ἔγγραφος. Conferatur Idem V, 148. Hinc Suidas: Συμβόλαιον, τὸ γραμματεῖον. Plenius Heſychius: Συμβόλαιον· συνάλλαγμα, συγγραφὴ, ἀσφάλεια, γραμματεῖον. Stephanus Theſaur. Gr. L. T. I, p. 705, annotat quidem ex Budaeo hunc uſum nominis: nec tamen aut ipſe exemplum attulit, aut apud Budaeum quid deprehendimus. Paulo diſertius eum attigit Salmaſius De Uſuris p. 139 et 140: et eam ſecutus J. Gothofredus ad Codicem Theodoſianum T. I, p.

120,

120, 6. Caeteras significationes nunc praetermittimus.

P. 42: Οὕτως οὐδὲ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα Σωσιπάτρα εἰς τὸν χρησμὸν ἀπετύγχανε] *Adeo Sosipatra neque de futuris rebus ab oraculi veritate aberravit*: i. e. *Adeo Sosipatra, oraculi instar, etiam de futuris rebus vaticinata est.* Obscurum sane: sed paulo saltem clarius fiet, si duo illa, ad quae hoc dictum refertur, animadvertamus. Primum est, quod supra dixit Sosipatra de tribus suis, tunc nondum natis; quod nos ibi attigimus in Nota p. 115, πρὸς τὸ θεῖον δὲ οὐδὲ εἷς, et nunc intelligentiae caussa a lectore studioso relegendum est. Alterum est ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα, *in rebus post hanc vitam*, quod opponitur *rebus in hac vita*, de quibus Sosipatra oraculi instar divinaverat, ut narravit Eunapius p. 39 et 40. Caeterum, inter haec et proxime sequentia verba, aliquid intercidisse videtur de his duobus non nominatis Eustathii filiis eorumque posteritate.

P. 42: καὶ τούτων γε τὰ ὀνόματα οὐδὲν δέομαι γράφειν — Ἀντωνῖνος.] Haec ipsis verbis, et sequentium magna pars jam p. 41 narrata sunt. Nec librariis sed ipsi Eunapio tribuenda est haec repetitio; eoque magis illi ignoscenda, quod multo accuratiores illo Scriptores subinde in tales repetitiones incidisse reperiuntur: cujus luculenta exem-

exempla protulit Ernestus ὁ πάνυ, in elegantisſimo libello *De Grata Negligentia Orationis* p. 130, in ejus Opusculis Philologicis repetito. Neque tamen ideo hanc ab Eunapio admisſam iterationem in genere gratae negligentiae cenſemus. Alia exempla, quae legere nos meminimus, colligere nunc non opus est.

P. 42: ὁ γὰρ λόγος οὐκ ἐπὶ τοὺς φαυλοὺς, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀγαθοὺς φέρειν συνεπείγεται] i. e. *hiſtoria mea et ſcribendi conſilium festinat ſe conferre ad bonos, non ad malos.* Sic λόγος ab aliis etiam dicitur Scriptoribus: at φέρειν est proprietatis Eunapianae, ductae ex alia dictione φέρει θυμὸς, *fert animus*, et ſimilibus formis; et pro ſimplici φέρει, nunc redundantius dicit φέρειν συνεπείγεται. Videatur nota nostra p. 11.

P. 43: τὸ ἄκαμπτον] Plutarcho non infrequens, v. Lycurgo p. 45, F: (Ἄλκανδρος) ἐν τῷ καταvοεῖν τὴν πραότητα καὶ τὸ πάθος (forte βάθος) αὐτοῦ τῆς ψυχῆς καὶ περὶ τὴν δίαιταν αὐστηρὸν, καὶ πρὸς τοὺς πόνους ἄκαμπτον, αὐτός τε δεινῶς διετέθη περὶ τὸν ἄνδρα, κ. τ. λ. Themistocle p. 117, B: αὐτῶν δὲ ἀκάμπτων προς οἰμωγὰς καὶ δάκρυα γονέων καὶ περιβολάς —• Catone Minore p. 761, D: τὸ περὶ τὴν δικαιοσύνην ἀτενὲς καὶ ἄκαμπτον εἰς ἐπιείκειαν ἢ χάριν ὑπερηγαστηκώς. Pyrrho p. 407, F: ἄκαμπτος μὲν εἶναι πρὸς φόβον, ἄτρεπτος δὲ ὑπ' αἰδοῦς. Bruto p. 997, C: ἀνὴρ διαφερόντως

τως καὶ μεγαλόφρων, καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ ἡδονὴν καὶ πλεονεξίαν ἀπαθὴς, ὄρθιον δὲ τὴν γνώμην καὶ ἄκαμπτον ἱστῶσαν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου διαφυλάττων.

P. 43. οἱ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν τότε σχολάζοντες] Junius: *qui tum Alexandriae negotiabantur:* forte operarum vitio, pro *otiabantur.* Est enim σχολάζειν, *otiari:* et ſubinde dicitur de otio literato, doctrinae ſtudio, ejus ſtudioſis, tam docentibus, quam discentibus, quales ſemper multi Alexandriae fuerunt. Plutarchus De Exilio p. 603, B: ἡ δ' Ἀκαδημία — οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος καὶ Ξενοκράτους καὶ Πολέμωνος, αὐτόθι σχολαζόντων καὶ καταβιούντων τὸν ἅπαντα χρόνον. Ad Principem Indoct. p. 778, B: βουλομένοις δὲ χαίρων καὶ διαλεγόμενος καὶ σχολάζων καὶ συνὼν προθύμως. Placit. Philoſ. I, 3, p. 878, C: τὸν Πυθαγόραν ἐν Ἰταλίᾳ σχολάσαι· i. e. *Pythagoram in Italia ſcholam habuiſſe.* De Solertia Animal. p. 969, E: ὃ δὲ οἱ πατέρες ἡμῶν ἔγνωσαν αὐτοὶ σχολάζοντες Ἀθήνησιν· i. e. *quod autem patres noſtri, quum Athenis literarum ſtudiis vacarent, viderunt.* Vit. Orator. X, p. 839, E: Ἰσαῖος — σχολάσας Λυσίᾳ· i. e. *Iſaeus Lyſiae ſcholis operam dedit*, p. 844, A: Δημοσθένης — σχολάζων Ἰσοκράτει. Ibid. B: Πλάτωνα — αὐτῷ σχολάσαι. Numa p. 69, C: ἱερουργῶν ἢ διδάσκων τοὺς ἱερεῖς ἢ πρὸς εὐνοίᾳ τινι τῶν θείων πρὸς αὐτοὺς σχο-

σχολάζων· ubi legendum videtur, ἱερουργεῖν διδάσκων ἢ περὶ ἐνιά τινα τῶν ἱ. π. α. σ. Demosthene p. 848, B: Ἰσοκράτους τότε σχολάζοντος· i. e. *Isocrate tunc scholam habente.* Cicerone p. 881, A: ἐσχόλαζε τοῖς βουλομένοις φιλοσοφεῖν τῶν νέων· *scholas habuit adolescentibus philosophari volentibus.* Bruto p. 994, B, de Caesare Octaviano: ἐν δὲ Ἀπολλωνίᾳ διέτριβεν ὅτε Καῖσαρ ἀνῃρέθη, σχολάζων περὶ λόγους. Ibid. F: Θεομνήστου δ' ἀκροώμενος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, καὶ Κρατίππου τοῦ Περιπατητικοῦ, καὶ συμφιλοσοφῶν, ἐδόκει παντάπασι ἀργεῖν καὶ σχολάζειν. Ibid. p. 995, A: τοὺς σχολάζοντας ἀπὸ Ῥώμης ἐν ἄστει νέους ἀνελάμβανεν· i. e. *adolescentes Romanos, qui Literis operam dabant, Athenis sibi adjunxit.* Arato p. 1028, C: κατ' ἀγορὰν σχολαζόντων· i. e. *quum in foro scholas haberent.* Teles apud Stobaeum Serm. XCV, p. 523: ὅτε μὲν παρὰ Θεοφράστῳ καὶ Ξενοκράτει σχολάζοι· *quum scholis Theophrasti et Xenocratis operam daret.* Aristides Orat. De Concordia Ad Urbes p. 517: — περὶ τοὺς λόγους — ἢ — μηδὲν σπουδαιοτέρῳ τούτων σχολάζειν πράγματι. Epicteti quosdam locos notavit J. Uptonus in Indice.

P. 43: ἡ δὲ Ἀλεξάνδρεια διά τε τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν, ἱερά τις ἦν οἰκουμένη] Non satis diserta narratio, ut appareat, ubi fuerit hoc Serapidis templum, utrum in ipsa urbe Alexandria, an in

Canopo. Hoc in Canopo longe fuit religiofisfimum, et Canopus vicinus Alexandriae CXX ftadiorum, i. e. quatuordecim mille pasfuum, intervallo, veluti fuburbium, frequentisfimo commercio advenarum Alexandrinorum celebratus: ut credibile fit, eum quafi partem majoris urbis habitum, et hoc ipfum templum Serapidis Canopicum inter Canopum et Alexandriam pofitum, utrique commune fuisfe; fiquidem, auctore Macrobio, Saturnal. I, 7, p. 215: *nullum Aegypti oppidum intra muros fuos aut Saturni aut Serapis fanum recepit:* et idem ab Eunapio fignificari, ac *templum Alexandriae vocari;* quum is proxima pagina 44 templa Canopi a Serapeo diftinguere videatur. Magis etiam probabilis haec interpretatio fiat legentibus Strabonem XVII, p. 1152, C: *Κάνωβος δ' ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πεζῇ ἰοῦσιν, ἐπώνυμος Κανώβου τοῦ Μενελάου κυβερνήτου ἀποθανόντος αὐτόθι, ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πιστεύειν, καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρων· συγγράφουσι δέ τινες τὰς θεραπείας, ἄλλοι δὲ ἀρετὰς τῶν ἐνταῦθα λογίων. Ἀντὶ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τῶν πανηγυριστῶν ὄχλος, τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας κατιόντων τῇ διώρυγι· πᾶσα γὰρ ἡμέρα καὶ πᾶσα νὺξ πληθύει τῶν ἐν τοῖς πλοιαρίοις καταυλουμένων καὶ κα-*

κατορχουμένων ἀναίδην μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀκολασίας καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν· τῶν δ' (lege τ') ἐν αὐτῷ τῷ Κανώβῳ καταγωγὰς ἐχόντων ἐπικειμένας τῇ διώρυγι εὐφυεῖς πρὸς τὴν τοιαύτην ἄνεσιν καὶ εὐωχίαν. Eodem referantur, quae de Serapidis templo et ſanationibus narrat Tacitus Histor. IV, 81, ſequ. Et quod ait Pauſanias Attic. I, 18, p. 42: Αἰγυπτίοις δὲ ἱερὰ Σαράπιδος ἐπιφανέστατον μέν ἐστιν Ἀλεξανδρεῦσιν, ἀρχαιότατον δὲ ἐν Μέμφει: *Alexandrinis* dicit, non in ipſorum Urbe, ſed *Canopicum;* quod horum id oppidum et templum cenſeretur: nec ſignificat *duo tantummodo* in Aegypto fuiſſe templa Serapidis, ſed duo haec prae caeteris eximia. Et in arce Corinthi duo templa fuiſſe narrat, quorum alterum Σαράπιδος ἐν Κανώβῳ καλουμένου II, 4, p. 121. Ammianus Marcellinus XXII, 16. Canopum duodecimo lapide a Serapeo disjungi narrans, utrum hoc templum in vicinia Phari an Alexandriae ponat, non apparet. Dio Caſſius in Antonino Caracalla, LXXVII, 15, 23, et LXXVIII, 7: *templi Serapidis in Alexandria* meminit, quod de *Canopico* intelligi poteſt. Achilles Tatius Hist. Amator. V, 1, 2: — εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἤλθομεν· — ἦν δέ πως καὶ κατὰ δαίμονα ἱερομηνία τοῦ μεγάλου θεοῦ, ὃν Δία μὲν Ἕλληνες, Σέραπιν δὲ καλοῦσιν Αἰγύπτιοι· — ἐθεασάμην δὲ καὶ τὸν μειλίχιον Δία, καὶ τὸν Διὸς οὐράνιον νεώ· *coeleste* tem-

templum Jovis, intelligo, *templum Serapidis in Canopo.* Multa de Serapide et Canopo collegit Jablonskius in Pantheo Aegypt. II, 5, et V, 4: in quibus nil est quod nostrae ſententiae repugnet. Qui autem everſionem hujus templi Serapidis memorarunt Theodoretus Hist. Eccleſ. V, 22: Socrates, V, 16; Sozomenus VII, 15: Damascius apud Suidam Voce Ὄλυμπος, *Alexandriam*, non *Canopum*, nominant: item Anonymus Suidae V. Σάραπις: at cum *Canopo* istam cladem communicat Rufinus II, 26—29. Omnino illud ſanctum et religioſum *Serapidis Alexandriae templum* idem fuiſſe videtur, *quod Serapidis Canopi templum*.

P. 43: *οἱ γοῦν πανταχόθεν φοιτῶντες εἰς αὐτὴν πλῆθός τε ἦσαν τῷ δήμῳ παρισούμενοι·*] Junius perperam reddidit: *ad quam undecumque terrarum innumeri confluebant, agmini ſimiliter;* reddendum erat: *et qui in eam adveniebant undecumque multitudo erant numero par ipſis incolis.* Dicitur ſubinde δῆμος de incolis alicujus urbis: v. c. ſupra p. 23. Achilles Tatius l. c. V, 1: Εἶδον δὲ καὶ δύο καινὰ καὶ παράλογα, μεγέθους πρὸς τὸ κάλλος ἅμιλλαν, καὶ δήμου πρὸς πόλιν φιλονεικίαν, καὶ ἀμφότερα νικῶντα· ἡ μὲν γὰρ ἠπείρου μείζων ἦν, ὁ δὲ πλείων ἔθνους· καὶ εἰ μὲν εἰς τὴν πόλιν ἀπεῖδον, ἠπίστουν εἰ πληρώσειέν τις δῆμος αὐτὴν ἀνδρῶν· εἰ δὲ εἰς τὸν δῆμον ἐθεα-

σά-

σάμην, ἐθαύμαζον, εἰ χωρήσειέν τις αὐτὸν πόλις· τοιαύτη τις οὖν ἰσότητος τρυτάνη· postremum οὖν cum editoribus, qui ante Salmasium fuerunt, mutandum in ἦν. Aelianus Var. Hist. XIV, 11: αἱρεῖν πόλεις, καὶ ἀπολλύναι δήμους: *urbes expugnare, earumque incolas perdere.* Ammonius Differentium Vocabul. Δῆμος — τὸ πλῆθος τῆς πόλεως.

P. 43: τοῖς δὲ ἐξήρκει τὰ ποτάμια πλοῖα μετὰ ῥαστώνης ἐπὶ τὴν σπουδὴν ὑποφέροντες] Videntur duae diversae lectiones in unam confusae esse: altera, τοῖς δὲ ἐξήρκει τὰ ποτάμια πλοῖα μετὰ ῥαστώνης ἐπὶ τὴν σπουδὴν ὑποφέροντα· *aliis autem sufficiebant fluviatiles lembi, eos cum facilitate ad studium rei seriae vehentes:* altera, τ. δ. ἐ. τ. π. πλ. μετὰ ῥαστώνης τὴν σπουδὴν ὑποφέρουσι· *aliis autem sufficiebant fluviatiles lembi, festinationem cum quiete conjunctam tolerantibus.* Illa ποτάμια πλοῖα sunt, quae in Nilo usitate βαρίδες vel βάρεις dicebantur: quorum usum attigit P. Wesselingius ad Diodorum Sic. T. I, p. 108. Antoninus autem, ut videtur, ultra ostium et oppidum Canopi ad ipsam oram maris habitabat.

P. 43: ἀφθόνως καὶ ἀφθορῶν] Forte postremum corrigendum cui videatur in ἀφθόρως· i. e. *copiose et incorrupte:* ut Eunapius in paronomasia elegantiam quaesiverit. Sed teneo, quod Gronovius

vius ex Mediceo annotavit, αὐθωρὸν, *hac ipsa hora, statim, continuo.*

P. 43: ἄτεγκτος.] De exquisitioris elegantiae vocabulo diximus quaedam ad Plutarchum De Auditione p. 44, A, post Ruhnkenium quidem, qui ejus vocabuli usum egregie explicuit ad Timaei Gloss. Platonicas p. 248, et nobis etiam in Damascii emendatione ibi proposita critice et probabiliter versatus esse videtur.

P. 43: οὐ γὰρ ἔφθανεν ἐκεῖνος — p. 45; ἡ γῆ φέρει τούτους τοὺς θεούς.] Longam hanc ῥῆσιν nullius quidem correctionis aut emendationis caussa, sed in testimonium argumenti *de Oraculorum Ethnicorum Duratione atque Interitu*, cum aliis Veterum locis, exhibet Antonius Van Dale, in opere *De Oraculis* p. 538 sequ.

P. 43. ἥ τε θεραπεία τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὸ Σαραπεῖον ἱερόν] Hic diserte Alexandrina fana à Sarapidis fano distinguuntur. Caeterum τῶν non habet quo referatur: et ἱερὸν redundat, quum jam contineatur in nomine Σαραπεῖον; igitur corrigendum ἱερῶν· i. e. *cultus sacrorum in Alexandria et Serapeo* —. Mediceus ἥτε θεραπευτῶν.

P. 44: Καὶ τὰ περὶ τὸν Κάνωβον ἱερὰ ταυτὸ τοῦτο ἔπασχεν] i. e. *reliqua Canobi fana;* nam Serapei jam factam mentionem iterare nil attinebat,

bat, et ut positi inter utramque urbem quasi ambabus communis.

P. 44: Θεοδοσίου μὲν τότε βασιλεύοντος —] Theodosio I, anno Aerae Vulgaris 389. Praeter scriptores supra citatos veteres, etiam novitii cognoscantur: Tillemontius Historia Imperatorum Tom. V, p. 141: Le Beau, Historia Imperii Romani Posterioris (Histoire du Bas-Empire) Libr. XXIV, Cap. XVI, Vol. V, p. 323, seq: Gibbon De Inclinatione et Lapsu Romani Imperii (of the Decline and Fall of the Roman Empire) Vol. V, p. 110, sequ.

P. 44: Θεοφίλου προστατοῦντος τῶν ἐναγῶν] Junius: *praetorii praefecto Theophilo, piaculari homine:* immo, *praeside scelestorum Theophilo:* i. e. *quum Christianis Episcopus Alexandriae praeesset.* Hunc oppugnatorem cultorum veteris religionis et templorum memorat Zosimus V, 28, 5: et nominatim Alexandrinorum templorum et Serapei Theodoretus Hist. Eccles. V, 22: Θεόφιλος ἀνὴρ πυκνός τε τὰς φρένας, καὶ ἀνδρεῖος τὸ φρόνημα· οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν τῆς εἰδωλικῆς ἠλευθέρωσε πλάνης· οὐ γὰρ μόνον ἐκ βάθρων ἀνέσπασε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐξαπατώντων ἱερέων τοῖς ἐξηπατημένοις ὑπέδειξε μηχανήματα· κ. τ. λ. Socrates V, 16. Anonymus apud Suidam in Σάραπις. Et sine ejus nomine Sozomenus VII, 15. Conferatur J. Jonsius

De Scriptor. Hist. Philos. III, 17, 1: quem secutus est Bruckerus Hist. Crit. Philos. T. II, p. 279.

P. 44: Εὐρυμέδοντος — Ὅς ποθ' ὑπερθύμοισι —] Odysseae II, 58, 59.

P. 44: Εὐετίου δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν ἄρχοντος· Ῥωμανοῦ δὲ τοὺς κατ' Αἴγυπτον στρατιώτας πεπιστευμένου.] Sozomenus VII, 15: ἦρχε δὲ τότε τῶν ἐν Αἰγύπτῳ στρατιωτικῶν ταγμάτων Ῥωμανός· Εὐάγριος δὲ ὕπαρχος τῆς Ἀλεξανδρείας ἡγεῖτο. Unde Eunapio pro Εὐετίου restituit Εὐαγρίου Valesius ad Socratem V, 16, p. 52. — Erat is *Praefectus Augustalis:* praeerat rebus tantum civilibus, si quidem huic magistratui, ut Praefectis Praetorio, militare imperium ademtum, et propriis *Militiae Magistris* mandatum erat: qui tunc Romanus fuit. Utriusque mentio exstat in Codice Theodosiano, quam explicuit Jac. Gothofredus in Prosopographia, in nominibus *Euagrius* et *Romanus* Tom. VI, Part. II, p. 51, a: et 81, a.

P. 44 — ἅμα φραξάμενοι κατὰ λίθων καὶ λιθοξόων θυμὸν, ἐπὶ ταῦτα ἀλλόμενοι] Sic interpungendum: i. e. *qui simul animum suum confirmantes adversus lapides et lapicidas, in ea insilientes.* Quod dicitur *in lapicidas* significat *in lapicidarum opera: ταῦτα, illa,* intelligendum τὰ ἱερά, templa. Φράξασθαι, *se munimentis, et armis, et instructa acie sepire;* dictionem, in

in argumento gravi rei bellicae usitatam, transtulit ad ridiculum: et forte de illo Bratrachomyomachiae cogitavit, 165: Φραξάμενοι δ' ἵστησαν ἐπ' ὄχθαις ὑψηλῇσι, Σείοντες λόγχας, θυμοῦ δ' ἔπληντο ἕκαστος. Nec dissimilis Eunapiano loco Polybianus apud Suidam in Voce Ἐπίπνοια. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι θείας ἐπιπνοίας τινὸς ἐπεπλήρωντο· τήν τε προθυμίαν ἀνανταγωνίστῳ σθένει Φραξάμενοι. Plutarchus Camillo p. 138, F: τὸ Καπιτώλιον ἐφράξαντο βέλεσι καὶ διατειχίσμασιν. Ibid. p. 150, F: τὸν χάρακα Φραξάμενος ἠρέμει. Timoleonte p. 245, A. Paulo Aemilio p. 259, F. Catone Majore p. 343, C. Mario p. 418, D. Sertorio p. 571, C. 579, B. Eumene p. 588, F: Φράξασθαι παραινῶν, *monens ut se muniret*. Pompejo p. 650, A: ἑτέροις ὅπλοις πρὸς Καίσαρα Φραγνύμενον. Crasso p. 936, E: Φραξάμενοι βέλτιον προῆγον. Etiam Gronovius ex Mediceo pro ἁλλόμενοι notavit βαλλόμενοι, quod equidem vulgato haud praeferam: nec ἁμιλλώμενοι, quod mihi antea in mentem venerat.

P. 44: τὸ ὑφελόμενον] Lego τὸν ὑφελόμενον· i. e. *eratque inter ipsos lex bellica, ut raptor lateret:* i. e. *ut qui quid surripuisset, ne ab aliis proderetur;* vel, *ut tamquam Spartani pueri, pulcrum ducerent furari, at turpe furantem deprehendi*. Certe Participia ἑλόμενος, ὑφελόμενος, ἐξελόμενος, aliorum Compositorum, ut item

In-

Infinitivi *ἑλέσθαι*, *ἐξελέσθαι*, *ὑφελέσθαι*, non passivam, sed activam habent significationem, ut me alicubi ad Plutarchum ostendere memini.

P. 45: *μοναχοὺς, ἀνθρώπους μὲν κατὰ τὸ εἶδος, κ. τ. λ.*] Gronovius adscripsit, *Rutilius in Itinerario.* Est is locus Libro I, versu 649 et sequ: et significatus ab Antonio van Dale De Oraculis p. 546. Zosimus conferatur Histor. V, 23: et quae collegit Jac. Gothofredus ad Codicem Theodosianum Tom VI, Part. I, p. 107, sequ.

P. 45: *τυραννικὴν γὰρ εἶχεν ἐξουσίαν τότε πᾶς ἄνθρωπος μέλαιναν φορῶν ἐσθῆτα*] *Monachi — maximi momenti negotiis catervatim per drungos se immiscebant, atque humanitatis vel pietatis obtentu judiciario ordini saepe intercedebant, pacemque adeo publicam ea re turbare videbantur; unde tyrannicam auctoritatem iis exprobabat Eunapius Aedesio p. 78*: inquit Jac. Gothofredus Cod. Theodos. l. c. p. 107, et exempla ex historiis adfert. *Atrae* porro eorum *vestes.* Sic in Maximo p. 53: *ἦτε τῶν τὰ φαιὰ ἱμάτια ἐχόντων ἀκωλύτως προσπαρεισελθόντων ἀσέβεια.* Zosimus l. c. V, 23: *ὅσοι φαιαῖς ἔτυχον ἐσθῆσιν ἠμφιεσμένοι.* Synesius Ep. CXLVI, p. 283, D: *Γαυὸς ἐπεφήμισέ σοι τὸν μονήρη βίον — καὶ τὸν νοῦν αὐτὸν ὅσος εἰς θεολογίαν συντείνει, καὶ φαιὸν τριβώνιον ἀμπέχεσθαί σε φησίν.* Libanius in Oratio-

tione Pro Templis §. 3. p. 474: *οἱ δὲ μελανειμονοῦντες οὗτοι, καὶ πλείω μὲν τῶν ἐλεφάντων ἐσθίοντες, πόνον δὲ παρέχοντες τῷ πλήθει —* ubi Jac. Gothofredus, qui hanc Orationem edidit in Operibus Minoribus, plura de hoc Monachorum in vestimentis colore. Nomen autem *φαιὸς* proprie colorem notans *fuscum*, i. e. mixtum ex atro et albo, ut Suidas docet in hac voce, saepe usurpatur pro *atro*.

P. 45: *Τοὺς δὲ μοναχοὺς τούτους καὶ εἰς τὸν Κάνωβον καθίδρυσαν.*] Quale et quo nomine appellatum fuerit hoc monasterium divinare studet Tillemontius Historia Imperatorum, Tom. V, p. 141, a, fin. Sozomenus VII, 16, p. 588: *τὸ μὲν δὴ Σεράπιον ὧδε ἥλω· καὶ μετ' οὐ πολὺ εἰς ἐκκλησίαν μετεσκευάσθη Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως ἐπώνυμον.*

P. 45: *καταδήσαντες τὸ ἀνθρώπινον*] i. e. *constringentes humanum genus, illigantes.* Habet *καταδεῖν* significationem malae artis et magiae, quod monuimus supra p. 77: et ad Plutarchi Praecepta Conjugialia p. 138, B.

P. 45: *Ὀστέα γὰρ —*] Quod in Plantiniana vitiose legitur *οἴτε γὰρ*, et in Commeliniana recte emendatum est, paulo antea correxerat ex codice scripto vetusto Petrus Faber, disserens de Iconibus Martyrum in Basilicis cultorum, Agonistico II, 21, p. 328.

P.

P. 45: *θεούς τε ἀπεδείκνυσαν, καὶ προσεκαλινδοῦντο τοῖς   καὶ κρείττους ὑπελάμβανον εἶναι μολυνόμεναι πρὸς τοῖς τάφοις.*] Olim in Epiſtola Critica p. 44 hunc locum breviter attigi, pro vetere *ἀπελάμβανον* corrigens *ὑπελάμβανον*, quod nunc Editor è ſcriptis codicibus repoſuit: notavi etiam Platonicam dictionem ex Phaedone p. 386, C, qua pravorum anima post mortem dicitur *καλινδουμένη περὶ τοὺς τάφους καὶ τὰ μνήματα*, quod nuper in noſtra editione Phaedonis p. 209 uberius explicui: verti etiam ſententiam rectius, quam à Junio factum erat; nunc ſic eam reddam; *illosque (martyres) pro diis haberi voluerunt, advolvebanturque eorum ſepulcris, et ſe ipſos praeſtantiae divinae participes fore putabant, ſi ſe ad ipſorum ſepulcra conſpurcasſent.* Nam lacunam istam in promtu est ſic explere, *προσεκαλινδοῦντο τοῖς μνήμασιν αὐτῶν, καὶ κρείττους* —· Veteris igitur religionis ſtudioſi illa Platonica dictione cultum Martyrum Chriſtianis objiciebant. Julianus in Miſopogone ad infenſos ſibi Antiochenos, ejusque discesſum per vetulas a Martyribus flagitantes p. 344, A: *τὸ μὲν εὔχεσθαι πάντως ἀπαλλαγῆναι τοῦ τοσούτου κακοῦ τοῖς περὶ τοὺς τάφους καλινδουμένοις γραϊδίοις συνεχωρήσαμεν.* Idem Adverſus Chriſtianos apud Cyrillum Alexandr. X, p. 339, E: *ὑμεῖς ὑπὲρ τίνος προσκαλινδεῖσθε τοῖς μνήμασι.* Conferatur item de hoc crimine Valeſius

ad

ad Ammianum Marcellinum XXII, 11, p. 853. Denique in hoc Eunapiano loco κρείττους accipiendum ex eo usu, quo notat *deum* vel *divinum*, ut apud Platonem Epinomide p. 704, G: ἡγήσαιτ' ἂν παγκάλως καὶ ἱκανῶς εἰρῆσθαι τὸ θεῶν εἶναι πλέω, καὶ μηδέποτε λήθῃ μηδὲ ἀμελείᾳ τῶν κρειττόνων ἡμᾶς παρωλιγωρῆσθαι. Leg. IV, p. 601, E: παρὰ θεῶν καὶ ὅσοι κρείττονες ἡμῶν. Sophista initio p. 148, D: Ἆρ' οὖν, ὦ Θεόδωρε, οὐ ξένον, ἀλλά τινα θεὸν ἄγων, κατὰ τὸν Ὁμήρου λόγον λέληθας· — ταχ' οὖν καὶ σοί τις οὗτος τῶν θεῶν συνέποιτο. Plutarchus Defectu Orac. p. 419, E: τῶν κρεισσόνων τινὸς, *alicujus dei vel daemonis*. Pyrrho, p. 399, B: ὥς τινα τῶν κρειττόνων θαυμάσαντας καὶ καταπλαγέντας τὸν Πύῤῥον. Mario p. 427, C. Cimone fin. p. 491, C: μὴ ἀμελεῖν Κίμωνος, ἀλλ' ὡς κρείττονα σέβεσθαι καὶ γεραίρειν.

P. 45: διάκονοί τινες καὶ πρέσβεις τῶν αἰτήσεων παρὰ τῶν θεῶν] Imitatur Platonem Sympos. p. 327, F: ejusque ibi de daemonibus dicta ad Martyres transtulisse Christianos insimulat: πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ· — ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τε τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. κ. τ. λ. quod placitum late ma-

na-

navit ad posteros Scriptores, ut notavi ad Plutarchum De Iside et Osiride p. 361, B.

P. 4: τὰς τῆς μοχθηρίας ὠτειλὰς ἐν τοῖς εἰδώλοις φέροντα] εἴδωλα intelligam partem animae, quae corporis speciem retinet; de qua saepe est mentio apud Platonicos: et nos quaedam diximus ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 97—100. Cui parti ex pravitate et peccatis cicatrices et vibices οὐλαὶ καὶ μώλωπες immanent; ut ibidem dictum p. 111, ad Gr. contextum p. 93, 565, B. Et mox p. 46, Eunapius in facto Jamblichi, εἴδωλον de ejusmodi viso et spectro accipit.

P. 45: τὰ ἱερὰ τάφους γενήσεσθαι] Sic Julianus de Constantino et tribus ejus filiis. Orat. VII, p. 228, B: πατρῷα μὲν ἱερὰ κατεσκάπτετο παρὰ τῶν παίδων, ὀλιγωρηθέντα πρότερον ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ἀποσυληθέντα τῶν ἀναθημάτων· ἃ τέθειτο παρὰ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, οὐχ ἥκιστα δὲ τῶν προπατόρων αὐτοῦ· καθαιρουμένων δὲ τῶν ἱερῶν, ἀνῳκοδομεῖτο παλαιὰ καὶ νέα μνήματα· προαγορεύοντος αὐτοῖς τοῦ αὐτομάτου καὶ τῆς τύχης, ὅτι ἄρα πολλῶν αὐτοῖς δεήσει μνημάτων οὐκ εἰς μακράν. De hoc autem Theodosii tempore Libanius Or. De Templis p. 475, et passim: sed et Historiae Ecclesiasticae Scriptores supra citati.

P. 46: τοῦ δὲ ἐλθόντος] Quonam veniente? Scilicet Apolline; hoc enim constructio atque gram-

grammatica ratio postulat. Atqui ipſe Jamblichus mox negat Apollinem hunc esſe. Fabella, quamvis prodigioſa et magica, quo genere delectatur Eunapius, tamen grammaticis legibus ſoluta vagari nequit. Itaque credibile est, hic pro τοῦ δὲ ſcriptum fuisſe, vel φάσματος δέ τινος, vel certe quid ſimile.

P. 46: μονομαχήσαντος γάρ ἐστιν —] Nexus ſenſusque, ſiquis est, hujusmodi esſe videtur: Aegyptius magus ex eorum genere, qui animas mortuorum evocant, quales apud Heliodorum, Achillem Tatium, et alios, legimus, in coetu τῶν παρόντων, fortasſe etiam operam dedit ut Apollinem ſisteret; at arte ſua magica non valebat ad deos: venit igitur mortui alicujus hominis idolum: quod quum praeſentes pro Apolline haberent, Jamblichus eos errare monuit. At quare μονομαχήσαντος, *gladiatoris*? Fortasſe Christiani martyris, ad arenam, i. e. ad depugnandum in gladiatorio vel bestiario ſpectaculo, condemnati, cujus idolum adhuc vibices et cicatrices maleficiorum, propter quae condemnatus, et vulnerum, quibus confosſus erat, retineret. Hi in pesſimo et miſerrimo hominum genere cenſebantur: ludi autem ab ipſis Christianis Imperatoribus Conſtantino et Honorio abrogati, in Codice Theodoſiano XV, XII, 1, 2, 3, ubi legendus Jac. Gothofredus T. V, p. 449 — 458.

Cui adhibeatur Lipsius Saturnalium Quaestionum II, 2, et 23. Inde et bestiarii *audaces* et *μονόμαχοι* dicti: de quibus disserit Salmasius ad Hist. Aug. Scriptores, ad Julii Capitolini Gordianos Cap. III, p. 79 seq. et Trebellii Pollionis Gallienos Cap. III, p. 192, et Cap. XII, p. 216, 217.

P. 46. *καὶ τοῦτό γε αὐτοῦ μόνον ἀσθένειαν φέρει*] Hanc dictionem sententia de Jamblicho, locus autem et ordo de Antonino, accipere jubet. Si locum et ordinem sequimur, corrigendum erit, ut volui in Epistola Critica, ut pro *ἀσθένειαν* legatur *ἀγχίνοιαν*, vel simile quid, hoc sensu: *atque hoc solum ostendit majorem fuisse Antonini quam Jamblichi perspicaciam*. Sin autem sententiam sequamur, sic transponendum et cum reliquis partibus ligandum erit, ut legatur: *Ἀλλ' Ἰάμβλιχος μὲν τὰ παρόντα δεινὰ εἶδεν, καὶ τοῦτό γε αὐτοῦ μόνον ἀσθένειαν φέρει· Ἀντωνῖνος δὲ τὰ μέλλοντα προεῖδε·* i. e: *Sed Jamblichus quidem praesentia mala vidit, et hoc unum in eo infirmitatem habuit: Antoninus vero etiam futura praevidit.* Possis et *μόνον* post *παρόντα* ponere: *sed J. solum praesentia mala vidit, etc.* Hanc utramvis posteriorem rationem priori anteponam.

P. 46. *Ἄλυπον — ἱερῶν τέλος*] Fortasse sic legendum *Ἄλυπον δὲ αὐτῷ τὸ τέλος, εἰς γῆρας ἀνε-*

σιν

ἔτι ἀφικομένῳ καὶ βαθύ· λυπηρὸν δὲ τοῖς νοῦν ἔχουσι τὸ προεγνωσμένον ἐκείνῳ τῶν ἱερῶν τέλος. Sic in Maximo p. 48: εἰς μακρόν τι γῆρας ἀφίκετο.

ΜΑΞΙΜΟΣ.

Hujus haud infrequens est apud alios Scriptores mentio, ut qui libros conscripserit, Julianum instituerit, et illorum temporum fortunam et casus expertus sit. Suidas: Μάξιμος, Ἠπειρώτης, ἢ Βυζάντιος, φιλόσοφος, διδάσκαλος Ἰουλιανοῦ Καίσαρος τοῦ παραβάτου, ἔγραψε περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων, περὶ καταρχῶν, περὶ ἀριθμῶν, ὑπόμνημα εἰς Ἀριστοτέλην· καὶ ἄλλά τινα πρὸς τὸν αὐτὸν Ἰουλιανόν· ubi Kusterus videatur, qui Socratis Hist. Eccles. III, 1, verba attulit, a Suida de Maximi patria dissentientis, p. 136, B: προκόπτοντος δὲ αὐτοῦ (τοῦ Ἰουλιανοῦ) κατὰ τὴν ῥητορικὴν, ἐφίσταται τῇ Νικομηδείᾳ Μάξιμος ὁ φιλόσοφος, οὐχ ὁ Βυζάντιος ὁ Εὐκλείδου πατὴρ, ἀλλ' ὁ Ἐφέσιος, ὃν ὕστερον ὡς μαγγανείας ποιοῦντα ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσε· τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον γέγονε· τότε δὲ οὐ δι' ἕτερον παρῆν εἰς τὴν Νικομήδειαν, ἀλλὰ Ἰουλιανοῦ φήμη ἦγεν αὐτόν· παρὰ τούτῳ δὴ φιλοσόφων λόγων γευσάμενος, εὐθὺς ἐμιμεῖτο καὶ τὴν θρησκείαν τοῦ παιδευτοῦ, τοῦ καὶ ἐπιθυμίαν τῆς βασιλείας ἐμβάλλοντος αὐτῷ. Hinc Sozomenus V, 2, p. 483, D. Meminit ejus et

Ammianus Marcellinus XXII, 7, p. 330, et XXIX, 1, p. 605, ubi de ejus patria quaerit Valesius, et aliquot Libanii locos adfert Maximum laudantis. Est et diserta Libanii Epistola DCVI ad hunc Maximum; et Juliani XV, XVI, XXXII, XXXIX. Zosimi mentio IV, 2, et 15. Poema περὶ καταρχῶν, de quo Kusterus ad Suidam, edidit Fabricius Bibl. Gr. Vol. VIII, p. 415. Commentarii in Aristotelis Categorias meminit Simplicius in easdem, initio in hujus libri interpretibus eum recensens: ὧν καὶ Μάξιμον ἐγὼ τίθημι, τὸν Αἰδεσίου μὲν τοῦ Ἰαμβλίχου, μαθητὴν, ἐν δὲ τῷ εἰς τὰς Κατηγορίας ὑπομνήματι πάντα σχεδὸν τῷ Ἀλεξάνδρῳ συνᾴσαντα.

P. 46: Καὶ ἁρμονία γέ τις ἐπῆν καὶ ἀκούοντι καὶ ὁρῶντι —] i. e. *et harmonia quaedam in eo apparebat et audienti et videnti.* Duplex exstat exquisitioris dictionis in hoc loco vis; et Dativi, et Ellipseos verbi δοκεῖν, qua ἐπῆν ponitur pro ἐδόκει ἐπεῖναι, *videbatur adesse.* De hac pauca monuerunt Annotatores ad Lamberti Bosii libellum De Ellipsi Graeca p. 418. Cernitur etiam in illo usu, quo v. c. κινεῖν τὴν γῆν, *moveo terram*, valet *dico terram moveri* et *puto terram moveri*; quem usum et alii viri docti illustrarunt, et Hemsterhusius ad Thomam Magistrum p. 189. Dativus autem est quaedam forma Dativi Consequentiae; de quo, ut de genere, diximus ad Plu-

Plutarchum De Superstitione p. 169, D: sed hac in forma similis Ellipsis *apparendi* et *animadvertendi* inest. veluti in illo Thucydidis I, 24: Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις μὲν ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον· ubi in iis, quae attulit Dukerus, quaedam sunt Dativi exempla. Plutarchus in Publicola, p. 107, C: ἀνάκειται δὲ τὴν ἱερὰν ὁδὸν πορευομένοις εἰς Παλάτιον ἀνδριὰς αὐτῆς (τῆς Κλοιλίας) ἔφιππος. Themistocle p. 128, D: — περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου, πρόκειταί τις οἷον ἀγκὼν, καὶ κάμψαντι τοῦτον ἐντὸς, ᾗ τὸ ὑπεύδιον τῆς θαλάττης, κρηπίς ἐστιν εὐμεγέθης, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς, τάφος τοῦ Θεμιστοκλέους. Lysandro p. 450, A: τὸν δὲ Λύσανδρον — κατέθεσαν, οὗ νῦν τὸ μνημεῖόν ἐστι, παρὰ τὴν ὁδὸν εἰς Χαιρώνειαν ἐκ Δελφῶν πορευομένοις. Pausanias Graeciae Descript. I, 36, p. 88. Ἰοῦσι δὲ ἐπ' Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ὁδὸν ἱερὰν, Ἀνθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. Ibid. 37, p. 89: προελθοῦσι δὲ ὀλίγον Λακίου τέμενός ἐστιν ἥρωος. Ibid. 44, p. 106: ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς κατιοῦσι τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθείας καλουμένης, Ἀπόλλωνος ἱερόν ἐστιν ἐν δεξιᾷ Προστατηρίου. Ibid. p. 109: προελθοῦσι δὲ ἐς τὸ πρόσω, μνῆμά ἐστιν Εὐρυσθέως. II, 2, p. 115. 7, p. 128. 18, p. 149. 24, p. 165. 25, p. 169. V, 6, p. 387: et aliis locis, Caeterum hunc esse Dativum Conse-

quentiae hoc etiam documento est, quod subinde pro eo Genitivus Consequentiae reperitur.

P. 47: τοιαύτη τις ἀφροδίτη τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθητο] Fluxit ex nobili illo Eupolidis loco, quem attigimus ad Juliani Orat. I, p. 33, A, in Bibliothecae Criticae Parte X, p. 40: et antea tractaveramus ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 7.

P. 47: οἷς ἐκώλυεν εἶναι πρώτους, αὐτος ὤν.] Gronovius annotavit, sibi corrigendum videri οὓς ἐκώλυεν εἶναι πρώτους, πρῶτος αὐτος ὤν. Hic sane est sensus verborum: sed hunc jam dat vetus lectio, non sine breviloquentiae elegantia.

P. 47: Κλαυδιανόν τε τὸν καταλαβόντα Ἀλεξάνδρειαν κἀκεῖ παιδεύσαντα] Utrumque hunc, Maximi fratres, nominat Eunapius in postera libri parte p. 176. Claudianus autem habitus est à quibusdam recentioribus pater Claudiani, Latini poetae; in his fuit Stephanus Claverius, ejus editor; cujus sententiam probat J. M. Gesnerus in Prolegomenis suae editionis: *Non inelegans est*, inquit, *Claverii suspicio, patrem nostri fuisse illum Claudianum, de quo Eunapius in Maximo p.* 67: tum appositis verbis Eunapii, illa τὸν καταλαβόντα Ἀλεξάνδρειαν reprehendens, haec addit: *fastu quodam Sophistico de fama qualicunque et plausu Scholastico sic loquitur, ut de capta urbe: hoc dicit, Alexandream venit Clau-*

dia-

dianus, *scholam aperuit*, *concursus juventutis ad eum facti sunt.* Atqui nulla hic translatio de *capta urbe*: sensus est, occupavit cathedram Alexandrinam, ut dicitur *καταλαβεῖν ἕδραν*, *καθέδραν*, *θρόνον*, *ἑδάν*. Caeterum ad patrem Claudianum datam esse Libanii Epistolam MCDLXXVII putat Wolfius: sed dubium nobis injicit, quod ille Claudianus tunc *ἐπὶ Θρᾴκης* habitavit. Poëtam Claudianum eumdem esse, quem sub Arcadio Comitem Orientis fuisse constat ex Codice Theodosiano, Seldeni fuit opinio, quam refert Gothofredus in Prosopographia: et ab editoribus poetae memoranda erat. Eumdem porro esse Claudianum, ad quem Joannis Chrysostomi Epistola fertur CXCV, Tom. IV, p. 804, non statuo.

P. 47. *ἐξῄτησαν*] F. *ἐξῃτήσατο τὸν ἀν.* cujus ultima syllaba facile à proxima *τὸν* absorberi potuit. Sensus est *efflagitavit sibi à Constantio patrueli.* Usum hujus verbi explicabimus ad Plutarchum.

P. 48: *ἐπιτραπὲν αὐτῷ*] *Quum id ei concessum esset.* Sic correxeram, quum postea ex Mediceo codice annotatum vidi.

P. 48: *πανταχοῦ — βούλοιτο.*] Sic interpungo: *πανταχοῦ, βαθέων καὶ βαρυτάτων ὑποκειμένων κτημάτων, μετὰ βασιλικῆς ὑπονοίας καὶ δορυφορίας περιεφοίτα, καὶ διέστειχεν ὅπη βούλοιτο·* i. e: *ubi-*

que obibat, et permeabat quocumque vellet; quippe qui ipse possideret rem amplam copiosasque pecunias, et secum haberet regium satellitium, quod ei suspicax Constantii cura addiderat. Et maternas possessiones habebat Julianus, ut ipse narrat in Epistola ad Athenienses p. 273, B: et communes cum fratre Gallo in Cappadocia p. 271. Socrates III, 1, eas in Jonia sitas tradit, ubi Gallus Ephesi in scholas ventitaret, ut Julianus Constantinopoli. Athenis quum studeret, inde aliquotius excurrit, etiam in Joniam, ad juvandos amicos, ut in Epistola ad Themistium ait, p. 259, B, C: quae forte eadem est per Asiam migratio hic ab Eunapio narrata. Qui caeterum illius Athenis commorationem verbo tangit p. 52, 53. Studia praeterit, et ipsi Juliano l. c., et aliis memorata, v. c. Libanio in Panegyrico p. 176. Parentali in Julianum §. 13—15, apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. VII, p. 237 sequ. Zosimo III, 2. Socrati l. c. Sozomeno V, 2. Gregorio Nazianzeno Orat. Stelit. II, p. 121, D: qui fere eam post Galli caedem ponunt. Itaque Himerii p. 200 συνωρίδα de Juliano et Gallo Caesare accipiendam, ante tempus illius Atheniense pono. Dicuntur vero τὰ ὑποκείμενα, *res praesentes, quas jam habuimus, et nunc habemus, nec aliunde modo accepimus.* Huc pertinet Polybii consuetudo in hoc vocabulo, de qua

mo-

monuit Casaubonus ad I, 19, T. I, p. 841, edit. Ernest. Plutarchi locus in Philopoemene ab illo allatus, exstat p. 382, C: *Τίτος μὲν ἐξ ὑποκειμένων ἐνίκα, χρώμενος ὁπλισμοῖς καὶ τάξεσιν ἃς παρέλαβε· Φιλοποίμην δὲ αὐτὸς ἐπεισενεγκὼν, καὶ μεταβαλὼν τὸν περὶ ταῦτα κόσμον.* Idem De Audiendis Poetis p. 20, B: *οἱ γοῦν φιλόσοφοι παραδείγμασι χρῶνται, νουθετοῦντες καὶ παιδεύοντες ἐξ ὑποκειμένων· οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι πλάττοντες αὐτοὶ πράγματα καὶ μυθολογοῦντες.* De Sanitate Tuenda p. 134, C: *τὰ ὑποκείμενα, ea quae adsunt.* De Pythiae Oraculis p. 406, B: *χρῆται τῇ ὑποκειμένῃ δυνάμει· utitur propria facultate.* De Animi Tranquillitate, p. 471, C: *μὴ συμμέτροις χρῆσθαι πρὸς τὴν ὑποκειμένην δύναμιν ὁρμαῖς· i. e. non congruis uti facultati nostrae appetitionibus.* De Rep. Seni Gerenda p. 793, A: *πολλῶν τόνων καὶ τρόπων ὑποκειμένων φωνῆς.* Reip. Ger. Praeceptis p 799, B: *τοῖς ὑποκειμένοις ἤθεσιν εὐάρμοστον εἶναι· se ad mores praesentes civium accommodare.* Non Suaviter Vivi Sec. Epicurum p. 1096, E: *ᾧ μηδὲν οἰκεῖον ὑποκεῖσθαι — πέφυκε.* De Musica p. 1044, D: *ἐκ τοῦ ἡμῖν ὑποκεῖσθαι, propterea quia nobis adsunt.* Compar. Solonis et Publicolae p. 111, C: *δεῖ δὲ πρὸς τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς τὰς πράξεις θεωρεῖν· res ex praesentibus temporibus dijudicandae sunt.* Camillo p. 138, A. Pericle p. 164, A: *διὰ τὸ μέγεθος*

τῆς ὑποκειμένης ἡγεμονίας. Alexandro p. 664, E. Catone Min. p. 788, E. Alibi dicuntur τὰ ὑπάρχοντα, veteres possessiones, non nuper acquisitae: qua de significatione dicimus ad Plutarchum. Eunapius usurpat alibi ὑπῆν· v. c. Aedesio, init: πλοῦτος δὲ οὐχ ὑπῆν τῷ γένει πολύς. Supra in Maximo p. 82. edit. Commel. πλοῦτος ἁδρότερος ὑπῆν αὐτῷ. Proaeresio p. 137: ἐν γοῦν αὐτοῖς ὑπῆν ἱμάτιον καὶ τριβώνιον.

P. 48. ὑπὲρ οὗ τάδε γράφεται.] Formula Plutarcho usitata. Coriolano p. 214, A. Γαίος δὲ Μάρκιος, ὑπὲρ οὗ τάδε γέγραπται, τραφεὶς ὑπὸ μητρὶ χήρᾳ, κ. τ. λ. Aemilio Paulo p. 256, B: Παῦλος Αἰμίλιος, περὶ οὗ τάδε γράφεται. Cicerone p. 861, B: αὐτός γε μὴν Κικέρων, ὑπὲρ οὗ τάδε γέγραπται. Bruto p. 984, B. οὗτοσὶ δ' ὑπὲρ οὗ γράφεται ταῦτα, κ. τ. λ.

P. 48: Πρίσκος] Hunc cum Maximo in expeditione Persica inter Juliani comites fuisse, eique et morienti, et *de animorum sublimitate perplexius* disputanti, adfuisse, tradit Ammianus Marcellinus XXV, 3: p. 457: ubi Lindebrogius Eunapium citat. Julianus Epistola III, p. 374, ad Libanium: ὁ φιλόσοφος Πρίσκος αὐτὸς μὲν οὐχ ἧκε, γράμματα δ' ἀπέστειλεν ὡς ἔτι χρονίζων. In Epistolis Libanii, nomine *Prisci* inscriptis, certe DCCCLXVI est ad hunc Priscum; nec dubitem, quin ad eumdem sint CMXCVI

et

et MXIX, idemque sit, cujus mentio fit in MCCCCLXXIV, ad Sallustium.

P. 48. Εὐσέβιός τε ὁ ἐκ Καρίας Μύνδου πόλεως] Mihi videtur idem esse atque is, cujus egregiae quaedam exstant apud Stobaeum reliquiae, Jonica dialecto; in quibus nonnullae sunt breviores sententiae cum Democriteis confusae. Non putem de hoc Eusebio tradere Ammianum Marcellinum XIV, 7. Nil Fabricius in Bibl. Gr. Nec Bruckerus, in loco de hoc Eusebio, Tom. II, p. 279 et sequ., alium quam Eunapium auctorem adfert.

P. 48: τῆς γομφώσεως καὶ πήξεως διαλυομένης εἰς τὸ συντεθέν. Junius haec, ex hac scriptura, ut nunc est non male vertit, *compage ejus et commissura dissolvente se in id quod compositum sit*. Sed in postremo εἰς τὸ συντεθέν, *in compositum*, est sane in quo quis haereat. Quid enim sibi vult *dissolvi in compositum*. Novimus quid sit, *in partes suas dissolvi; dissolvitur compositum in ea, ex quibus compositum est*. Credo esse παράκουσμα ex Platonica schola, in qua τὸ συντεθέν, *compositum*, dicitur ratione habita *partium*, σύνθετον autem *compositum* ratione habita *totius*. Quod quum minus recte meminisset Eunapius, τὸ συντεθέν pro ipsis partibus acceperit. De hoc discrimine plura nuper diximus ad Platonis Phaedonem p. 195 sequ.

P.

P. 49: *αἰσχυνθήσῃ πάντως ὅτι ἐγένου καὶ ἐκλήθης ἄνθρωπος*] Nobilitatum in hac ſchola dictum Porphyrii de Plotino; qui ſic in principio illius Vitae: Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ ὅτι ἐν σώματι εἴη.

P. 49. *περὶ Πρίσκον*] Vitioſum: etiam ſine codicum auctoritate verum *περὶ Πρίσκου* reponi poterat.

P. 49: *συνενθουσιῶν*] Adhibuimus Longino S. XXXII, in Bibliothecae Crit. Part. III: p. 49. quibus addantur Plutarchi De Rep. Seni Gerenda p. 807, C: *συνενθουσιῶντας αὐτῷ πρὸς τὸ καλόν*. Non Suaviter Vivi Sec. Epicurum p. 1094, C: Εὐδόξῳ δὲ καὶ Ἀρχιμήδει καὶ Ἱππάρχῳ *συνενθουσιῶμεν* —. C. Graccho p. 833, A: *τοῦ δήμου συνενθουσιῶντος ὑφ' ἡδονῆς καὶ βακχεύοντος περὶ αὐτόν* —.

P. 49. *καὶ ὑφεῖλκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς μαθήμασι*] i. e. *in doctrinis humanis et divinationis expertibus*, *ſeſe ſubducebat*, i. e. *ſe ſubmittebat aliis*, *cedebat ſponte Maximo et Euſebio*, *iisque priores partes cedebat; quum et caeteroquin ejus animus et mores ad facilitatem compoſiti esſent*, *ut ſe aliis praeponere nollet.*

P. 49: *τὴν ἀκρίβειαν τὴν ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ λόγου καὶ τὰς διαλεκτικὰς μηχανὰς καὶ πλοκάς* —] Et hae utrum Maximo an Euſebio tribuantur, ex conſtructionis quidem ratione ambiguum est.

Cro-

Credo tamen Maximo tribuendas esse, cum ex reliquae narrationis nexu, tum quod ingenii excellentia valuisse dicitur, et in Aristotelem Commentarios scripsit. Verto igitur: *Eusebius autem, praesente quidem Maximo, hujus accuratas partitiones, dialecticasque captiones et laqueos, evitabat, nec contra eas disserebat: absente autem illo, veluti stella à Sole illustrata splendebat.* Ergo Eusebius suam facultatem à Maximo acceperat: eo praesente obscurabatur, absente lucebat. Ita quidem Eunapius: cui haec scribenti quaedam species obversata videtur Platonicae imaginis, qua Amor informatur in Symposio p. 328, B: *ἀεί τινας πλέκων μηχανὰς, καὶ φρονήσεως ἐπιθυμητὴς καὶ πόριμος· φιλοσοφῶν διὰ παντὸς τοῦ βίου· δεινὸς γόης, καὶ φαρμακεὺς, καὶ σοφιστής.* Et posteri varie imitati sunt. Aristaenetus Epist. I, 10: *αὐτὸς ὁ τρώσας ἀεί τινας παραδόξους μηχανὰς διαπλέκων, ὑπέθετό σοι καινοτάτην βουλήν.* Themistius Orat. XIII, p. 162, D: *σύντονος, θηρευτὴς, δεινῶς πλέκων μηχανὰς ἐπὶ τῇ θήρᾳ, καὶ ἔτι φρόνιμος καὶ ἀεὶ φιλοσοφῶν.* Aelianus Nat. Animal. III, 30: *σοφώτατος ὁ κόκκυξ, καὶ πλέκειν εὐπόρους ἐξ ἀπόρων μηχανὰς δεινότατος.* Atticus Platonicus apud Eusebium Praep. Evang. XV, p. 799, C: *μετὰ θάνατον πλέκειν τινὰς μηχανάς.* Nec Tragicis infrequens dictio *πλέκειν μηχανάς.* Hermias in Commentario MS. in Phaedrum

drum p. 129: εἶπε γὰρ αὐτὸν καὶ ἐν Συμποσίῳ τὸν Ἔρωτα, φιλόσοφον, καὶ δεινὸν γόητα, καὶ φαρμακέα, καὶ σοφιστήν· φιλόσοφον μὲν, ὡς τὸ λογικὸν ἡμῶν διεγείροντα ἐπὶ τὰ καλά· γόητα δὲ, ὡς τὸν θυμὸν καταστέλλοντα· φαρμακέα δὲ, ὡς τὸ ἐπιθυμητικὸν κηλοῦντα· σοφιστὴν δὲ, ὡς τὴν φύσιν ἀπατῶντα καὶ δελεάζοντα. Eunapii hanc dictionem multis cum similibus Graecis et Latinis comparat Cresollius in Theatro Sophistarum, *II*, 4. p. 125.

P. 50: ἰδίᾳ τὸν Χρυσάνθιον ἀπολαβὼν] *seorsum abducens Chrysanthium.* Dio Chrysostomus Or. LXXVIII, p. 661, A: ἰδίᾳ ἕκαστον ἀπολαμβάνων καὶ ἀθρόους νουθετῶν· interpres minus proprie *cohibens*. Sine praepositione Plato Apologia Socratis p. 362, D: τῶν τοιούτων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων οὐ δεῦρο νόμος εἰσάγειν ἐστὶν, ἀλλ' ἰδίᾳ λαβόντα διδάσκειν καὶ νουθετεῖν. Republ. X, p. 519, D: ἄνδρες ἄγριοι καὶ διάπυροι παρεστῶτες καὶ καταμανθάνοντες τὸ φθέγμα, τοὺς μὲν ἰδίᾳ λαβόντες ἦγον, τὸν δὲ Ἀρδιαῖον καὶ ἄλλους — εἷλκον παρὰ τὴν ὁδόν. Polybius IV, 8: τούτους, ἔφη, κατ' ἰδίαν λαβόντας, ἐπιτρέψαι τὸν ἄνθρωπον. Jamblichus Vita Pythagorae §. 92: Πυθαγόρας — ἰδίᾳ καὶ αὐτὸς ἀποσπάσας τὸν Ἄβαριν, τόν τε μηρὸν τὸν ἑαυτοῦ ἐπέδειξε χρυσοῦν κ. τ. λ. In Plutarcho De Sera Num. Vind. p. 565, A, nostrae editionis fin-

singularis p. 92, hanc formam reponendam censuimus.

P. 50: βαθέως μάλα καὶ σωφρόνως ἀνενεγκών] Et hoc ambigue dictum. Junius reddidit: graviter admodum et sapienter se revocans: eam scilicet verbi ἀναφέρειν secutus significationem, qua valet *se colligere*, *ad se redire*, *emergere*: quae licet usurpetur alibi, ut ostendimus ad Plutarchum De Tuenda Sanitate p. 126, E, tamen hic locum non invenit. Est alius usus quo ἀναφέρειν τι ἐπί τινα dicitur, *aliquid ad aliquem referre*, *rejicere*, i. e. *ad judicem* vel *testem*, vel *auctorem*; qui usus non abhorreret ab hoc loco, nisi verbum hic nude, et sine *re relata* et *homine ad quem refertur*, poneretur. Itaque, quoad ejus nunc video, accipiendum putem *suspirans*, ex illa notione Homerica Odyss. Τ, 314: Μνησάμενος δ' ἀδινῶς ἀνενείκατο φώνησέν τε. Ubi Scholiastes — ἀνεστέναξε καὶ πολὺ ἤγαγε πνεῦμα. Nec dissentit Hippocratea consuetudo notata Galeno in Glossis: Ἀναφέρειν δηλοῖ ποτὲ καὶ τὸ ὑπολύζειν ἀναπνέοντα· κ. τ. λ. Sensus igitur sit, *profunde et modeste suspirans*.

P. 50: ἐπὶ μανίας — μάρτυρας] Adhuc teneo pristinam correctionem pro μανίας legentem μαγγανείας vel μαγείας. Caeterum requiro quid ad sententiae absolutionem, praesertim in postremo, καὶ πολλοὺς ἔδειξεν τοὺς καθ' ἑαυτοῦ μάρτυρας.

P.

P. 51: χόνδρον καθαγίσας λιβανωτοῦ] *cremans micam thuris.* Quod olim correxi et Editor recepit καθαγίσας, pro καθαρίσας, miror codicem nullum praebuisse. Pollux I, 26: λιβανωτὸν καθαγίζειν, θυμιᾷν, ἀρώματα λύειν ἐν πυρί· ubi Jungermannus duos Herodoti locos apponit; I, 183: ἐπὶ δὲ τοῦ μέζονος βωμοῦ καὶ καθαγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου οἱ Χαλδαῖοι· 198: ὁσάκις δ' ἂν μιχθῇ γυναικὶ τῇ ἑωυτοῦ ἀνὴρ Βαβυλώνιος περὶ θυμίημα καταγιζόμενον ἵζει· 202: δσφραινομένους δὲ καταγιζομένου τοῦ καρποῦ, μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ, κατάπερ Ἕλληνας τῷ οἴνῳ — ubi Wesselingius nominat hunc Pollucis locum, Aelianum Natur. Animal. X, 50, et XIII, 21, et Platonem in Critia p. 119. qui est editionis Lemairianae p. 564, A: θύσαντες καθαγίζουσι πάντα τοῦ ταύρου τὰ μέλη. Menander in Μέθῃ edit. Clerici p. 116, sic legendus ex emendatione Bentleji p. 40: Εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τὴν ἔγχελυν. Plutarchus in Alexandro p. 679, C: ὁ γὰρ Λεωνίδας, ὡς ἔοικεν, ἐν θυσίᾳ ποτὲ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἐπιδραξάμενον ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν καὶ καθαγίσαντος τοῦ θυμιάματος, Ὅταν, ἔφη, τῆς ἀρωματοφόρου κρατήσῃς, Ἀλέξανδρε, πλουσίως οὕτως ἐπιθυμιάσεις. Antonio p. 922, B: τὸ μὲν σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐν ἀγορᾷ καθαγίσαι. Idem dicitur καθαγνίζειν. Euripidi Oreste 40: πυρὶ καθήγνισται δέμας. Jone 707: Καλλίφλογα πέλανον.

Ἐπὶ

Ἐπὶ πυρὶ καθαγνίσας. Sed nec apud hunc, nec illos, quid mutandum: videatur Stephanus Thes. L. G. Indic. p. 111, G: et Toupius Emend. Hesych. Vol. III, p. 234. Plura etiam exempla verbi καθαγίζειν Perizonius ad Aeliani Var. Hist. III, 1, p. 197, et Wesselingius ad Diodorum Sic. IV, 23, T. I, p. 269. Pausanias II, 11, p. 137: ὁπόσα δὲ τῶν θυομένων καθαγίζουσιν, οὐδὲ ἀποχρᾷ σφίσιν ἐκτέμνειν τοὺς μηροὺς, χαμαὶ δὲ καίουσι πλὴν τοὺς ὄρνιθας. IV, 31, p. 358: πλησίον δὲ Κουρήτων μέγαρον, ἔνθα ζῶα τὰ πάντα ὁμοίως καθαγίζουσι. V, 13, p. 409: τοὺς μηροὺς δὲ ἀναφέροντες (ἐς addendum) τοῦ βωμοῦ τὸ ὑψηλότατον καθαγίζουσιν ἐνταῦθα. VI, 20, p. 501: καθαγίζουσι δὲ καὶ θυμιάματα παντοῖα αὐτῷ. VIII, 2, p. 600: πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν. Porphyrius Vita Pythagorae §. 17: καθήγισε τῷ Διΐ. Apud eumdem De Abstinentia II, 16, p. 130: τοῖς θεοῖς τὰς ἀπαρχὰς ἀπονέμειν, καὶ τὰ μὲν παρατιθέναι, τὰ δὲ καθαγιάζειν αὐτοῖς· ubi ex interpretum sententia legendum καθαγίζειν. Item in Plutarchi Bruto p. 993, C, de Caesaris funere: παμμεγέθη πυρὰν ἔνησαν, καὶ τὸν νεκρὸν ἐπιθέντες — καθηγίαζον, ubi cum codicibus scriptis legendum καθήγιζον, prouti de eadem re legitur in Antonio, loco supra allato. Nec tamen haec forma penitus improbanda est; quippe quae notat *consecrare*. Utramque annotavit

etiam Stephanus Thes. L. Gr. T. I, p. 125 et 127. At in Plutarchi Fragmento De Daedalis Plataeensibus apud Eusebium Praep. Evang. III, p. 84, A: *οἱ θύοντες τῇ Ἥρᾳ τὴν χολὴν οὐ καθαγίζουσι, ἀλλὰ κατορύττουσι παρὰ τὸν βωμόν·* sic dedimus in nostra editione, Supplemento Voluminis V, p. 502, pro vulgato *καθχγιάζουσι*; et eadem forma exstat in eodem argumento inter Praecepta Conjugialia p. 141, E: *οἱ τῇ γαμηλίῳ θύοντες Ἥρᾳ, τὴν χολὴν οὐ συγκαθαγίζουσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς, ἀλλ' ἐξελόντες ἔῤῥιψαν παρὰ τὸν βωμόν.* Decompositum legitur etiam in Paulo Aemilio p. 268, A: *κεραυνὸς ἐνσκήψας εἰς τὸν βωμὸν, ἐπέφλεξε καὶ συγκαθήγισε τὴν ἱερουργίαν.* Quis autem putet Jo. Pricaeum, doctum certe hominem, corrupta hac Eunapii lectione usum esse ad corrumpendam sanam lectionem Appuleji in Apologia p. 55 *an ut grana thuris numerarent?* Ad quae ille sic: „Invitis libris et interpretibus omnibus, „lego *mundarent. Eunapius pari argumento,* „*in Vita Maximi,* λιβανωτοῦ χόνδρον καθαρίσας· „caet." Verbum *ἐναγίζω* item aliquoties in *ἐναρίζω* abiit, de quo alibi dicemus. Marinus in Vita Procli p. 2, ex hac Eunapii, aut simili alterius cujusdam, narratione profectus, de invocatione Deorum et hymnis disserens, haec subjicit: Καὶ δὴ *καὶ τοὺς ὕμνους κομψότερον ἐργάζονται, τοὺς μὲν ἐν μέτροις, τοὺς δὲ καὶ ἄνευ μέτρων·*

ἔτε-

ἕτεροι δὲ τούτων μὲν οὐδὲν ἔχοντες προσάγειν, πόπανον δὲ μόνον, καὶ χόνδρον εἰ τύχοι λιβανωτοῦ θύοντες, καὶ βραχεῖ δέ τινι προσρήματι τὰς ἐπικλήσεις ποιούμενοι, οὐδὲν ἧττον ἐκείνων εὐηκοΐας ἀπολαύουσι.

P. 51: τὸ μὲν πρῶτον ἐμειδία τὸ ἄγαλμα, εἶτα καὶ γέλως ἦν τὸ φαινόμενον.] Pro vetere εἶτε recte repositum εἶτα: ſic primus corrigendum monuit Gesnerus ad Luciani Lexiphanem T. II, p. 339: et probavit Dorvillius ad Charitonem p. 187. Frequentisſimum πρῶτον — εἶτα· qua obſervatione locum correximus in libello Plutarcheo De Educatione Puerorum p. 4, A, ubi et Xenophontem Sympoſio IX, 3, et Ariſtaenetum Ep. I, 15, ad eumdem rationem emendavimus: quum olim in Epiſtola Critica p. 31, Juliano ſimilem medicinam feciſſemus. Est porro gradatio in μειδιᾷν, *ſubridere*, quod fit ſolo vultu et ore: γελᾷν, *ridere*, in quo etiam ſonus vocis accedit: tertium est καγχάζειν, *cachinnari*, in quo effuſior est vocis ſonus. Plura etiam ſynonyma operae pretium est videre apud Pollucem VI, 119. Verba Dionis Chryſoſtomi, quibus μειδιᾷν et γελᾷν distinguuntur, ſunt Orat. XXX, p. 299, D. Aelianus Var. Hist. VIII, 13: Ἀναξαγόραν τὸν Κλαζομένιόν φασι μὴ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι, μήτε μειδιῶντα τὴν ἀρχήν. Porphyrius De Abſtinentia IV, 6, p. 312: γέλως δὲ σπάνιος, εἰ δέ

του γένοιτο μέχρι μειδιάσεως. Epistola Hippocratea XX, edit. Charterii T. I, p. 20, B: καὶ ὁ Δημόκριτος ὑπακούων, τὰ μὲν ἐμειδία, τὰ δὲ ἐξεγέλα. Plutarchus Catone Minore p. 759, E: ἦν δὲ καὶ πρὸς γέλωτα κομιδῇ δυσκίνητος, ἄχρι μειδιάματος σπανίως τῷ προσώπῳ διαχεόμενος.

P. 51: τὸν θεατρικὸν ἐκεῖνον θαυματοποιόν] Ut ex Mediceo annotatum vidi θεατρικόν, ita probavi prae vetere θεανδρικόν· quod olim defendi posse putabam ex Marino in Vita Procli p. 47, memorante Θεανδρίτην — Ἀραβίοις πολυτίμητον θεόν· cui Fabricius adhibet ejusdem mentionem è Damascio apud Photium edit. Hoeschelianae p. 567: ἔγνω δὲ ἐνταῦθα τὸν Θεανδρίτην, ἀῤῥενωπὸν ὄντα θεόν, καὶ τὸν ἄθηλυν βίον ἐμπνέοντα ταῖς ψυχαῖς. Spectare eodem videtur S. Maximus in Scholiis ad Dionysium Areopagitam T. II, p. 78: Μηδεὶς εἰς μωρολογίαν τραπεὶς λεγέτω ὅτι θεανδρίτην τὸν Κύριον Ἰησοῦν φησιν· οὐ γὰρ θεανδριτικὴν εἶπεν ἀπὸ τοῦ ὁ θεανδρίτης σχηματίσας, ἀλλὰ θεανδρικὴν ἐνέργειαν, οἷον θεοῦ καὶ ἀνδρὸς συμπεπλεγμένην ἐνέργειαν. Sed, ut dixi, θεατρικὸν hic praeferendum est.

P. 51: τὴν διὰ τοῦ λόγου κάθαρσιν] i. e. *purgationem animi, quae ratione, non Theurgico et magico artificio et praestigiosa Deorum advocatione, fit.* Virtutes καθαρτικαὶ quales sint tradunt juniores Platonici, quod diximus ad Phae-

Phaedonem p. 172. Theurgia ſupra θεωρίαν et λογὸν evehit hominem: frequens praeceptum apud alios et Marinum Vita Procli p. 55, Cap. XXVIII.

P. 51: θαυμάσης — ὑπολαμβάνων] Hanc veterem noſtram conjecturam pro vulgato ὑπολαμβάνω recepit Editor: qui quum ex codice D. memoret θαυμάσας; eo inducor, ut duas lectiones confuſas arbitrer: alteram, θαυμάσης — ὑπολαμβάνων· alteram, θαυμάσας — ὑπολάμβανε.

P. 52: Τοῦ δὲ ἱεροφάντου — τοὔνομα οὔ μοι θέμις λέγειν· ἐτέλει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα, καὶ εἰς Εὐμολπίδας ἦγε —] Valeſius Emendationum III, 15, haec Eunapii verba de reticendo nomine Hierophantae illuſtrat loco Luciani in Lexiphane §. 10, T. II, p. 335, unde apparet non ſolum Hierophantae, ſed et Daduchi, aliorum in his myſteriis ſacerdotum nomina, nec ſolum iis, qui ab his initiati esſent, ſed aliis etiam, publice pronunciare, eosque iis appellare, nefas fuisſe. In postrema parte rurſus obſcuritas est: Illud enim, καὶ εἰς Εὐμολπίδας ἦγε, quis non ſecundum conſtructionis ordinem accipiat de ipſo Eunapio, i. e: *et Hierophanta me ſcriptorem hujus libri in Eumolpidas introduxit:* quod in orationis genere affectato Eunapii valeat, *et me Eumolpidis commendavit:* conſueta autem ratione ſignificasſet, *et adduxit me in judicium apud*

Eumolpidas; horum enim fuit de impietate vel pietate judicium: v. c. teste Demosthene Adversf. Androtionem p. 422, A: *τῆς ἀσεβείας κατὰ τὰ αὐτά ἐστιν ἀπάγειν, γράφεσθαι, δικάζεσθαι πρὸς Εὐμολπίδας.* Lysia Adv. Andocidem p. 108: *μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις νόμοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγράφοις καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται.* Altera se mihi ratio obtulit, quam etiam Editorem secutum postea vidi, ut accipiatur de ipso Hierophanta, pro *et genus referebat ad Eumolpidas:* quo spectant sequentia de ejus successore dicta, *qui ne Atheniensis quidem*, nedum Eumolpida, qualem leges jubent esse, *fuerit.* Haec ellipsis nominis *γένος*, vel alterius, in tali dictione subinde reperitur: v. c. apud Aristidem Panathenaica T. I, p. 183: *αἱ δὲ κύκλῳ περιέρχονται ζητοῦσαι τρόπον τινὰ εἰς ὑμᾶς ἀνενεγκεῖν*· i. e. *vos obeunt caeterae civitates quaerentes generis originem ad vos referre.* Or. Ad. Cyzicenos p. 237: *πῶς οὐκ εὐδαίμων Κύζικος, ἀπὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἀρξαμένη, καὶ εἰς τοιοῦτον ἅμα καὶ οἰκιστὴν καὶ μάρτυρα ἀναφέρουσα.* Eleusinia, p. 257: *Εὐμολπίδαι δὲ καὶ Κήρυκες εἰς Ποσειδῶ τε καὶ Ἑρμῆν ἀναφέροντες, ἱεροφάντας, οἱ δὲ δᾳδούχους παρείχοντο.* Smyrnaea p. 510. Philostratum, Vita Apollonii IV, 20, p. 157: *μειράκιον — πατρὶς δὲ αὐτῷ Κερκύρα ἦν, καὶ εἰς Ἀλκίνουν ἀνέφερε*· i. e: *genus ad Alcinoum referebat.* Et aliud

aliud nomen omittitur II, 29, p. 81: *οὐ γὰρ εἰς διδασκάλους γε οἶμαι ἀναφέρεις.*

P. 52: *ᾧ μὴ θέμις — ἐπειδὴ —*] Sic pro vetere *ὡς μ. θ. — ἐπὶ δὲ*, correxerat etiam Meursius in Eleusiniis Cap. XIII, p. 37.

P. 52: *Καὶ εἰς τοσόνδε —*] Interpungo cum parenthesi, *Ἀθηναῖον ὄντα· καὶ (εἰς τοσόνδε προνοίας ἐξικνεῖτο) ἐφ' ἑαυτοῦ τὰ ἱερὰ κατασκαφήσεσθαι καὶ δηωθήσεσθαι ἔφασκε. Eum divinationis falsum* pronunciat Meursius Eleusiniis Cap. XXXII, p. 95. Atqui haec non ita ad amussim exigenda *templa demum sub Theodosio Majore eversa esse.* Nam mox post Julianum eversa, sub Valentiniano ea restituere permissum, et Hieronymi aetate Hierophantae Athenis fuerunt, ut notat Corsinus Fast. Attic. Vol. IV, p. 195 et 197.

P. 52: *κἀκεῖνον — ἔχειν.*] Prius referendum ad Thespiensem Hierophantam: posterius legendum *ἕξειν.*

P. 52: *ἅμα τε γὰρ ὁ ἐκ Θεσπιῶν ἐγίνετο, πατὴρ ὢν τῆς Μιθριακῆς τελετῆς*] *Simul atque enim Thespiensis ille factus est Hierophanta, qui idem Pater erat Mithriacae initiationis.* Sic interpungo, disjungens *ὢν* ab *ἐγένετο.* De Mithriacis sacris et eorum antistite, *Patre* dicto, quae notaveram, pleraque omnia occupavit Editoris doctrina. De Mithrae et Solis conjuncto numine et cultu, exquisitae cum eruditionis copia disserit

Th. Gatakerus in Adversariis Posthumis Cap. XXI, p. 669—671. Julianus ipse his sacris studebat et initiatus erat, ut constat in primis ex ejus Oratione IV, quae est in *Regem Solem*, et p. 155, B, eumdem ac Mithram esse pronunciat. Himerius ad Julianum, jam Imperatorem, in castra vocatur, anteaquam in urbe Constantinopoli rogatus declamaret, initiatus Mithriacis mysteriis, dixit eam orationem de Urbe, et de Imperatore haec Mysteria instituente: quae oratio est VII, p. 510, hoc initio Ἡλίῳ Μίθρᾳ ψυχὴν καθάραντες, καὶ βασιλεῖ τῷ Φίλῳ θεοῖς ἤδη διὰ θεῶν συγγενόμενοι, φέρε τινὰ τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ πόλει λόγον ἀντὶ λαμπάδος ἀνάψωμεν. Huc spectat et Libanius Or. Parentali in Julianum §. 60, p. 287.

P. 53: ἥτε τῶν τὰ φαιὰ ἱμάτια ἐχόντων ἀκωλύτως προσπαρεισελθόντων ἀσέβεια] i. e. *impietas hominum atris vestibus indutorum, simul cum barbaris, nemine prohibente, ingruentium.* Ergo significat Christianos monachos simul cum Gothis per Thermopylas in Achajam invasisse, et patria avitaque templa evertisse. Attingit eamdem rem in sequentibus sub finem Prisci p. 67; ubi plura annotabimus.

P. 53: ὑπὸ τὸν Κωνστάντιον ἀπήγετο σφοδρῶς] Certe legendum videtur aut ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίου aut, ἐπὶ τὸν Κωνστάντιον. Attamen magis me offendit novitas vocabuli σφοδρῶς, *vehementer*, pro

vi-

violente, *invitus*, quae ſignificatio hic postulatur. Nam vulgatum ὑπὸ τὸν Κωνστάντιον accipi poteſt, *ut ſub Imperatore Conſtantio ipſe Caeſar esſet*, *ut Conſtantio collega ſubjiceretur*. Sic ὑπὸ cum Accuſativo uſurpatur. Xenophon Inſtitut. Cyri. V, p. 132, A: ὁ δὲ στρατηγὸς οὕτως ἠλίθιος ἔσοιτο, ὥστε οὐκ εἴσεται τῶν ὑφ' αὐτὸν ἡγεμόνων τὰ ὀνόματα. Plato Leg. XII, p. 686, D: τὴν δ' ἀναρχίαν ἐξαιρετέον ἐκ παντὸς τοῦ βίου ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων τε καὶ τῶν ὑπ' ἀνθρώπους θηρίων. Plutarchus L. Paulo Aemilio, p. 265, E: Σάλιος ὁ τῶν Παλινῶν ἡγούμενος τὸ σημεῖον τῶν ὑφ' αὐτὸν εἰς τοὺς πολεμίους ἔῤῥιψεν. Ibidem p. 271, C: Σέρβιος Γάλβας, ἐχθρὸς Αἰμυλίου, γεγονὼς δὲ τῶν ὑπ' αὐτὸν χιλίαρχος. Marcello p. 308, C: μακαριζόμενος ὑπὸ τῶν ὑφ' ἑαυτὸν ἡγεμόνων. Ariſtide p. 327, A: ἀποστέλλει τὸν προθυμότατον τῶν λοχαγῶν Ὀλυμπιόδωρον, ἔχοντα τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους λογάδας τριακοσίους. Sylla p. 466, E. Pompejo p. 628, D. Ibidem p. 634, A: στρατηγὸν ἔπεμψε τῶν ὑφ' ἑαυτὸν ἀρχόντων ἕνα Λεύκιον Ὀκταούϊον. Catone Minore p. 775, F. 791, C. Bruto p. 985, F: λέγεται δὲ Καῖσαρ μὴ ἀμελεῖν τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ καὶ προειπεῖν τοῖς ὑφ' αὐτὸν, ἡγεμόσιν ἐν τῇ μάχῃ, μὴ κτείνειν Βροῦτον, ἀλλὰ φείδεσθαι. Arato p. 1034, C. Apophthegmatum p. 183, A.

P. 53: ὡς παραβασιλεὺς ὢν εἰς τὸν Καίσαρα]

Lego, ὡς παραβασιλεύσων εἰς τὸν Καίσαρα· i. e. ad verbum *ut simul regnaturus in Caesarem*, ad sententiam et Latinitatem, *ut dignitate Caesaris praeditus sociusque imperii esset.* Non magis nomen παραβασιλεὺς quam verbum παραβασιλεύειν me legere memini: tamen hoc unice in praesenti loco verum est, et analogia se eadem tuetur, qua παραδυναστεύω, quod e Budaeo Commentar. L. Gr. p. 651, apponit Stephanus Thes. L. Gr. T. I, p. 1059, F. Ille autem rarior usus verbi alicujus cum εἴς τι apud posteros, non tamen postremos, Graecos se mihi obtulit. Sic Conon Narratione XXXI, p. 271. ed. Gale, Hist. Poet. Scriptor: Ἀλλὰ καὶ ὁ Τηρεὺς εἰς Ἔποπα ἔπτη τῷ μύθῳ· i. e. *Sed et Tereus, ut fabula tradit, in epopem volavit:* i. e. *avolavit Tereus, factus avis epops.* Pollux, cujus dicendi formam hoc exemplo demonstrat Philostratus De Vitis Sophistarum II, 12, 2, p. 593: ὁ Πρωτεὺς ὁ Φάριος, τὸ θαῦμα τὸ Ὁμηρικόν· πολλαὶ μὲν αὐτοῦ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαί· καὶ γὰρ ἐς ὕδωρ αἱρεται, καὶ ἐς πῦρ ἅπτεται, καὶ εἰς λέοντα θυμοῦται, καὶ ἐς σῦν ὁρμᾷ, καὶ ἐς δράκοντα χωρεῖ, καὶ ἐς πάρδαλιν ἅττει· καὶ δένδρον ἢν γένηται, κομᾷ. Hoc, omissa tamen forma εἴς τι, videtur imitatus esse Himerius Or. XXI, 9, p. 744: Δοκεῖ δέ μοι καὶ ὁ Πρωτεὺς σοφιστής τις τοὺς λόγους δεινὸς γενόμενος, ἐπειδή τις αὐτὸν Μῶμος ἐκ Φιλοψόγου

γλώτ-

γλώττης ἠνώχλησεν, εἰς πολλὰς ἰδέας μερίσας τοὺς λόγους, ἵνα οὕτως ἐλέγχῃ τὰ σκώμματα· περιπεσὼν δὲ αὐτὸς σοφιστῇ δεινοτέρῳ, τῷ μύθῳ παρ' ἐκείνου παθεῖν, ὃ κατὰ τοὺς λόγους εἰργάζετο· Ἐκεῖθεν ὁ παρ' Ὁμήρῳ Πρωτεὺς ὡς πυρσὸς ἅπτεται, ὡς ὕδωρ λύεται, ὡς λέων βρυχᾶται, ὡς δένδρον ὀρθοῦται καὶ τέθηλεν· quo loco *τῷ μύθῳ*, ut in Conone, accipiam, *secundum exemplum et per vim fabulae Homericae, illud ab eo passum esse, quod ipse in orationibus faciebat.* Et ab eodem imitatione quid duxit Psellus De Operatione Daemonum p. 114: *ποτὲ μὲν ὡς ἀνὴρ ἐμφανίζεται, ποτὲ δὲ πρὸς γυναίου μεταβάλλει μορφήν· ὡς λέων τε θυμοῦται, καὶ ὡς πάρδαλις ἅλλεται, καὶ ὥσπερ σῦς ἄγριος ἐφορμᾷ· κἂν αὐτῷ δόξῃ, πρὸς ἀσκοῦ μεταπίπτει σχῆμα, καὶ ὡς κυνάριον ἔσθ' ὅπῃ προσκνυζόμενον ἔδοξε.* Apud Latinos paulo frequentior est haec ratio. Jam Virgilius Aen. VIII, 260. *Cacum — corripit in nodum complexus*, i. e. *nodi instar.* Diversa ab hac est consueta forma XI, 776: *sinusque crepantes Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.* At ex hac ipsa forma est ibid. 771: *Spumantemque agitabat equum: quem pellis aënis In plumam squamis auro conserta tegebat:* i. e: pellis habens aëneas squamas in plumarum modum hunc equum tegebat conserta auro, i. e. annexa constrictaque aureis fibulis, cujus interpretationis viam acute animadvertit Heynius.

Pro-

Propertius eam secutus est, IV, 11, 82. *Sat tibi sunt noctes, quas de me, Paule, fatiges, Somniaque in faciem credita saepe meam:* i. e. somnia quibus tibi mea species apparuit; quibus credidisti, te meam speciem videre. Tacitus Annalium I, 57: *uxor Arminii — neque victa in lacrimas* II, 16: *ut ordo agminis in aciem adsisteret:* i. e. ut agmen adsisteret, faceretque acies: ubi hoc loquendi genus pluribus aliorum exemplis illustrat J. F. Gronovius. Ibidem, 39: *aetate et forma haud dissimilis in dominum erat.* Appulejus Metamorphoseon III, 50, p. 191: *fixus in lapidem steti gelidus:* i. e: tamquam lapis fixus et gelidus steti IV, 66, p. 245: — *asinus — jacens in mortuum:* i. e: tamquam mortuus VI, 129, p. 440: *si vere Jupiter mugivit in bovem:* i. e. si vere Jupiter in bovem mutatus mugivit. Quibus in locis Oudendorpius alia aliorum exempla attulit. Similis est formae hoc Eunapii in Proaeresio p. 150: εἰς τὸν ἔπαρχον τῆς αὐλῆς ἤλασεν· *evasit in Praefectum Pr.* i. e: *factus est Pr. Pr.* in Oribasio, p. 181: Ἰουλιανὸς εἰς τὸν Καίσαρα προϊών· i. e. *Julianus quum Caesar factus esset.* Plutarchi Bruto p. 984, D; εἰς ἄρχοντα προελθεῖν· i. e. *magistratum fieri.*

P. 53: Αἰδεσίου δὲ μεταλλάξαντος — αὐξόμενος]

Ali-

Aliquid excidisse videtur, quod ad constructionis absolutionem desideratur.

P. 53: πεμφθεὶς δὲ Καίσαρ — ἵνα ἐν τῇ βασιλείᾳ διαφθαρῇ] Hunc fuisse rumorem alii diserte tradunt: Ammianus Marcellinus XVI, 11, p. 150. *Illud tamen rumore tenus ubique jactabatur, quod Julianus non levaturus incommoda Galliarum electus est, sed ut possit per bella deleri saevissima.* Socrates Hist. Eccles. III, p. 137, B: φασὶ δέ τινες, ὡς Κωνστάντιος αὐτὸν διὰ τοῦτο ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἀπέστειλεν, ἵνα ἐκεῖ διαφθαρῇ· οὐκ οἶδα δὲ εἰ οἱ τὸ τοιοῦτο λέγοντες ἀληθεύουσιν· ὁ γὰρ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἰδίαν αὐτῷ συνοικίσας (ita lege pro συνοικήσας) ἐπιβουλεύων, οὐδὲν ἄλλο ἢ καθ' ἑαυτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἔτρεπε. Quod repetit et simili argumento refellere conatur Sozomenus V, 2, p. 484, D. Zonaras Annal. XIII, 10: p. 16, B: Καίσαρα δὲ τοῦτον ἀναγορεύσας ὁ Αὐτοκράτωρ Κωνστάντιος, εἰς Γαλλίας ἐξέπεμψε μετ' ὀλίγων πάνυ στρατιωτῶν· ὡς ὑπόνοιαν ἐντεῦθεν ἐγγίνεσθαι, ὅτι οὐ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς Ἰουλιανὸν ὁ Κωνστάντιος εἵλετο, ἀλλ' εἰς ἐπιβουλῆς αὐτῷ πρόφασιν τὸ σχῆμα αὐτῷ περιέβαλε τὸ τοῦ Καίσαρος, ἵν' ὑπὸ τῶν πολεμίων διαφθαρῇ, μὴ ἔχων δύναμιν πρὸς τὸν κατ' ἐκείνων πόλεμον ἀξιόχρεων. Animadvertere juvat, eos illa verba ἵνα διαφθαρῇ ex Eunapii narratione item in opere Historiarum ejus proditâ retinuisse. Id consilium fuisse Constan-

stantii, non quidem aperte dicunt alii, sed tamen satis ut id ex eorum verbis colligatur; cujusmodi est quod Zosimus III, 1, Eusebiam marito Constantio suasisse refert: Libanius in Oratione Parentali §. 17, p. 142. apud Fabricium Biblioth. Gr. Vol. VII: *καὶ ὅτι γε ἀπολούμενον οὐχ ἧττον ἢ κρατήσοντα ἐξέπεμψεν εὐθὺς ἔδειξε — τριακοσίους αὐτῷ τοὺς φαυλοτάτους τῶν ὁπλιτῶν ἐκέλευεν ἕπεσθαι —*. Julianus ipse in Epistola ad Athenienses p. 277, D. hanc de consilio Constantii suspicionem non injicit, caeterum similia de suo missu narrans: *τριακοσίους ἑξήκοντά μοι δοὺς στρατιώτας εἰς τὸ τῶν Κελτῶν ἔθνος ἀνατετραμμένον ἔστειλε, μεσοῦντος ἤδη τοῦ χειμῶνος· οὐκ ἄρχοντα* (leg. *ἄρξοντα*) *μᾶλλον τῶν ἐκεῖσε στρατοπέδων, ἢ τοῖς ἐκεῖσε στρατηγοῖς ὑπακούσοντα· γέγραπτο γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐνετέταλτο διαῤῥήδην, οὐ τοὺς πολεμίους μᾶλλον ἢ ἐμὲ παραφυλάττειν· ὡς ἂν μὴ νεώτερόν τι πράξαιμι.* Equidem probo sententiam H. Valesii ad Ammianum Marcellinum l. c. consignatam: *Quod si*, inquit, *verum dicere licet, Constantii Julianum Caes. in Gallias mittentis id fuisse consilium apparet, ut aut ejus virtute Gallias a barbaris recuperaret, aut certe Julianus in eo bello interiret: ut cum Ursicinum ad exstinguendam Silvani tyrannidem misit. Vide pag.* 42. (l. e. 91 — 93).

P. 53: *ἀνήνεγκεν*] Interpres jungit cum *ἅπασαν*,

σαν, et vertit, *universa Gallia potitus est.* Reddendum, *emersit ex his difficultatibus:* superior discessit. Annotavimus supra.

P. 53: ἔθνη βάρβαρα συνελὼν καὶ δουλωσάμενος] Interpres: *receptis in deditionem aut subactis interioris Germaniae populis.* Atqui συναιρεῖν, est *capere, devincere, debellare:* quo sensu idem fere valet, quod αἱρεῖν, καθαιρεῖν, καταπολεμεῖν· nec satis in Lexicis, aut virorum doctorum animadversionibus, annotatum reperitur; qua de caussa hoc loco quaedam exempla apponere juvat. Plutarchus Pericle p. 166, F: περιγενέσθαι καὶ συνελεῖν τὴν πόλιν βουλόμενος· i. e. *vincere et expugnare urbem cupiens.* Lysandro, p. 440, E: ταχὺ συναιρήσων τὴν πόλιν. Pompejo p. 625, A: τοὺς πολεμίους συνεῖλε, καὶ τὴν Λιβύην ἐχειρώσατο. Mario p. 432, A: Σύλλας συνῃρηκὼς τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον· i. e. *confecto bello Mithridatico.* Lysandro p. 439, B: συνῃρηκὼς ὥρᾳ μιᾷ χρόνου μήκιστον καὶ ποικιλώτατον, πάθεσι τε καὶ τύχαις ἀπιστότατον τῶν πρὸ αὐτοῦ πολέμων. Sertorius p. 574, E: ἡμέραις δυσὶν συναιρήσων τὴν πολιορκίαν· i. e. *duobus diebus expugnationem confecturus.* Sic aliis locis hoc sensu passivum συναιρεῖσθαι de *bello conficiendo* usurpatur. Item συναιρεῖν ὁδὸν, *conficere viam.*

P. 54: Ὀριβάσιος — Εὐήμερος.] De illo ipse Eu.

Eunapius in Ejus Vita p. 164: hujus apud alios mentionem nondum reperi.

P. 54: φανέντα καὶ παρασχόντα ἃ ἐβούλετο] i. e. *Julianus hierophantam in Graeciam dimisit, ut deum, qui sibi apparuisset, et praebuisset, quae ipse (Julianus) voluerat.*

P. 54: δῶρα θεραπείαν] Lego δ. καὶ θ.

P. 54: δραστήριοι — καὶ συνενεγκόντες εἰς ταὐτὸ τὴν πεῖραν] Quod saepe observavimus Eunapium vocabula ac dictiones Plutarcheas libenter usurpare, id hoc etiam loco observare licet. Hoc similiter dicitur de Caesare Octaviano, copias suas cum copiis Lepidi et Antonii conjungente, in Cicerone p. 884, D: τὴν δύναμιν εἰς ταὐτὸ συνενεγκών. Demetrio p. 901, E: τῶν γὰρ ἄλλων βασιλέων ἁπάντων συνισταμένων ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον καὶ συμφερόντων εἰς ταὐτὸ τὰς δυνάμεις, ἀπῆρεν ὁ Δημήτριος ἐκ τῆς Ἑλλάδος. Illud vero unus Plutarchus frequentissime ponit de hominibus actuosis, item literatis, et philosophis, vitam non mere otiosam et contemplativam, sed simul activam ac civilem, sequentibus, ac Stoïcorum more, quod Horatius dixit, *agiles fiunt civilibusque mersantur undis.* Themistocle p. 112, E: hunc ait: Μνησιφίλου ζηλωτὴν γενέσθαι — οὔτε ῥήτορος ὄντος, οὔτε τῶν κληθέντων φιλοσόφων, ἀλλὰ τὴν καλουμένην σοφίαν, οὖσαν δὲ δεινότητα πολιτικὴν καὶ δραστήριον σύνεσιν, ἐπιτήδευμα πεποιημένου,

Ca-

Camillo p. 147; — τοὺς πάνυ βασκαίνοντας — ἠνάγκαζον αἱ πράξεις τῇ δεινότητι καὶ τῷ δραστηρίῳ τοῦ ἀνδρὸς ἀποδιδόναι τὴν δόξαν. Pericle p. 163, E: Φοβερὸς μὴν φανεὶς τοῖς πολεμίοις, ἀσφαλὴς δὲ καὶ δραστήριος τοῖς πολίταις. Fabio Maximo p. 183, dicitur M. Marcellus, περιλαμπὴς τὸ δραστήριον ἔχων καὶ γαῦρον. Timoleonte p. 237, C: ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ δραστήριος. Pelopida p. 292, A: — ζηλωτὴς ἔδοξε γεγονέναι Ἐπαμεινώνδου, τὸ περὶ τοὺς πόλεμους καὶ τὰς στρατηγίας δραστήριον ἴσως κατανοήσας, ὃ μικρὸν ἦν τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς μόριον. Marcello p. 304, F: τὸ θαῤῥάλεον αὐτοῦ καὶ δραστήριον. Catone Majore p. 353, F: πλείστας δὲ φυγὼν δημοσίας δίκας, καὶ διώξας, πολλὰς μὲν εἷλε, πάσας δ' ἀπέφυγε, πρόβλημα τοῦ βίου καὶ δραστήριον ὄργανον ἔχων τὸν λόγον. Philopoemene p. 357, B: Ἐπαμεινώνδου βουλόμενος εἶναι μάλιστα ζηλωτὴς, τὸ δραστήριον καὶ συνετὸν αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ χρημάτων ἀπαθὲς, ἰσχυρῶς ἐμιμεῖτο. Ibid. p. 362, E. Mario p. 430, C. Lyſandro p. 435, C. Lucullo p. 495, C. Nicia p. 534, B. Sertorio p. 578, B. Eumene p. 585, A. Phocione p. 744, B. Cleomene p. 822, A. Demosthene p. 848, B. Demetrio p. 889, F. Antonio p. 935, D. Galba p. 1058, C. De Profectu Virtutis Sentiendo p. 84, C. De Superſtitione p. 165, C. De Iſide et Oſiride p. 373, C. De Sera Num. Vind. p.

552, C. De Solertia Animalium p. 982, D. Adversus Colotem p. 1125, A. Et apud alios occurrit, quos annotavit Stephanus in Thes. L. Gr. T. I, p. 1048, C: quibus addatur Suidas et Hesychius: sed aliquanto saepius apud Euripidem unde Plutarchus assumsisse videtur.

P. 54: *διάθρησιν*] Hoc ab Editore è codicibus acceptum praestat omnino veteri *διάτρησιν*· unde in promtu erat *διατήρησιν* corrigere, et ut *παρατήρησιν*, *observationem*, accipere. Verbo *διαθρεῖν* Eunapius in Aedesio p. 77: *τὰ ὄμματα στήσας, καὶ διαθρήσας εἰς τὸν οὐρανόν*. Maximo p. 110: *τὸν νοῦν ἐπιστήσας, καὶ διαθρῶν τὰ λεγόμενα*. Aelianus Var. Hist. III, 28.

P. 55: *τῇ πλαγίᾳ θύρᾳ.*] Sic vulgo dici eam, quae apud Homerum *ὀρσοθύρη* dicitur, tradit Pollux I, 76: *ἀμφίθυρος, ἣν Ὅμηρος ὀρσοθύρην καλεῖ, ἣς οἱ πολλοὶ πλαγίαν θύραν*: non temere accipiens de janua *obliqua*, i. e. *laterali*, quae, ut illa Homerica, viam habet in angiportum, *ἐς λαύρην*. Aedes magistratuum, ditiorum potentiorumque civium, qualis tunc fuit Maximus, fere erant *insulae*, i. e. non contiguae aliis aedibus, non attingebant latera proximarum aedium, sed ab iis discreta erant vel majori spatio, vel certe *angiportu*, *λαύρᾳ*, *στενωπῷ*. Itaque aedes figuram habebat, quasi quadranguli oblongi: cujus in *anteriore* parte erat janua princeps, *antica*, *atriensis*,

ὰς, αὔλειος: in posteriore, *postica* in lateribus, πλάγιαι θύραι, *obliquae januae:* etiam παράθυρα dictae. Quamquam his nominibus *postica* quoque significabatur. Sic in Philoxeni Glossis Gr. Πλαγία θύρα, *posticum:* et Gloss. Lat. *Posticum*, πλαγία θύρα: *Hoc posticum*, παραθύρα: *Posticium*, παράθυρα, παραθύριον, παράθυρος: *Postica*, παράθυρα κατόπιν τοῦ οἴκου. Plutarchus Sympos. II, 2, p. 617, A: δέδια μὴ δοκῶμεν τῇ αὐλείῳ τὸν τῦφον ἀποκλείοντες, εἰσάγειν τῇ παραθύρᾳ. Unde Moses Solanus corrigere tentavit verba Luciani Nigrino 31, T. I, p. 71; παρὰ θύραν εἰσβιαζόμενοι, legendo τῇ παραθύρᾳ· quod non necesse videtur. In πλαγία θύρα rationem grammaticam sequimur, qua πλάγιος Latino *obliquus* respondet, quod *adverso* et *averso*, i. e. *antico* et *postico*, interjectum et *laterale* est; ut in Ciceronis Somnio Scip. Cap. II.

P. 55: Ἡ δὲ φιλοσοφίας ἕνεκεν Μάξιμον οὔτε γράμματα εἰδότα ἀπέφαινεν.] Ad verbum: *Haec autem, quod ad philosophiam attinet, Maximum ne literas quidem scire demonstrabat:* i. e: *tanto eum intervallo superabat, ut, cum ea comparatus, vix puerilem disciplinam percepisse, nec literas dum scire, videretur.* Recte Editor adhibet dictionem παῖδά τινα ἀποφαίνειν, i. e: *aliquem in aliqua re ut puerum superare; ut puer esse videatur:* quam attigimus cum simili-

bus ad Platonis Phaedonem p. 181—183. Ἕνεκεν autem duplicem capit sensum: primo eum, quem reddidimus, *quod ad philosophiam attinet:* deinde, *non impediente philosophia*, ut sententia haec exstet, *nec philosophia Maximi impediebat, quominus cum uxore sua comparatus vix literarum nesciens puer videretur:* de qua potestate hujus particulae exposuimus ad Plutarchi librum De Fortuna p. 98, C.

P. 55: ἔμεινε κατὰ χώραν] *Mansit domi* recte reddidit Junius: i. e. *mansit suo loco, quo erat et esse debebat.* Frequens dictio, jam notata Budaeo Commentar. L. Gr. p. 295. Xenophon Hellenic. VI, p. 603, A: ἐᾷν τε κατα χώραν τὴν πόλιν, καὶ τοῖς πατρίοις νόμοις, χρῆσθαι; *suam civitati reip. formam relinquere, eamque sinere patriis legibus uti.* Plutarchus Numa p. 76, D: οὐδὲ κινεῖν τὴν πρώτην νέμησιν — κατὰ χώραν μένουσαν· i. e: *non mutare primam distributionem, suo loco manentem.* Pelopida p. 280, C: Ἐπαμεινώνδας δὲ κατὰ χώραν ἔμεινε· i. e. *Epaminondas mansit in patria.* Alexandro p. 675, C: κατὰ χώραν ὑπομένειν. *subsistere in loco, quo sumus.* Phocione p. 753, C. Agide p. 803, B. Cleomene p. 816, F. Antonio p. 955, C: αἱ μὲν οὖν Ἀντωνίου καθῃρήθησαν εἰκόνες, αἱ δὲ Κλεοπάτρας κατὰ χώραν ἔμειναν. Bruto p. 1011, D: fin. τὸν ἀνδριάντα κατὰ χώραν μένειν ἐκέλευσεν·

i.

i. e: *jusſit eos, ut ſtatuam ſuo loco ſtare ſinerent.*

P. 56: ἀπήτει] Malim ἐπήτει, *inſuper rogabat.* Aelianus Fragmento apud Suidam V. Βύβλον· προσεπιτιμᾶν, καὶ ἐπαιτεῖν τοῦ χρυσίου προστιθέντα· i. e. *pretium augere, et identidem plus auri petere addentem.*

P. 56: ἐξεκρέματο τῆς τοῦ ἀνδρὸς συνουσίας ὁ θεσπέσιος Ἰουλιανός] Junius: *ita namque pendebat a Maximi conſuetudine divinus Julianus.* Immo: *ita namque deſiderio conſuetudinis Chryſanthii ſuspenſus tenebatur divinus Julianus.* Ad Chryſanthium enim referri debere τοῦ ἀνδρὸς, ratio et nexus narrationis ostendit. Verbum elegantioris in tralatione uſus ponitur in rebus, quibus impenſe dediti ſumus et ſtudemus. Plato Leg. V, p. 606, F: ἡδοναὶ καὶ λῦπαι καὶ ἐπιθυμίαι, ἐξ ὧν ἀνάγκη τὸ θνητὸν πᾶν ζῶον ἀτεχνῶς οἷον ἐξηρτῆσθαι καὶ ἐκκρεμάμενον εἶναι σπουδαῖς ταῖς μεγίσταις. Unde fluxit illud Plutarchi in Gryllo p. 989, D: ἐνταῦθα ἀεὶ ἀνηρτημένος ταῖς ἐπιθυμίαις: et Juliani Orat. II, p. 84, D: πλούτου — ἐξ οὗ παντοδαπαὶ κρεμάμεναι ψυχαὶ πράγματα ἔχουσιν μυρία καὶ πόνους. Philo Judaeus De Abrahamo p. 373, E: πόθῳ ἀλέκτῳ τοῦ παιδὸς ἐκκρεμάμενος. Plutarchus Mario p. 412, D: Ἰουγούρθαν — ἐξ ἡμέρας ζυγομαχήσαντα τῷ λιμῷ καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ὥρας ἐκκρεμασθέντα τῆς τοῦ ζῆν ἐπιθυ-

θυμίας, εἶχεν ἀξία δίκη τῶν ἀσεβημάτων. Animadvertendum in Attico apud Eusebium Praeparat. Evang. XV, p. 809, C: πάντων οὖν τοῦ Πλάτωνος δογμάτων ἀτεχνῶς ἐξηρτημένων καὶ ἐκκρεμαμένων (sic legendum pro ἐγκρ.) τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν θειότητός τε καὶ ἀθανασίας, ὁ μὴ συγχωρῶν τοῦτο, τὴν πᾶσαν ἀνατρέπει φιλοσοφίαν Πλάτωνος. Ipse Eunapius Aedesio p. 34: ἐξεκρέματο τῶν λόγων, καὶ τῆς ἀκροάσεως οὐκ ἐνεπίμπλατο. Ibidem p. 50: τῆς φωνῆς ἐξεκρέμαντο καὶ τῶν λόγων. Maximo p. 90: ἐξεκρέματό τε τοῦ ἀνδρός. Chrysanthio p. 198: μαντείας ἐξεκρέματο πάσης.

P. 56: τοῦ δὲ ταῦτα γράφοντος ἀνεψιὰν] Legam ἀνεψιὰ ἦν, et haec verba parenthesi includam, ex consuetudine quidem Eunapii. Nam, ut nunc est constructio, videatur significare Julianum novisse Chrysanthii uxorem eamdem esse consobrinam Eunapii: quod ab hujus loci sententia abhorret.

P. 56: παντοίας ἀφιεὶς φωνὰς] Eunapius è duabus dictionibus hanc composuit. Altera est, πάσας ἀφιέναι φωνάς, quam attigimus ad Juliani Orat. I, p. 23, D, Bibliothecae Crit. Part. X, p. 22: nullis tamen additis exemplis, quae, dudum in commentariis ad illum locum annotata, hic apponemus. Sunt autem haec: Platonis Rep. V, p. 466, F, πάσας φωνὰς ἀφίετε· pro quo Aristaenetus I, 18, dedit ἀναφθέγγεσθε. Leg. X, p.

p. 666, E. Euthydemo p. 223, D. Sisypho, spurio dialogo p. 740, A, ubi pro ἐφιύντες legendum ἀφιέντες. Aristophanis Vesp. 760. Demosthenis Pro Corona p. 341, A, 345, A. Epicteti Dissert. I, p. 568. Aristidis T. I, p. 287, T. II, p. 212, 277. Libanii T. II, p. 19, C. Epist. CCXLIII. Themistii Or. XXVIII, p. 340, C. Altera est, παντοῖος γίνομαι, in omnes partes me verto animi affectu ad aliquid vel efficiendum vel vitandum: Plutarchus Mario p. 423, D: *παντοῖος γενόμενος ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τοὺς ἄνδρας, οὐδὲν ὤνησεν*· i. e: *quos viros ut conservaret, quum in omnem se vertisset speciem, nihil profuit.* Cicerone p. 877, D: Πομπήϊος — *παντοῖος ἐγίνετο πράττων κάθοδον αὐτῷ*, *omni opera et animo incubuit ad Ciceronem ab exilio revocandum.* Aristides Orat. Sacra IV, T. I, p. 342: *ἀναγινώσκων, δῆλος ἦν παντοῖος γενόμενος, ἱστάμενός τε πολλαχοῦ τῶν γραμμάτων καὶ στρεφόμενος*· i. e. *inter legendum varie afficiebatur, saepius in literis subsistens et conversus.* Convenit cum *ἐν παντὶ εἶναι*, de quo exposuimus ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 127.

P. 57: *ὁ μὲν οὖν Πρίσκος ἦλθε*] Est Juliani Epistola III ad Libanium p. 374, B, qua hunc debiti sui admonet, quod nondum advenerit Priscus, quem venturum promisisset; *Ἐπειδὴ τῆς ὑποσχέσεως ἐπελάθου· τρίτη γοῦν ἐστὶ σήμερον, καὶ*

ὁ φιλόσοφος Πρίσκος αὐτὸς μὲν οὐχ ἧκε, γράμματα δ' ἀπέστειλεν ὡς ἔτι χρονίσων· ὑπομιμνήσκω σὲ τὸ χρέος ἀπαιτῶν.

P. 57: *τὴν βασιλείαν καταφέρων καὶ ὁμαλίζων εἰς τὸ φ.*] Concinne et significanter ad antecedens *ἐπαιρόμενος* refertur: i. e: *non modo ipse non efferebatur aulae splendore, sed aulam ad humiliorem gradum demittebat, et ad philosopham rationem aequabat.* Eleganti metaphora hic ponitur *ὁμαλίζειν*; quod proprie notat, *altiora humilioribus aequare.* Sic *συνομαλύνω* apud Plutarchum in Timoleonte p. 246, F, qui everso tyrannidis palatio, *τὸν τόπον συνομαλύνας, ἐνῳκοδόμησε τὰ δικαστήρια.* Sylla p. 460, D. Similiter *διομαλύνω* et *διομαλίζω*, ut ostendimus ad Plutarchum De Sanitate Tuenda p. 130, D.

P. 57: *ὡς ὑπὲρ τοῦ·τοῦ βασιλέως — μόνον*] Adhuc mihi et ad sententiam et ad mutationis lenitatem probabilis videtur vetus mea conjectura: *ὡς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ εἴη, εἰ κατὰ τὴν Λυδίαν γίνοιτο μόνον·* i. e: *quod ad Juliani, et ipsius (Chrysanthii) emolumentum tenderet, si ipse (Chrysanthius) tantummodo in Lydia esset.*

P. 57: *ἀρχιερέα ἀποδείξας*] Idem refert Eunapius Chrysanthio p. 193. De *ἀρχιερέων*, *Summorum Pontificum*, et ante Christianam publice constitutam religionem, et sub Juliano, apud Grae-

Graecos munere exposuit Jacobus Gothofredus in Dissertatione De Interdicta Christianorum Cum Gentilibus Communione; in ejus Operibus Minoribus editionis Trotzianae p. 568, 569: et ad Codicem Theodosianum Lib. XII, Tit. I, De Decurionibus: Const. CXII, de Archierosyna, T. IV, p. 483.

P. 57: *Μαξίμου δὲ καὶ Πρίσκου συνεπομένων*] Quos morienti Juliano adfuisse scribit Ammianus Marcellinus XXV, 3, p. 457: memoratus nobis supra ad p. 48: in Nota praescripta nomine Πρίσκος.

P. 58: *ὅτι ὁ βασιλεὺς ἔφησεν αὐτοῖς συντετυχηκέναι*] Junius: *ob dictum Imperatoris gloriantis se tales viros esse nactum.* Perperam: reddendum: *quod Imperator dixisset, se cum illis una fuisse et collocutum esse.* Neque enim *gloriandi* vis est in *ἔφησεν*· et *συντυγχάνειν τινι*, fere est, *in aliquem incidere, etiam casu alicui obviam fieri et cum eo colloqui.* Plutarchus Apophthegm. Lacon. p. 236, C; et alibi pro *ἐντυγχάνειν* ponitur.

P. 58: *εἴ γε μὴ παρὰ τοὺς πλείονας οὕτως ἀπῆλθε*] Legendum videtur: *εἴ γε δὴ παρὰ τοὺς πλείονας οὗτος ἀπῆλθε*· i. e. *si quidem hic ad plures abiit.* Refertur *οὗτος* ad proxime antecedens *προβασιλεύσαντι*, hujusmodi sententia, *si nimirum Julianus ad plures, ac non potius ad Deos, abiit.*

abiit. Acumen est in illo παρὰ τοὺς πλείονας· et particula εἴ γε δὴ in primis hujusmodi correctioni accommodata est, ut ostendimus ad Plutarchum De Iside et Osiride p. 374, C.

P. 58: καὶ ὁ ταῦτα γράφων — τελῶν] Eunapius annos natus sedecim è patria Sardibus Athenas venit studiis operatum: ut ipse narrat in Proaeresio p. 129 et 162, Juliano jam Augusto: quo pertinent res notatae apud Corsinum in Fastis Atticis Vol. IV, p. 194. Quae forte repugnans dictio videatur παῖς ὢν καὶ εἰς ἐφήβους ἄρτι τελῶν, *puer et modo in adolescentibus census;* si quidem παῖς decimo sexto aetatis anno ἔφηβος fiebat, et fere semper invicem distinguuntur: haec igitur dictio accipienda est quasi esset, ἐκ παίδων εἰς ἐφήβους ἄρτι τελῶν· et subinde etiam junguntur a Cicerone: v. c. Epist. Ad Diverſ. XI, 7: — *adolescentem, vel puerum potius, Caesarem.* Philipp. III, 2: *C. Caesar adolescens, paene potius puer.* Attic. VI, 2: *pueri Ciceronis, sive jam adolescentis.* VII, 7: *Alexim, humanissimum puerum, nisi forte, dum ego absum, adolescens factus est, id enim agere videbatur, salvere jubeas velim.* Caeterum de harum finibus et distinctione aetatum quaedam tradidimus in Dissertatione de Spuria Auctoritate Libelli vulgo Plutarcho tributi De Puerorum Edu-

ca-

catione p. 24, et in Animadversionibus ad librum De Auditione p. 37, D.

P. 59: πλὴν ἐς τὸ βαθύτατον — καὶ μετεγίνωσκον καὶ ὀλίγου τιμήσαντες αὐτῷ.] Haec non ita cohaerent ut a repugnantia vacent. Maximus in tantam pecuniam condemnatur, *quantam vir philosophans ne audire quidem poterat.* Primum hoc ambigue et affectate dictum, nisi sensum ineptum afferre debet, accipiendum pro, *quantam vir in philosophiae studio vitam degens, non modo non possidere, sed nec vidisse, atque adeo ne usando quidem audivisse, poterat.* Deinde ejus inimici et judices sententiam mutarunt, *et in parvam eum summam condemnarunt; quam ut solveret, eum in Asiam miserunt: ubi infinitas perpessus est calamitates, corporique ejus infandi dolores illati sunt.* Atqui hoc minime verisimile accidisse ei post mulctam diminutam: at poterat accidere, si mulcta insuper aucta fuisset, ut ad istam pecuniae summam colligendam etiam doloribus corpori adhibitis ab exactoribus cogèretur. Huc accedit, ut constructio etiam laboret in καὶ ὀλίγου τιμήσαντες αὐτῷ, quae nulla grammatica ratione defendi potest; sed in hoc quidem contextu requirit, καὶ ὀλίγου ἐτίμησαν αὐτῷ. Has ego difficultates reputans, eo inducor, ut putem Eunapium ita scripsisse: καὶ μετεγίνωσκον ὡς ὀλίγου τιμήσαντες αὐτῷ·

ut,

ut, cum antecedentibus et ſequentibus nexum, ſic accipiatur. — *Condemnarunt eum in pecuniae tantam ſummam, quantam vir in philoſophiae ſtudio vitam degens non modo non posſidere, ſed nec vidisſe, atque adeo ne fando quidem audivisſe, poterat; nam ſuſpicabantur eum pecunias cunctorum posſidere; et vero poenitebat eos quaſi eum in parvam pecuniam condemnasſent: et remisſus quidem est in Aſiam, ut pecuniam, in quam condemnatus esſet, ſolveret. Quae autem ibi pasſus est*, caet. Judicialis dictio *τιμᾷν τινί τινος*, *alicui aliquantam mulctam imponere, aliquem in aliquantam pecuniam condemnare.* Demosthenes Adverſus Midiam p. 406, B: *τίνος τιμήσειν αὐτῷ προσδοκᾷς τὸ δικαστήριον;* Ibidem p. 410, C: *Σμίκρωνι δέκα ταλάντων ἐτιμήσατε.* Plato Leg. XII, p. 688, B, *ἐὰν μὲν ᾖ τῳ θανάτου τετιμημένον ὑπὸ τῶν εὐθύνων.* Dio Chryſoſtomus Orat. XIV, p. 232, A: *τί δέ; τοῖς δικασταῖς οὐκ ἔξεστι τιμᾷν καὶ δεσμοῦ καὶ θανάτου καὶ ἄλλου, ὅτου ἂν βούλωνται, πολλοῖς τῶν κρινομένων —;* Ariſtides Or. Ad Thebanos p. 501: *αὐτοῖς τῶν χειρίστων ἔχοντας τιμᾷν· ſe ipſos ad pesſima damnare.* Orat. Platon. II, T. II, p. 253: *αὐτὸ γὰρ τοῦτο φαμὲν δήπουθεν ἁμαρτεῖν Ἀθηναίους, τιμήσαντας ἐκείνοις* (ſic lege pro *ἐκείνους*) *φυγῆς, ἢ χρημάτων, ἢ ὅτου δήποτ' ἐτίμησαν ἑκάστῳ.* Legat. Ad. Achillem. p. 432: *μηδαμοῦ τῶν*

χαι-

χειρόνων ἑαυτῷ τιμᾷν. Plutarchus Demosthene p. 852, E: θανάτου τιμησάμενος (αὐτῷ ſubaudiendum) ἀπέκτεινε. Jamblichus Vita Pythagorae §. 144, ubi videatur Kuſterus. Alia exempla etiam in uſu Pasſivi et Medii annotavit Budaeus Comm. L. Gr. p. 202, ſequ.

P. 59: Καὶ ὅσα μεν ἔπασχεν ὑπὲρ πᾶσάν ἐστι τραγῳδίαν· —— μικρὰ γὰρ καὶ ἡ Περσῶν λεγομένη σκάφευσις, καὶ οἱ γυναικεῖοι τῶν Ἀρτάβρων σκαλισμοὶ, πρὸς τὰς ἐπιφερομένας ὀδύνας τῷ σώματι.] Est ſane eloquentis hiſtorici, qualem ſe esſe vult Eunapius, bonorum hominum immeritis caſibus ac ſuppliciis ingemiscere, eorumque inimicos et auctores, unde illa pasſi ſunt, justa ignominia notatos poſteritati tradere. Sed tales ſcriptiones locosque ratio debet moderari; ut verus dolor et ſincera ex ipſo animi ſenſu prorumpens indignatio exſtet; non ut ſcriptoris perverſum ſtudium appareat, argumentum ad incredibilem admirabilitatem extollere cupientis, ut in re per ſe miſerabili narranda ipſe ſe audientibus ridendum praebeat. Veluti Eunapius, hoc loco profesſus calamitates Maximi omni tragoedia graviores fuisſe, παρατράγῳδος fit, eas porro comparans cum re minime comparabili, Perſarum σκαφεύσει: quod quale mortis ſupplicium fuerit ſi modo cogitasſet Eunapius, non pronunciasſet, *parvum quid hoc fuisſe ad dolores illatos corpo-*

pori Maximi, ejus scilicet, qui his ex doloribus evasit, et incolumis postea aliquot annos vixit. Sed id quo magis ipsi judicent lectores, apponamus narrationem Plutarchi in Artoxerxe p. 1019, et brevitatis caussa Latine redditam, Graeca omissa; quas utrasque apposuit B. Brissonius De Regno Persarum II, 222: *Duas scaphas, quae mutuo quadrent, sumunt: in alteram harum puniendus collocatur supinus: alteram imponunt, itaque aptant, ut caput, manus, pedesque, promineant, totum caeteroquin corpus occultetur. Ita incluso cibus praebetur: ac, si edere nolit, oculos compungendo eum cogunt: postquam edit, mel lacti mixtum ori ejus, potus loco infundunt, et vultum eo perfundunt, ita vero semper eum collocant, ut adversus solem oculos habeat. Porro autem muscarum identidem insidentium multitudine vultus ejus totus obtegitur. Et, quum in scaphis interius ea faciat, quae necesse est hominem cibo potuque fruentem, ex putrefactione et corruptione excrementorum, tarmites et vermes pullulant, qui intestina subrepentes, corpus consumunt. Quum enim jam manifesto apparuerit, mortuum esse hominem, remota superiore scapha intuentur carnes quidem devoratas, intestinis autem adhaerentia ejusmodi animalculorum examina. Hoc modo Mithri-*

thridates septemdecim dies cruciatus, lenta morte absumtus est. Quae reputans quis non cohorreat, et inventum institutumque potius stygii monstri, quam humanae stirpis, judicet? quam poëtae divino semine natam, philosophi autem praeclara conditione à summo Deo creatam, praedicant. Verbo supplicii meminit, ut noti, Ctesias in Persicis apud Photium p. 59. edit. Hoeschel. *καὶ ἀπόλλυται πικρῷ καὶ κακίστῳ θανάτῳ Ἀσπαμίτρης, ὃς ἦν κοινωνὸς ἐπὶ τοῖς φόνοις Ξέρξου καὶ Δαρειαίου· σκαφεύεται γὰρ, καὶ οὕτως ἀναιρεῖται.* Caeterum hanc rem et Eunapii locum attigerunt Meursius De Luxu Romanorum, Mantissae p. 75: H. Valesius Emendat. III, 16, et ad Sozomenum II, 23, p. 377: Dorvillius ad Charitonem p. 570: qui quod Xenophontem Expedit. Cyri III, p. 299, C, hoc supplicium significare putat, nos dissentientes habet. Verba sunt in ejusdem oratione ad praefectos sodales, de captis ducibus suis: *πιστεύσαντες ταῖς σπονδαῖς, οὐ νῦν ἐκεῖνοι παιόμενοι, κεντούμενοι, ὑβριζόμενοι, οὐδ' ἀποθανεῖν οἱ τλήμονες δύνανται, καὶ μάλα οἶμαι ἐρῶντες τούτου.* Quae verba nec per se satis valent ad *σκάφευσιν* signicandam: et hac si Graeci duces affecti fuissent, Xenophon, Plutarchus, aliique historici, mortem eorum tradentes, hoc genus supplicii non silentio praeteriissent. Denique ipse Xenophon eodem in opere tradit exeunte libro

II,

II, p. 293, A, *reliquos omnes duces et Clearchum capitibus praecisis interfectos, quae mors esse videbatur honestissima: solum Menonem toto anno cruciatum denique obiisse.* Et constat sibi in Institutione Cyri VIII, p. 239, A: *οἱ τῶν σὺν Κύρῳ ἀναβάντων στρατηγοὶ — ἐνεχείρισαν ἑαυτοὺς, καὶ ἀναχθέντες πρὸς βασιλέα, ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλάς.* Simillimum genus supplicii usitatum barbaris, quos proprio nomine non declarat, refert Valerius Maximus IX, 2, 11: *Sicut illi barbari, quos ferunt mactatarum pecudum intestinis et visceribus egestis, homines inserere, ita ut capitibus tantum emineant: quoque diutius poenae sufficiant, cibo et potione infelicem spiritum prorogare; donec intus putrefacti, laniatui sint animalibus, quae tabidis in corporibus nasci solent:* Aliquanto magis ad rem aptum est alterum exemplum, *οἱ γυναικεῖοι τῶν Ἀρτάβρων σκαλισμοὶ*, i. e: *muliebres Artabrorum sarculationes;* i. e: *labor quo apud Artabros mulieres aurum sarriendo colligunt:* sic enim Editor *σκαλισμοὶ* dedit, ex conjectura H. Valesii Emend. III, 16, pro vetere *ἀλισμοί*, quod pro *collectione* accipi et ferri poterat, et *contusionem* reddiderat, apud Pearsonum ad Ignatii Epistolam ad Romanos p. 271, edit. Basil. Artabros et alii memorant; et Strabo III, 220, A, *Lusitaniae versus occasum et septemtrionem ultima habentes; quorum*

rum mulieres terram argento mixtam, è fluviis delatam, exhaurire sarculis, σκαλίσι, *in textis cratibus lavare, et sic argentum expurgare*: Graeca verba attulit Editor, tractavit etiam Baktius noster in *Posidonii Reliquiis* p. 129; siquidem hunc Strabo descripsit: adhibendae quoque Casauboni notae: quibus tamen locus nondum totus ad sanitatem redactus est: nec Toupius in novissima editione Oxoniensi quidquam nisi αὖθαδεις. Novimus et hodieque id opificium aerumnosum sane factitatum a pauperculis maxime mulieribus, veluti in Helvetia: ubi quidam fluvii arenam aureolis ramentis mixtam vehunt: cujus rei mentionem fecit in *Alpibus*, egregio carmine, Hallerus. Duos autem hos populos Persas et Artabros, ut in contrariis terminis orbis terrarum positos, et longissimo intervallo disjunctos, conjunxit in hac dictione, sive Eunapius, sive alius, quem ipse secutus est. Certe huc spectavit, quod Valesius l. c. monet, Tzetzes Chiliade X, 885: Εἶτ' οὖν ὑπέστη σκάφευσιν Περσῶν καὶ τῶν Ἀρτάβρων· ubi vulgo legitur Ἀρταίρων· praeterea corrigendum — καὶ τά γ' Ἀρτάβρων· scilicet πράγματα· nisi velimus hunc errorem, ipsi compilatori assignare, ut Artabris σκάφευσιν tribuerit.

P. 59: Καὶ θαυμασία γυνὴ παρῆν καὶ ὑπερήλγει] Sic Editor ex Mediceo et Veneto; quum in

Plantiniana esset: κ. θ. γ. ἢ παρῆν ὑπερήλγει· in Commeliniana item, sed ἢ uncis incluso. Equidem verum putem Καὶ ἡ θαυμασία γ. π. καὶ ὑπερήλγει.

P. 59: Ἐνταῦθα δὴ πᾶς λόγος, καὶ πᾶν ὅσον ἂν τὸ ποιητικὸν ὑμνήσειε γένος πρὸς τὰς Κλεάρχου πράξεις..] Et haec inepta sit laudum exaggeratio; nisi forte scriptor oblique significare voluit poëtas illius aetatis, si qui Clearchi res gestas cecinerunt. Hujus apud historicos mentio alios quosdam reperitur: v. c. in Hieronymi Chronico Eusebiano ad Annum CCCLXXIV: *Clearchus Praefectus Urbis Constantinopolis agnoscitur: a quo necessaria et diu exspectata votis aqua inducitur civitati.* Quo in facto eum celebrat Socrates Historiae Eccles. IV, 8, p. 177, D: ubi plura de rebus illius tradit H. Valesius: itemque ad Ammianum Marcellinum XXVII, 9, p. 540: et multo copiosius Jac. Gothofredus in Prosopographia Codicis Theodosiani Tom. VI, Part. II, p. 46, ubi et ipse et D. Ritterus epistolas Libanii ad eum scriptas notant. De ejus autem Valenti adversus Procopium praestita opera nil alii, ne Zosimus quidem, de illius rebus caeterum copiosus, et Eunapii sectator.

P. 59: διαφερόντως περὶ δόξαν καλὴν γενόμενος] Nova et suspecta haec dictio ad sensum accidit; ut videatur e duabus lectionibus conflata; altera,

δια-

διαφερόντως περὶ δόξαν καλὸς γενόμενος, i. e: *qui egregie honestum se ad gloriam praestitit:* altera, διαφέρων περὶ δόξαν καλὴν γενόμενος, i. e: *qui egregium se ad honestam gloriam praestitit.* Qualem difficultatem in vocabulo διαφερόντως animadvertimus in Platonis Phaedone p. 319; sed faciliorem illam expeditu. Neque etiam vulgata lectio satis commode ita videtur accipi posse, ut valeat, *egregie studens verae gloriae*, ex illo usu dictionis εἶναι, vel γίνεσθαι, περί τι, *in aliqua occupatum esse, alicui rei studere*; qui non dicitur de abstractis, veluti περὶ ἀρετὴν εἶναι, *virtuti studere*, sed de certa quadam actione: veluti apud Plutarchum De Discrimine Adulatoris et Amici p. 51, A: ὁ κόλαξ ἡδοναῖς ὑπάγεται, καὶ περὶ ἡδονάς ἐστι· i. e. *adulator voluptatibus delinit, in iisque occupatus est.* Flaminino p. 377, A: περὶ πλεῦν εἶναι· *in navigatione occupatum, navigationi intentum, esse.*

P. 59: Βαλεντινιανοῦ — τρέχοντες.] Partitio imperii, et Valentiniani in occidentem discessus, fuit anno nostrae aerae 363; de quo diligenter tradit Tillemontius Histor. Imperat. T. V, p. 9: Procopii conatus adversus Valentem erumpens a. 365, exstinctus est a. proximo 366. Dictionem τὸν περί τινος ἀγῶνα τρέχειν, *certamen subire de aliqua re*, exposuit, adhibito etiam hoc et alio Eunapii loco in Juliano p. 121, Gatakerus De

Stylo Novi Instrumenti p. 67. Denique illud *non de regno, sed de salute, certamen*, similiter a Cicerone dictum Off. I, 12: *cum Celtiberis, cum Cimbris, bellum, ut cum inimicis, gerebatur, uter esset, non uter imperaret:* habet ellipsim vocabuli μόνον, *solum*, ut *non* subinde ponitur pro *non solum;* nam de utroque erat certamen, de imperio, et de salute; sed in eorum comparatione sic obruitur imperium à salute, ut id nusquam appareat. De ellipsi illa egit L. Bos. p. 215, et J. Davis. ad Cic. N. D. II, 64.

P. 60: πανταχόθεν αὐτὸν περιέκοπτεν εἰς τὸ συνήμεναι] Postremum vocabulum vitiosum esse, satis apparet: quid ejus loco ab auctore scriptum fuerit, non item apparet. Junius vertens, *vires illius ita carpebat, ut ad pactiones eum descendere compulerit*, videtur cogitasse, συμβῆναι, vel συναλλαγῆναι, vel simile quid. Quod locum hic vix invenit; non solum quia alii historici nil de pactis inter Procopium et Valentem aut factis, aut agitatis produnt: sed quia ipse Eunapius modo pronunciaverat, hoc fuisse certamen non de regno, sed de salute, atque ita pactiones porro factas negare videtur: et quia εἰς τὸ cum Infinitivo non per se significat illud jam peractum fuisse, sed agentem illud sibi proposuisse et egisse: veluti Eunapius potuit scripsisse, εἰς τὸ συλληφθῆναι, i. e. *ut Valens comprehenderetur:* vel

vel συναιρεθῆναι, eadem ſignificatione: vel συνδαμῆναι, *ut penitus ſubigeretur*, cujus ſimplex δαμῆναι, ſatis notum est: vel συγκοπῆναι, quod haud improbabilem adferat paronomaſiam, i. e. *circumcidit eum undique, ut eum concideret.* Niſi horum quid, certe aliud quam vulgatum συνήμεναι, ſcripſit.

P. 60: τῆς οὖν Ἀσίας — ἀφορίζεται.] Ergo Clearchus tunc fuit *Vicarius Aſiae:* de qua potestate, adhibito etiam hoc Eunapii loco, agit Valeſius ad Ammianum Marcellinum XXVII, 9, p. 540: et Jac. Gothofredus in Topographia Codicis Theodoſ. p. 103, et in Proſopographia p. 46, Voce *Clearchus*.

P. 60: ἀφορίζεται. Πολλὴν εἰς τ.] Malim distinguere et ſic ſupplere: ἀφορίζεται· καὶ πολλὴν εἰς τ.

P. 60: Σαλούτιος] Ab aliis omnibus *Salluſtius*, vel *Salustius*, dictus, celebratus Juliani ad eum ſcripta Oratione VIII, et ſaepe memoratus in hiſtoriis illius aetatis: quam Orationem ad alterum ſcriptam esſe Salluſtium, Praefectum Galliarum, non Praefectum Orientis, nondum ſatis mihi perſuadet Ritterus, caeteroquin duos hos illius aetatis Salluſtios, ſecundum Gothofredum, ſtudioſe diſtinguens, Proſopographiae p. 82—84: quem ſecutus est Wernsdorfius ad Himerium p. 10. Caeterum, Eunapius hoc loco

Salluſtium Orientis Praefectum intelligit; nec plane cum Zoſimo conſentit, qui, invadente Conſtantinopolim Procopio, Caeſarium Urbis Praefectum, Nebridium autem Salluſtii ſucceſſorem Praefecturam Praetorii obtinuiſſe, tradit IV, 6.

P. 60. Νικίαν] Athenienſium ducem: qui ferebatur *μελλητὴς*, *cunctator*, ſed ſucceſſu haud pariter felici atque Romanus ille Fabius: Plutarchus in Ejus Vita p. 534, B: *τολμῆσαι δὲ μελλητὴς καὶ ἄτολμος*. Idem p. 528, A: ex Ariſtophanis Avibus, — *οὐχὶ νυστάζειν γέ τοι Ὥρα ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ μελλονικιᾷν*· ubi Scholiastes et Suidas Voce Μελλονικιᾷν — *οὐ προνοητικὸς ἀλλὰ μελλητὴς ἦν*· ad quem videatur Kusterus.

P. 60: *ἀνθύπατον αὐτὸν ἐπιστήσας τῆς νῦν ἰδίως Ἀσίας καλουμένης· αὐτὴ δὲ — Λυδίαν*] Proconſul Aſiae proprie ſic dictae conſtitutus est. Haec fuit Aſia Proconſularis; ut illa modo dicta Dioeceſis Aſiana. De utraque, praeter Notitiam Utriusque Imperii, videatur Gothofredus in Topographia Codicis Theodoſiani p. 103; et Hierocles in Synecdemo Cap. XX et XXI, p. 658—662, cum egregia obſervatione Weſſelingii, qua et hunc Eunapianum locum attigit. Recte Editor pro vetere *ἀλιγενὲς* dedit verum *ἐλιτενὲς*, quamvis a nullo codice oblatum, ſed in promtu poſitum, et a viris doctis paſſim pro-

di-

ditum; quibus ab Editore laudatis, item Ruhnkenio memoratis ad Timaei Glosſ. Plat. Voce ἀτενὴς p. 53, addatur annotatus à Gronovio Isaacus Vosſius in Epiſtola II ad Rivetum, ſubjuncta Vindiciis Ignatianis Pearſoni p. 24. Eunapius in Hiſtoria R: hinc enim ſumta ſunt verba non nominati ſcriptoris apud Suidam Voce Μουσώνιος, judice Valeſio ad Ammianum Marcellinum XXVII, 9, p. 541: Eunapius igitur ibi Aſiam Proconſularem eodem verbo declarat: — τήν τε ἀλιτενῆ χώραν τῆς 'Ασίας ἐπῆλθε· καὶ ὁ τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν, πρὸς τὰς ἐπιδημίας ἐξίστατο. Sed in loco nunc à nobis tractato quid ſibi vult πρὸς τὴν ὑπερκειμένην ἤπειρον; hic enim Accuſativus pendet ab ἀποτέμνεται, non a πρὸς, quod plane otioſum ac delendum est, ut temere repetitum ex illo postremo πρὸς Λυδίαν. Junius voluit retinere, ſic vertens: *in continentem Caria tenus deſinit.* Atqui ἀποτέμνεται est *abſcindit ſibi*, vi verbi medii, atque ita totum fere reddendum: *Haec inde a Pergamo maritimam oram obtinens, continentem, quae ſupra illam oram jacet, ad Cariam usque ſibi vindicat, ut ad Lydiam ejus terminos Tmolus mons circumſcribat.* Verbum ἀποτέμνεσθαι bonis ſcriptoribus uſurpatum reperitur de regione, quam nobis vindicamus, aliis adimimus. Plutarchus De Virtutibus Mulierum p. 250, B: *Porſenas* — φίλος

ἄπεισι Ῥωμαίων, τῆς τε χώρας ὅσην ἀπετέτμηντο Τυῤῥηνῶν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους κομισάμενος· i. e: *discedit Romanis amicus factus: receptis agris, quos Romani Tyrrhenis ademerant, et captivis.* Quaestionibus Romanis p. 267, C. — Ῥωμύλος μὲν ὅρους οὐκ ἔθηκε τῆς χώρας, ὅπως ἐξῇ προϊέναι καὶ ἀποτέμνεσθαι, καὶ νομίζειν πᾶσαν ἰδίαν. De Defectu Oraculorum p. 429, A. Romulo, p. 20, F: ἀποτέμνονται δὲ τῆς λείας συχνήν. Lycurgo p. 40, B: οἱ Σπαρτιᾶται — χώραν προσεκτήσαντο πολλὴν, Ἀρκάδων ἀποτεμόμενοι. Publicola p. 106, E: Πορσήνας — κατελύσατο τὸν πόλεμον, ἐξισταμένοις ἧς ἀπετέμοντο τῆς Τυῤῥηνίδος χώρας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποπέμπουσι. Pericle p. 168, D: ἀποτέμνεσθαι τὴν ἱερὰν ὀργάδα. Coriolano p. 228, B. Pelopida p. 290, D. Philopoemene p. 365, D. Sylla p. 465, D. Demetrio p. 905, F. Tib. Graccho p. 827, C. Dio Chryſoſtomus Or. XI, p. 189, B: Ἕλληνος οὐκ ὀλίγον αὐτῆς (τῆς Ἑλλάδος) ἀπετέμετο, τὴν Ἤπειρον. Ariſtides Or. Sicula II, T. I, p. 400, χώρας ἀπετέμοντο ὥσπερ Ἀργεῖοι. Or. περὶ Παραφθέγμ. T. II, p. 393: μέρος δὲ ἕκαστος ἀποτεμόμενος. Pauſanias III, 2, p. 207: ἀποτέμνεσθαι τοὺς Ἀργείους. Ibid. 26, p. 277: Λακεδαιμονίων ἐστὶν ὑπήκοος τῶν ἐν Σπάρτῃ, Αὐγούστου βασιλέως τῆς Μεσσηνίας ἀποτεμομένου. V, 1, p. 376: Ὀλυμπίαν ἀποτεμόμενος. Ibid. 6, p. 388: Λακεδαιμόνιοι δὲ ὕστερον Σκιλλοῦντα

λοῦντα ἀποτεμόμενοι τῆς Ἠλείας, Ξενοφῶντι ἔδοσαν τῷ Γρύλλου Φυγάδι ἤδη γεγονότι ἐξ Ἀθηνῶν. VI, 6, p. 467: τέμενός τε ἀποτεμομένους οἰκοδομήσασθαι νεών. VIII, 43, p. 689: ἀπετέμετο δὲ καὶ τῶν ἐν Βριττανίᾳ Βριγάντων τὴν πολλήν. X, 17, p. 838: ᾤκησαν τῆς χώρας ἀποτεμόμενοι τὴν ἐν τοῖς ὄρεσιν.

P. 60: οὐ κατήκοος τοῦ τῆς αὐλῆς ἐπάρχου] H. Valeſius ad Ammianum Marcellinum XXIX, 2, p. 613. Jac. Gothofredus Commentario ad Codicem Theodoſianum T. V, p. 47. P. Weſſelingius ad Hieroclis Synecdemum Cap. XX, p. 658.

P. 61: ἐς τὸν νεώτερον τουτονὶ θόρυβον] *in hoc recentiore tumultu*. Videtur ſpectare motus Ruſini et Gainae, ſub Arcadio: atque ad haec tempora rem etiam refert Valeſius in nota ad Ammianum Marcellinum XXIX, 2, p. 613.

P. 61: τὴν ὑγιαίνουσαν Ἀσίαν] *Sanam Aſiam*, i. e. *veteris religionis tenacem:* ut ipſe Eunapius locutus est in Aedeſio p. 75: ἡ νεότης τῶν ὑγιαινόντων τὰς ψυχάς. Alioquin ſimili metaphora in re civili dicitur, de civibus a ſeditione immunibus, et praeſentem reipublicae ſtatum ſervantibus.

P. 61: αὕτως τὸ παράλογον.] Immo τὸ οὕτως παράλογον.

P. 61: ὁ βασιλεὺς ἤδη καὶ μεθῆκε τὴν ψυχήν]

Proprie *μεθιέναι τὴν ψυχὴν*, est *mori*, ut apud Aristidem in Or. Funebri in Alexandrum T. I, p. 88. Hic si vera esset lectio, de quo dubito, notare deberet, *animum remisit*, *seque ad otiandum dedit*, *cura rerum aliis relicta:* quod, puto, nec de Valente dici poterat, nec verba haec significare possunt. Si scriptum esset *ὀργὴν*, nil esset quod requireremus: at nimium a vestigiis vulgatae recedit. Fortasse scripserit Eunapius, *τὴν φυλακὴν*, *eum custodia liberavit*: vel *τὴν ψῆφον*, *sententiam condemnationis ei remisit*, vel *μετέθηκε τὴν τύχην*, *ejus statum et fortunam mutavit*.

P. 61: — *Σαλουτίῳ τὴν ἀρχὴν παραλύσας, Ἐξόνιον ἐπενόησε τοῖς τῆς αὐλῆς ἔργοις*] Sic Editor: melius quam vetus *ἐξόνιον*, in quo ne nomen quidem proprium apparebat. Zosimus IV, 10, 6, tradit Valentem dimisso propter senectutem Salustio in Praefectura Praetorii suffecisse *Auxonium*. Id nomen in hoc Eunapii loco reponendum censet H. Valesius ad Ammianum Marcellinum XXVI, 7, p. 505: et recte quidem. Idem enim habet Philostorgius Hist. Eccles. IX, 8: et item statuit hunc eumdem esse *Auxonium* aliis in muneribus sub Juliano et Valente, ex Codice Theodosiano cognitum, J. Gothofredus in Prosopographia T. VI, Part. II, p. 42, 43. Pro *ἐπενόησε* in promtu est *ἐπέστησε*, *praefecit*

cor-

corrigere, ut fecerunt Junius et Valesius l. c. Certe vulgatum non est sanum: nec quid Eunapius scripserit affirmare licet; nam poterat etiam vel ἐπήγαγε, vel ἐπεσήμηνε dedisse.

P. 61: καὶ ὅσον] Legendum καὶ ὅσοι; nam ὅσοι ἦσαν ὑφελόμενοί τι, hos εἰσεπράττετο: qui autem ἦσαν ὑβρίσαντες, eos ἠμύνετο· i. e: *et quotquot infelici illo tempore, vel aliquid subripuerant Maximo, vel ei contumeliam intulerant; eorum, ab illis ablatum exegit, hos punivit.* De ὑφελέσθαι et ὑφελόμενος active usurpatis diximus supra ad p. 44. Ἀμύνεσθαί τινα *punire aliquem*, uno Herodiani loco adfirmat Budaeus Comm. L. Gr. p. 720: cui adde Xenophontem Cyropaediae V, p. 137, D: τούτους — ἑκάτεροι ἀμυνούμεθα. Demosthenem Adv. Midiam p. 396, A: τοὺς ὑβρίζοντας ἅπαντας, καὶ τοὺς ἀσελγεῖς, οὐκ αὐτὸν ἀμύνεσθαι μετὰ τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ἐφ' ὑμᾶς ἄγειν δεῖ. Plutarchum De Defectu Orac. p. 409, F: ἐκεῖνον μὲν οὖν εἰκότως θεὸς ἠμύνατο· alibi: neque ad hoc genus adjungenda est alia significatio *oppugnantem repellere.*

P. 61: Ἐνταῦθα δὴ — διαλεγόμενος πάλιν.] Teneo veterem meam rationem: qua ὡς in ἕως mutato, sententiam in πάλιν finivi; et, illud διαλεγόμενος disertius significans, locum sic reddo: *Tunc etiam publicas aliquot declamationes habuit: sed parum inde ad gloriam profecit, quia*

à natura non factus erat ad theatralem sophistarum eloquentiam: donec rursus ad gloriam emersit, de philosophia disserens, ac rursus ut antea scholas habens. Hujus igitur recuperatae gloriae auctoritate multas quoque possessiones, et alias sibi ereptas res, recuperavit. Θέατρον est Sophistae, eloquentiam suam in concione populari ac turba ostentantis. Sic ipse Eunapius in Juliano p. 121, 18, 19, 24, unde discimus publica et alia privata fuisse theatra: in Proaeresio p. 145, 5, 9, publicum theatrum significatur; et ibidem p. 49, 2: et Libanius ab eodem dicitur p. 174, 7: ἱκανὸς — παρὰ τοὺς λόγους ἕτερα τινα συντολμῆσαι καὶ ῥᾳδιουργῆσαι πρὸς τέρψιν θεατρικωτέραν. Dicuntur item auditores hujusmodi orationis seu declamationis θέατρον: v. c. in Jamblicho p. 30, 10, 14: in Proaeresio p. 146, 9, 17, 23: 154, 6: 158, 9. Synesius in Dione p. 35, D, de Aristocle narrat: ἐκ φιλοσόφου — ἐτέλεσεν εἰς σοφιστὰς, καὶ — οὕτω τι ἥττων ἐγένετο δόξης σοφιστικῆς, ὡς μεταμέλειν μὲν αὐτῷ γεροντι τῆς ἐν ἡλικίᾳ σεμνότητος, κύψαι δὲ τὰ Ἰταλιωτικά (sic Augustanus codex pro Ἰταλικὰ) τε καὶ Ἀσιανὰ θέατρα, μελέταις ἐναγωνιζόμενον· ubi passim plura de affinitate ac differentia Philosophi et Sophistae traduntur: quod argumentum et nos attigimus ad Plutarchum De Fortuna p. 96, A. Quo pertinet illud Juliani Orat. I, p. 2, A, qui se-

ſeſe à Sophistis ſegregans, cenſet in Philoſophis, *ὅσοι — ὥρμησαν ἐφ' ἕτερον παιδείας εἶδος, καὶ λόγων ξυγγραφὴν οὐ δήμῳ κεχαρισμένην, οὐδ' εἰς θέατρα παντοδαπὰ τολμῶσαν ἀποδύεσθαι, πρὸς τὰς ἐπιδείξεις ἔχοιεν ἂν εἰκότως εὐλαβέστερον*· ad quem locum in Bibliothecae Criticae Parte IX, p. 37, plura diximus de uſu nominis *θεάτρου* in re Sophiſtica. Quibus addatur L. Creſollius in Theatro Rhetorum, III, 12, p. 216, ſeq. At *διαλέγεσθαι*, quamquam ſubinde item de *publice dicendo* ponitur, tamen ubi *τῷ ἐπιδείκνυσθαι* opponitur, ita ab hoc disjungitur, ut officium Philoſophi ab officio Sophistae. Sic est in Eunapii Chryſanthio p. 194, 18, et 197, 9. Et tamen utrumque est Sophistae argumentum et *ἐπιδείκνυσθαι* et *διαλέγεσθαι*: at Philoſophi unum est *διαλέγεσθαι*. Hinc *διαλέξεις* ſunt Philoſophorum quidem propriae; ſed communes etiam Sophistarum, quia hi ſe quoque Philoſophos esſe volunt: at *μελέται* et *ἐπιδείξεις* propriae ſunt Sophistarum, nec communes Philoſophorum, quia hi ſe Sophistas esſe nolunt. Diximus plura in hanc rem ad Plutarchum De Auditione p. 41, D.

P. 62: *καὶ τῆς ἀσινότητος — ἐδόξαζεν*] Accipio quaſi ſcriptum esſet: *καὶ τῆς ἀσινότητος τῆς περὶ θεουργίαν ἄρτι μὲν πεπειραμένοι, νῦν δ' ἔσεσθαι ἐπὶ πλέον ἐδόξαζον*· i. e: *et immunitatem libertatemque factitandae theurgiae ſe quidem ſub Julia-*

liano expertos esse, nunc vero ampliorem etiam fore, opinabantur.

P. 62: τοῖς βασι* * * τινὰ συστησάμενοι καὶ προστησάμενοι μαντεῖον ἰδιωτικὸν] Et hic satis habere debemus conjecturâ, quam non quidem veram, sed tamen haud ineptam, pronunciemus: sic igitur sensum intelligimus, quasi scriptum esset, τοῖς βασιλεῦσιν ἀχθόμενοι ἑταιρείαν (vel συνωμοσίαν) τινα συστησάμενοι, *Valentinianum et Valentem aegre ferentes, sodalitium quoddam constituentes, eique auctoritatem praestituentes Oraculi privati.* Idem est μαντεῖον, quod χρηστήριον, i. e. locus et officina, ubi χρησμοὶ et μαντεῖαι eduntur: erat igitur hoc non publicum, quale Delphicum, Clarium, alia: nec ex libris Sibyllinis proditum: sed ejusmodi fere, ut dicitur in Vita Porphyrii p. 17: ἐπιτυχεῖν χρηστηρίῳ μηδενὶ τῶν δημοσίων· quod antiquae religionis studiosi privatim et secreto inter se colerent. Quale autem hoc conspirationis et oraculi negotium fuerit, tradunt satis fuse Ammianus Marcellinus XXIX, 1, p. 596 — 606. Zosimus IV, 14. Socrates Hist. Eccles. IV, 19. Sozomenus VI, 35. Philostorgius IX, 15. — Zonaras XIII, 16, conspirantes ἀλεκτρομαντείαν ποιῆσαι tradit: perperam in iis numerans Libanium, et Jamblichum, Procli discipulum, cujus aetas posterior est quam pro hujus facti societate: quae tamen ex illo iterat

Ce-

Cedrenus in Corp. Script. Hist. Byzant. Tom. VII, p. 247, D. In συστησάμενοι et προστησάμενοι est paronomasiae elegantia. Prius de seditione, factione, et conjuratione, usurpatur: sic Plutarchus in Solone p. 85, B: συνίσταντο καὶ παρεκάλουν ἀλλήλους. Pericle p. 157, C: οἱ δὲ φίλοι τοῦ Περικλέους συστάντες ἀπήλασαν αὐτόν. Coriolano p. 221, D, E. 232, D: πολλοὺς δὲ συστήσας καὶ παρασκευάσας ἐπ' αὐτόν. 233, A: οἱ θρασύτατοι τῶν συνεστώτων. Alcibiade p. 205, A: τὸν δ' Ἕρμωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συστάντας ἐστεφάνωσαν. 216, A. Catone Maj. p. 344, E. Pyrrho p. 348, E. Lucullo p. 514, A. Nicia p. 533, D. 536, A. Agesilao p. 614, A. Catone Min. p. 774, D. Agide p. 802, B. Demosthene p. 858, D. Cicerone p. 867, C. 882, D. Dione p. 982, B. Artoxerxe p. 1021, D. 1026, A. Alterum, προΐστασθαί τι, quod vertimus *praestituere*, servandae paronomasiae caussa, notat etiam *praetendere*, *praetexere aliquid ut caussam agendi*, *ab aliqua re initium actionis ducere*, *auctoritatem alicujus sequi*, et similia; quae explicuimus ad Eunapium in Vita Jamblichi p. 13. Quibus ad locum praesentem accommodata alia addantur: Plato Leg. XI, p. 685, D: διαβολή τις κακή, καλὸν ὄνομα προστησαμένη τέχνην· i. e. *calumnia quaedam mala*, *pulcrum nomen assumit*, *artem se vocans*. Aristides Pa-

na-

nathenaico p. 92: *προστησάμενοι σχῆμα φαυλότερον τοῦ λόγου, orationis argumentum tenuius deligentes.* Julianus Fragmento Epistolae p. 300, D: — *πρέποι δ' ἂν ἡμῖν ἡ φιλοσοφία μόνη· καὶ τούτων ἡ θεοὺς ἡγεμόνας προστησαμένη τῆς ἑαυτῶν παιδείας.* Juncus apud Stobaeum Serm. CII, p. 588: *προστησάμενος τοῦ παντὸς ἀγῶνος, καὶ τῆς χλεύης, τὸν περὶ τοῦ θανάτου φόβον ἥλπισας ἐκπλήξειν.* Gregorius Naz. Orat. I, p. 23, B: *Παῦλον προστησώμεθα μόνον τοῦ λόγου συνίστορα.*

P. 62: *χρησμοῦ τινὸς ἐκπεσόντος ἀσαφεστέρου, τὸν χρησμὸν ἐπὶ τὸν Μάξιμον ἀνήνεγκαν* —] i. e: *Quum ex illo privato Oraculo responsum obscurius editum esset, id ad Maximum retulerunt.* Neque enim inimici hoc ad Maximum retulerunt *imputantes*, eumque quasi his insidiis circumvenientes, ut eum caussae capitali implicarent ac perderent: sed conjurati ad eum adferebant id responsum, ut ejus latentem sensum aperiret. Sic *ἀναφέρειν*, ut Latinum *referre quid ad Senatum* vel *Imperatorem;* unde consilium vel agendi facultas petitur. Plutarchus Camillo p. 132, F: *ἀνήνεγκε περὶ τούτων εἰς τὴν σύγκλητον.* Pyrrho p. 397, A: *ἐν τοῖς βασιλικοῖς ὑπομνήμασι ἀνενεχθῆναι· in regios commentarios relatum esse.* Sylla p. 462, F. *Σαλουήνιος ἀνήνεγκε παρὰ τοῦ θεοῦ τέλος οἷον αἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν πράξεις ἔμελλον ἕξειν·* i. e: *Salvenius retulit à Trophonii Ora-*

Oraculo ad Syllam, qualem exitum res Italicae habiturae essent. Cleomene p. 821, E: τοῦ δὲ Σωσιβίου μετὰ τέσσαρας ἡμέρας τὴν ἐπιστολὴν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον ἀνενεγκόντος. Tib. Gracchο p. 830, F: τοῦ Φιλοπάτορος Ἀττάλου τελευτήσαντος, Εὔδημος ὁ Περγαμηνὸς ἀνήνεγκε διαθήκην, ἐν ᾗ κληρονόμος ἐγέγραπτο τοῦ βασιλέως ὁ Ῥωμαίων δῆμος. Antonio p. 934, D: πολλῶν δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀναφερόντων —. Conjugialibus Praeceptis p. 143, B. Dicitur item de Oraculorum responsis: v. c. Apophthegmatum p. 192, E: ἀνεφέροντο χρησμοὶ τοῖς Θηβαίοις. De Sera Num. Vind. p. 563, C, ἀνενεχθεῖσά τις ἐξ Ἀμφιλόχου μαντεία. Adversus Colobem p. 1116, E: χρησμὸν ἐκ Δελφῶν περὶ Σωκράτους ἀνήνεγκε Χαιρεφῶν. Ibidem p. 1117, A: ὁ περὶ Σωκράτους — χρησμὸς ἀνενεχθείς. Et ἐκπίπτειν responsa Oraculorum, pro *edi, proferri*, exquisite dicuntur: v. c. Plutarcho De Iside et Osiride p. 355, E: φωνὴν αὐτῷ τεχθέντι συνεκπεσεῖν· i. e: *eo nascente divinam vocem editam esse.* Aristidi Orat. Sacra III, T. I, p. 317: χρησμὸν ἐδόκουν ἐκπεπτωκέναι Ζωσίμῳ· i. e. *somniabam Zosimo Oraculi responsum datum esse.* Diogene Laertio, I, 32, de tripede VII Sapientum, ἐκπίπτει χρησμὸς δοῦναι τῷ σοφωτάτῳ. Alia annotavit P. Wesselingius ad Diodorum Sic. T. I, p. 286.

P. 62: τὸ μὲν πρᾶγμα οὐχ ὁμολογήσαντες, ὡς

δ' ἂν αὐτοῦ χρήσαντος καὶ ἀνελόντος, τὸ σαφέστερον βουλόμενοι μαθεῖν.] i. e. *conjurationem quidem suam Maximo non fatentes, sed ab eo certius quid discere volentes de sensu illius oraculi, quasi ipse illud edidisset, ac respondisset.*

P. 62: δεδείκτο — εἰδέναι.] Haec interpolata, sic purgem: δέδεικτο γὰρ τότε τὰ τῶν θεῶν Μάξιμον μόνον εἰδέναι· i. e. *illo enim tempore demonstratum erat, nec quisquam dubitabat, solum Maximum res divinas scire:* consentiens cum Corayo, praeterquam quod δέδεικτο retinendum, nec in δέδοκτο mutandum, censeo. Sic in Platonis Phaedone p. 17, δέδεικται, quod Heusdius noster, in Specimine Platonico p. 26, item in δέδοκται mutare tentabat, ut sanum vindicasse mihi visus sum p. 160.

P. 62: λέγων ἑαυτόν] Recte Editor in parenthesi posuit, quod Junius cum caeteris verbis comiscuerat. Sunt autem in aliorum dictis referendis, item in Dialogorum narratione, hujusmodi significationes personarum per epexegesin factae, optimis scriptoribus usitatae. Sic Aeschines De Falsa Legatione p. 226, ed. Reisk. ex Demosthenis sermone partem adfert ad Ctesiphontem habito, praesente ipso Aeschine: ταῦτα μέντοι, ἔφη, ὦ Κτησιφῶν, οὔτ' ἂν σὺ πρὸς τὸν δῆμον εἴποις, οὔτ' ἂν οὗτος· ἐμὲ δὴ λέγων· τολμήσειεν εἰπεῖν πρὸς Ἀθηναίους. Herodotus II, 62: Καμ-

βύ-

βύσης — βλέψας ἐς τὸν Πρηξάσπεα, εἶπε, Πρήξασπες, οὕτω μοι διεπρήξαο τό τοι προσέθηκα πρῆγμα; Plutarchus Apophthegmatum, de Phocione, p. 188, A: ἐπιστραφεὶς πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν, Οὐ δήπου κακόν τι λέγων ἐμαυτὸν λέληθα; De Pythiae Oraculis p. 401, B: ἀλλὰ πῶς, ἔφη, διανοῇ σὺ, βλέψας πρὸς τὸν Θέωνα, τουτὶ διαλῦσαι τὸ περὶ Φρύνης αἴτημα; De Defectu Oraculorum p. 414, C: ὁ Κλεόμβροτος ἐμὲ προσαγορεύσας, Ἤδη σὺ τοῦτο δέδωκας, ἔφη —· De Ira Cohibenda p. 461, A: ἐκεῖνος ὁ βουλόμενος τύπτειν τὸν ὀνηλάτην, εἶτ' ἀνακραγόντος, ὅτι Ἀθηναῖός εἰμι, Σὺ μὲν οὐκ εἶ Ἀθηναῖος, τὸν ὄνον λέγων, ἔτυπτε καὶ πολλὰς ἐνεφόρει πληγάς. Dio Chryſoſtomus Orat. XXX, p. 298, C: τούτοιν ἐδήλου τὸν ἕτερον, τὸν νεώτερον λέγων, ἐν Μεσήνῃ ἔτι εἶναι· ſic enim redintegranda est vera ſcriptura, addito τὸν ἕτερον. Cicero De Natura Deorum I, 7: *Sed ut hic, qui intervenit, me intuens, ne ignoret quae res agatur, de natura agebamus Deorum.* Academ. I, 1: *ad hunc autem ipſum, (me autem dicebat) quaedam inſtitui.* Bruto, 72: *cum ad te ipſum (inquit, in me intuens) de ratione Latine loquendi accuratisſime ſcripſerit:* cujus conſtructionis rationem recte explicat Ernestus. Ovidius Metamorphoſeon XI, 751: — *Hic quoque dixit, Quem mare carpentem, ſubſtrictaque crura gerentem Adſpicis (oſtendens ſpatioſum qui-*

guttura mergum) *Regia progenies*. Et in Xenophontis Symposio III, 11, nunc quidem exstat haec figura in his verbis: σύ γε μὴν, δηλῶν ἔφη ὁ Λύκων τὸν Φίλιππον, ἐπὶ τῷ γελωτοποιεῖν μέγα φρονεῖς; sed duriore et asperiore modo, quam pro hujus Scriptoris facilitate et elegantia; unde mihi et olim visum est, et adhuc videtur, scribendum esse: σύ γε μὴν δῆλον, ἔφη ὁ Λύκων, ὦ Φίλιππε, ὅτι ἐπὶ τῷ γελωτοποιεῖν μέγα φρονεῖς; prouti mox in proximis, οὗτός γε μὴν, ἔφη τὶς, δῆλον ὅτι (μέγα φρονεῖ) ἐπὶ τῷ νικηφόρος εἶναι.

P. 62: ἐξ ἀδύτων — τάφου.] Quod pro vetere τε ἀδύτων Editor dedit ἐξ ἀδύτων, est probandae conjecturae, quam Junius jam in Latina versione expresserat. Totius autem loci scripturam talem ab Eunapio fuisse putem: ἐξ ἀδύτων δὲ ἐπέθηκεν, ὅτι μετὰ τὴν ἁπάντων κοινὴν πολύτροπον φθορὰν, ὁ τὸν φόνον ἐργασάμενος βασιλεὺς ξένον τινὰ ἅμα φθαρήσεται τρόπον, οὐδὲ ἐνδόξου τάφου ἀλλ᾽ οὐδὲ ταφῆς ἀξιωθείς· i. e. *ex intimo divinationis arcano addidit, fore ut, post omnium communem et varium interitum, Rex ipse caedis auctor etiam periret novo et inusitato modo, non solum illustris funeris, sed omnino sepulturae, honore carens.*

P. 63: συστησάμενοι καὶ ἀρθμήσαντες] Illud modo explicuimus ad p. 62: hoc pro vetere ἀριθμήσαντες ex Junii correctione Editor recepit, et docte

te exposuit. Saepe ἀρθμίω et ἄρθμιος, in notiora ἀριθμίω et ἀρίθμιος, confusa reperiuntur: veluti in Stobaei Eclogis Physicis p. 6, edit. Heeren. ubi Homerica exempla exstant. Ἀρθμὸς Erotianus exponit, εὔνοια, φιλία, allato Callimachi versu, qui est in Fragmentis Bentlejanis CXCIX, p. 514, edit. Ernest. Apollonius Rhodius I, 1344: καὶ ἀρθμηθέντες, ὅπῃ πάρος, ἑδριόωντο. II, 757, ἀρθμὸν ἔθεντο. III, 1100 —: ὡς ἄμμι πατὴρ τεὸς ἄρθμιος εἴη. Plutarchus De Animae Procreatione p. 1030, A: τὸ δὲ πᾶσιν οἷς ἐκ διαφορᾶς καὶ ἀνομοιότητος ἐγγέγονε κοινωνία τις πρὸς ἄλληλα καὶ συμφωνία, ταύτης αἰτίαν εἶναι μετριότητα καὶ τάξιν, ἀριθμοῦ καὶ ἁρμονίας μετασχοῦσιν, οὐδὲ τοὺς ποιητὰς λελήθεν, ἄρθμια μὲν καὶ φίλα καὶ προσηνῆ καλοῦντας, ἀναρτίους δὲ τοὺς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους. Porphyrius De Abstinentia II, 27, p. 150: ut partem edicti lustralis adfert hoc nomen nunc item solito more a librariis obliteratum: τῆς παρ' αὐτοῖς θυσίας ἐξειργούσης τῶν ἱερῶν τοῖς περιῤῥαντηρίοις κηρύγμασι εἴτις αἵματος ἀρθμείου μεταίτιος· ubi vulgo legitur κηρύγματι et ἀριθμείου· i. e: *quum sacrificiorum religio apud eos, per edicta lustralia a praeconibus proclamata, a sacris arceat eos qui caedis humanae consortes fuerint.*

P. 63: καὶ εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἦλθεν — κολάζοντες.] Haec a librariis turbata, et sic constituenda videntur: καὶ εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀνήχθη,

ἔνθα ὁ βασιλεὺς διέτριβε· ὡς δὲ πάντα ἐπὶ τῆς κρίσεως ἠλέγχθη, καὶ ὅτι κατέγνω τῶν ἐγχειρησάντων, καὶ ὅτι προεῖπεν ἀκριβῶς ἅπαντα, αἰσχυνθέντες τὸν αὐτοῦ φόνον, καθάπερ ἐν τῷ Μαξίμου σώματι θεόν τινα κολάζοντες· i. e. *et Antiocheam deducitur, ubi tunc Valens degebat: ubi quum in judicio, omnibus rebus inquisitis, apparuisset, Maximum conjuratos reprehendisse, et omnia accurate praedixisse, judices verecundati Maximum punire, tamquam in ejus corpore deum aliquem punirent, eum cum Festo in Asiam miserunt: caet.* Huc pertinet narratio Ammiani Marcellini XXIX, 1, p. 605: *Neque ita multo post Maximus ille philosophus, vir ingenti nomine doctrinarum, cujus ex uberrimis sermonibus ad scientiam copiosus Julianus exstitit Imperator, oraculi supradicti versus audisse insimulatur, seque comperisse adsensus, sed reticenda professionis consideratione non effudisse, verum ultro praedixisse, consultores ipsos suppliciis poenabilibus perituros; Ephesum ad genuinam patriam ductus, ibique capite truncatus, sensit docente periculo postremo, quaesitoris iniquitatem omnibus esse criminibus graviorem.*

P. 63: φονικήν τινα καὶ μαγειρώδη ψυχὴν τὸν Φῆστον ἐπὶ τὴν Ἀσίαν αὐτῷ συνεξέπεμψαν] De hoc *Festo*, Asiae Proconsule, ejusque in tota illa quaestione animo crudeli et sanguinolento, satis

con-

copiosus est Ammianus Marcellinus XXIX, 2, 3; Zosimus IV, 15: Anonymus Suidae in Voce Φῆστος, qui haud dubie ipse est Eunapius in Historiae Romanae opere, ut jam Valesius et Kusterus l. l. c. c. judicarunt. Alia etiam de *Festi* rebus et muneribus tradunt in Prosopographia Codicis Theodosiani Gothofredus et Ritterus; T. VI, Part. II, p. 154: quorum hic etiam probat Valesii conjecturam ad Ammianum Marc. l. c. p. 612, proditam, nobis quidem non satis probatam, hunc *Festum* eumdem esse ac Sextum Rufum Festum auctorem Breviarii Historiae Romanae ad Valentem Imperatorem scripti. Eunapius autem in descriptione hujus caedis et notatione Festi, verborum aptorum ac significantium delectu, et comparationum evidentium luminibus, se ipse solito magis attollit; ut facile appareat eum sanae eloquentiae minimae expertem fuisse, ubi non ipse se subinde argumento mystico ad obscuram et contortam compositionem traduci siverit.

P. 63: *τὸν μέγαν Μάξιμον αὐτοῖς ἐπέσφαξε.*] Atqui non ipsum super alios, sed alios super ipsum caesos esse, ipse prodit Eunapius in loco Suidae Voce Φῆστος· Οὗτος περὶ τοὺς χρόνους Οὐάλεντος εἰς τὴν Ἀσίαν ἐκπέμπεται ἀνθύπατος· — ἐπὶ τοσόνδε παραφορᾶς ἐῤῥύη καὶ φόνων, ὥστε καὶ Μάξιμον ξίφει διέφθειρε, Κοίρανον τὸν Αἰγύπτιον ἐπισφάξας

ξας αὐτῷ· καὶ ἔτι θερμὸς ὢν καὶ ζέων τῷ λύθρῳ, πάντας συνανῄρει καὶ κατέφλεγε. *Coeranium philosophum haud exilis meriti virum* recenset in interfectis Ammianus Marcellinus l. c. p. 613, ubi videatur Valesius. Item Zosimus IV, 15, Πρῶτος μὲν οὖν τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ γνωρίμων ἀνῄρητο Μάξιμος· καὶ μετὰ τοῦτον ὁ ἐκ Φρυγίας Ἱλάριος, ὡς δὴ χρησμόν τινα λοξὸν εἰς τὸ σαφέστερον ἑρμηνεύσας· καὶ Σιμωνίδης ἐπὶ τούτῳ, καὶ Πατρικίδης ὁ Λυδὸς, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Ἀνδρόνικος· ἦσαν δὲ οὗτοι πάντες εἰς ἄκρον παιδείας ἐληλυθότες, καὶ φθόνῳ μᾶλλον, ἢ ψήφῳ δικαίᾳ, κατακριθέντες. — Τῶν δὲ ἀτοπημάτων ἦν κολοφὼν Φῆστος· ὃν εἰς πᾶσαν εἰδὼς ὠμότητα πρόχειρον ὄντα, τῆς Ἀσίας ἀνθύπατον ὁ βασιλεὺς ἔστειλεν, ὡς ἂν μηδεὶς τῶν περὶ λόγους ἐσπουδακότων ἀπολειφθείη· κ. τ. λ. Indidem et ex Ammiano Marcellino, l. c. apparet, et ante et post Maximum multos caesos fuisse. Pertinent huc Constitutiones Imperatorum adversus Magiam: primum Constantii a. 357 et 358; deinde Valentiniani et Valentis, Codice Theodosiano Lib. IX, Tit. XVI; quamquam caeterum hi fratres veterem Deorum cultum non interdicebant. Credibile est poëtam Carminis *De Lapidibus*, quod sub Orphei nomine exstat, paulo post istam lanienam vixisse, eamque significasse versu 70 — 74; ut ingeniose suspicatur ejus editor Thomas Tyrwhittus, egregiae vir doctrinae, qui plu-

plura de ista magiae quaestione et interfectis doctis hominibus tradit, Praefatione p. VI—XII.

P. 63: *ὅτε γὰρ βασιλεὺς ἐν μεγάλῃ τῶν Σκυθῶν μάχῃ, ξένον τινὰ ἠφανίσθη τρόπον, ὥστε οὐδὲ ὀστέον εἰς ἀναίρεσιν εὑρέθη.*] Res in historiis pervulgata. Ammianus Marcellinus XXXI, 8, p. 700. Zosimus IV, 24: alii ad illum memorati a Lindebrogio, et a Fabricio ad Libanium Oratione De Ulciscenda Caede Juliani §. 3, edita Bibliothecae Graecae Vol. VIII, p. 147. Videtur articulus requiri *ἐν τῇ μεγάλῃ Σκυθῶν μάχῃ.* Caeterum Eunapius *Scythas* nominavit pro Gothis, ut solent fere Graeci aetatis illius scriptores: quod monuit H. Valesius ad Eusebium De Vita Constantini III, 7, et IV, 5, p. 199 et 215.

P. 64: *ἡ τρίτη δὲ ἦν ἡμέρα τῶν καλανδῶν, ἃς οὕτως Ἰανουαρίας ἡμέρας Ῥωμαῖοι προσονομάζουσι*] Suspicor pro *ἡμέρας* Eunapium dedisse *καλάνδας.* Neque enim *dies Januariae*, sed *calendae Januariae*, a Romanis nominabantur. Hic autem dies sic frequentius dicitur Latine *ante diem tertium Nonarum Januarii:* et est *tertius post Calendas Januarii*, ut item Latine vocari solet; ac respondet ei qui nunc dicitur *dies tertius Januarii.* Quare autem hunc diem Festus convivio destinaverit, intelligitur ex stata illius solemnitate, quam Plutarchus significat, in Vita Ciceronis, qui eo ipse die natus erat p. 861, C,

D: *τεχθῆναι δὲ Κικέρωνα λέγουσιν — — ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος*· i. e. *die tertio novarum calendarum, quo die magiſtratus pro Imperatore precantur et ſacrificant*: de quo die ac ritu testimonia aliorum adfert Franciscus Fabricius Marcodurauus in Vit. Ciceronis p. 4: et plurium etiam plura collegit, ne his quidem Plutarchi et Eunapii locis omiſsis, Justus Lipſius in Excurſu ad Taciti Annalium XVI, 22. Uſum particulae *οὕτως* notavimus Bibliothecae Criticae Parte III, p. 47: quibus exemplis addatur Herodianus V, 3, 2: *Μαισὰ ἦν τις ὄνομα, τὸ γένος Φοίνισσα, ἀπὸ Ἐμέσου καλουμένης οὕτω πόλεως ἐν Φοινίκῃ.* Forte reſtituenda haec formula Xenophonti Hellenicorum II, 2, 4: *πρὸς τὴν πόλιν ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τῷ καλουμένῳ γυμνασίῳ*· ut corrigatur mutando *τῷ* in *οὕτω*.

P. 64: *καὶ προσκυνήσαντες — εὐωχίαν.*] Haec non ſatis perſpicue narrata, ante epulum, paulo post ſacra pro Caeſare facta, accidiſse interpretor. *Et magiſtratus ab eo invitati, re ſacra peracta, ei ad epulum condixerunt, i. e. promiſerunt ſe ad coenam venturos: Festus autem, illis eum deducentibus, ingreſsus quidem est fanum Nemeſium*, caet.

P. 64: *τὸ τῶν Νεμεσίων ἱερὸν*] Duas Nemeſes conjunctum cultum et numen habuiſse apud Graecos

εοὶ in Jonia et Afia, praefertim Smyrnae, docuerunt complures viri docti: Dorvillius ad Charitonem p. 338, qui etiam p. 617, hunc Eunapii locum et Junii errorem notavit vertentis *Eumenidum:* laudans etiam H. Valefium Emendationum II, 17, et P. Burmannum Secundum ad h. l. laudantem notas Prideauxii ad Marmora Oxonienfia p. 149. aliique memorati eruditisfimo Boisfonadio ad hunc Eunapii locum. Nummi exftant haud pauci Smyrnaeorum, aliarumque illius Afiae Civitatum, infigniti duabus Nemefibus; quorum unum ex Vaillantio refert Eckhelius in Doctrina Nummorum Veterum Vol. VI, p. 514: multo plures cum duabus, unum etiam cum tribus, Nemefibus tradit Rafchius vir doctisfimus in Lexico Numismatico T. V, p. 1183—1185.

ΠΡΙΣΚΟΣ.

De Prisco aliorum Veterum mentiones annotavimus fupra in Maximo ad p. 48, 56, 57.

P. 65: *ὅθεν γε ἦν.*] Rectius legatur, *ὅθεν τε ἦν.*

P. 65: *τὰς δόξας — τὰ δόγματα*] Scite hic opponuntur: *opiniones aliorum philofophorum memoria complexus erat, et in ore habebat; at fua ipfe placita in animo condebat nec prodebat.* Et *δόγμα placitum, decretum,* majorem vim figni-

nificationemque gravitatis et constantiae habet, quam δόξα opinio. Intelligit autem τὰ ἴδια δόγματα, ut alibi subaudiendo τὰ ἴδια: ut mox p. 66, δι' ἀγερωχίαν τῶν δογμάτων. Porphyrio p. 18, 1, edit. Commelin. et 16: Crysanthio p. 197, 10, 14. Quae ellipsis etiam in aliis nominibus v. c. ψυχὴ, σῶμα, usurpatur.

P. 65: μόλις.] Verissima in paucis, pro vetere μόνης, est haec Junii conjectura: nec aliud ab auctore scribi potuisse videtur.

P. 65: ἀσώτους] i. e. *prodigos, qui servari nequeunt:* et prouti etymologiam vocabuli expressit Terentius Adelph. IV, 7, 43: *ipsa si cupit Salus, Servare prorsus non potest hanc familiam.* Scilicet incenduntur aestu disputationis, magisque incumbunt ad placita sua tuenda, quam ad veritatem reperiendam et amplectendam. Ratio mox redditur.

P. 65: Οὐ γὰρ νικώμενον — διαπράττεσθαι.] Oratio non uno loco laborans. Primum addito articulo legendum τὸν νικώμενον. Deinde animadvertenda particula οὐ — μᾶλλον — ἀλλὰ, ubi vel μᾶλλον abundat, vel ἀλλὰ ponitur pro ἢ, *non magis quam:* cujus similem constructionem annotavimus Bibliothecae Criticae Part I, p. 22. et XII, p. 6. Tum ταῖς ἡδοναῖς καὶ τῷ φιλοτιμώμένῳ praefert quidem Platonicam speciem; sed hoc loco vix rationem habet, nisi multa alia acce-

cedant: quae aut excidisse statuendum sit, aut haec mutanda in ὀδύναις καὶ τῷ φιλοτίμῳ. Nam, quod ad hunc morem attinet, nil habet ipse ad intelligendum difficultatis, et eumdem in Chrysanthio fuisse prodit Eunapius p. 194, 17: δυσκίνητος δὲ ἦν περὶ τὰς διαλέξεις, ταῖς φιλονεικίαις ἐν τοῖς μάλιστα τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνων ἐκτραχύνεσθαι· sic enim illam sententiam legendam puto. Porro animadvertenda est imitatio Platonica ex Phaedone, ubi ortus vitii τοῦ μισολόγου describitur, ut animadvertimus nostra editione p. 238, ubi simul postremum hujus loci Eunapiani verbum διαπράττεσθαι in διαταράττεσθαι mutandum videri monuimus. Quod autem in nostra conjectura τῷ φιλοτίμῳ posuimus, dicitur saepe de disputando et redarguendo: v. c. ab ipso Eunapio in Proaeresio p. 158, 22; καὶ ὁ τῶν λόγων ἔλεγχος ἦν αὐτῷ φιλοτιμία· 153, 4; διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων ἕκαστος διὰ φιλοτιμίαν, ἕκαστος ἐπαινῶν τὴν ἰδίαν δόξαν, καὶ πρὸς τὰ μειράκια φιλοτιμούμενος. Plutarchus Quaestione Platonica I, p. 999, E: τούτοις (τοῖς σοφισταῖς) οἱ νέοι πολὺ τελοῦντες ἀργύριον, οἰήματος ἐπληροῦντο καὶ δοξοσοφίας, καὶ λόγων ἐζήλουν σχολὴν καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι καὶ φιλοτιμίαις —. De Repugnantiis Stoicorum p. 1036, B, D. 1037, C. 1047, B. Et nominum ἡδοναῖς et ὀδύναις in proclivi est permutatio; quae item corrupit locum Ari-

Aristidis in Oratione Sacra III, T. I, p. 313, de accessu vehementissimi morbi: ἀλλ' ἦν ἐπὶ πλέον ἡ κίνησις, καὶ ἡ τῶν ἡδονῶν κατάστασις ἄῤῥητος —. ubi verissima scriptura restituenda ὀδυνῶν, *dolorum*. Locum autem Eunapii, corrigenda Junii interpretatione, sic reddamus: *Ajebat enim victum in disputatione non mitescere magis, sed repugnantem adversus veritatis vim, et doloribus ambitionis fractum, efferari; itaque rationis simul et philosophiae osorem evadere, atque perturbari.*

P. 65: ἐπεῖχε τὰ πολλὰ] i. e: *plerumque cohibebat judicium, nec sententiam suam promebat:* ex nota vi verbi ἐπέχειν, unde ἐποχὴ, *retentio judicii.*

P. 65: προς ταῦτα γράφοντα] Immo addito articulo: πρὸς τὸν ταῦτα γράφοντα.

P. 65: ὁ μὲν Αἰδεσίου τρόπος κοινὸς ἦν καὶ δημοτικός.] Scilicet ut Socratis ratio philosophandi erat *popularis*, δημοτική· et in populari reip. statu, δημοκρατική, in qua ὁ ὀλιγαρχικὸς τρόπος odium pariebat, laudabatur τὸ δημοτικόν; unde est Theophrasti Character XXVII, περὶ ὀλιγαρχίας· notante Casaubono. De Socratis, quamvis ab accusatoribus studii ὀλιγαρχίας insimulati, populari in philosophando ratione, abunde constat; et breviter significavit Plutarchus in Praeceptis Reip. Gerendae p. 796, D; et cum artificibus de ipsorum arte disserere solebat, ut est apud Xenophontem Memorabilium III, 10. Hinc

δη-

δημοτικοὶ λόγοι de hoc disserendi genere nonnunquam dicitur: et ad Peripateticos transtulit Cicero De Finibus V, 5, ἐξωτερικοὺς libros *populariter scriptos* vocans.

P. 66: πρὸς τὸ ἀνθρώπειον] Junius: *harmoniam quamdam et solertiam inferebat, quantum vires humanae patiebantur.* Verte *conjunctionem quamdam et curam humani generis ingenerans discipulis.*

P. 66: ὡς ἀσυφήλους αὐτοὺς ἑώρα] Significatio vocabuli Homerici, Iliad. I, 643, et Ω, 767, quod exponunt Grammatici, v. c. Hesychius, ἀνοήτος, ἄτιμος· item mox 'Ασύφηλον, ἀπαίδευτον, κακὸν, ἁμαρτωλὸν, μηδενὸς ἄξιον. Etymologus M. ἄτιμον, ἢ ἀπαίδευτον, ἀδόκιμον καὶ ἀνόητον: haec igitur significatio minime convenit huic loco Eunapii; quamquam is fortasse ita scripserit. Suspicor quosdam veteres hoc vocabulum confudisse cum simili ἀσύμφυλος, quod in eo ponitur, *qui se non facile cum alio conjungi patitur, qui abhorret a communitate et congregatione cum aliis sui generis*; quae notio huic loco aptissima est. Plutarchus Symposiacorum VII, 5, p. 709, B: ὁ δὲ ἀσυμφύλους καὶ ἀσυναρμόστους ἀνάγων· i. e: *qui convivas adducit qui se conciliari invicem et conjungi non patiuntur.* VIII, 8, p. 729, A: τὸ πρὸς τὴν θάλατταν ἔχθος, ὡς ἀσύμφυλον ἡμῖν καὶ ἀλλότριον, μᾶλλον δὲ ὅλως πολέμιον τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου στοιχεῖον. De Placitis

tis Philosophorum V, 13, p. 907: οἱ δὲ Στωϊκοὶ αἰτιῶνται τὰς ἀσυμφύλους εἰς ἑκάτερον τῶν πλησιαζόντων δυνάμεις τε καὶ ποιότητας· i. e: *Stoici sterilitatis caussas imputant contrariis facultatibus et qualitatibus eorum, qui coeunt.* De Carnium Esu p. 993, D: εἰς ἡδονὰς παρὰ φύσιν ἀσυμφύλους ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἦλθον· 995, F: σώματος — βαρυνομένου τροφαῖς ἀσυμφύλοις. Agide p. 799, E: Λυκοῦργος — τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ξένων τοὺς τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς διαίταις ἀσυμφύλους μᾶλλον ἐδυσχέραινε· i. e: *Lycurgus — magis aversatus est, alienos ab institutis patriis Spartanos, quam peregrinos.* Lucianus De Historia Conscribenda, §. 11, T. II, p. 15: τὸ ἀσύμφυλον καὶ ἀνάρμοστον καὶ δυσκόλλητον τοῦ πράγματος ubi editiones fere habebant ἀσύφηλον, quod non magis à Luciano esse opinor, quam quod in quibusdam fertur, ἀσύμφηλον et ἀσύμφιλον, quae nihili sunt. Idem in Rhetorum Praeceptis §. 16, T. III, p. 171 μελέτω δὲ μηδὲν τῶν ἄλλων, ἐὰν (ᾖ addendum) ἀνόμοια τούτοις καὶ ἀσύμφυλα καὶ ἀπῳδά· ubi item quaedam editiones corruptum ἀσύμφηλα dant: Theodorus autem Marcilius recte quidem ἀσύμφυλος tuetur, damnans ἀσύμφηλος: sed quod item damnat ἀσύφηλος, idque corrupte pro ἀσύφυλος, et hoc contracte ab Homero ex ἀσύμφυλος factum esse pronunciat, in eo nos non item adsentientes habet. Et Jo. Burdelotius ad Heliodorum

p.

p. 86, ſolam formam ἀσύμφυλος relinquit, etiam illud in Homeri libris ἀσύφηλον repudians. Noſtro quidem judicio non ſunt niſi duae legitimae formae: altera ἀσύμφυλος, cujus origo nota est: altera Homerica ἀσύφηλος, diverſa origine et ſignificatione. Hanc Etymologus M. ducit ab ἄσω, βλάπτω, et φηλῶσαι, ὃ σημαίνει τὸ δολῶσαι καὶ ἀπατῆσαι· cujus notationis priorem partem probamus, posteriorem improbamus. Est vero pervulgatus error Etymologorum, ut terminationes ſaepe pro peculiari nomine accipiant: veluti cum βασιλεὺς dicitur compoſitum esſe ex βάσις τοῦ λαοῦ, *fundamentum populi*; quod nil niſi per terminationem productum est à βάω, βάζω, *duco*, notatque ideo *ducem*: vel αἰὼν, *aevum* repetitur ab ἀεὶ et ὢν *ens*, quod est ſane ab ἀεὶ, ſed producto per terminationem ὢν, quae notat multitudinem: ut a δένδρον, *arbor*, fit δενδρὼν, δενδρῶνος, *arboretum*: et ad eamdem rationem ex aliis alia. Sic ἄσω primitivum, quocum conjuncta ſunt ἄτω, ἄση, ἄτη, inde ἀσύω, ἀσύπω, ἀσύφω, ἀσυφάω, quo accedente notisſima terminatione ηλος, exiſtit ἀσύφηλος, *repudiandus*, *contemtus*, *rejiciendus*. Eadem ratio valet, ne plura advocemus, in τρυφηλός· primitiva ſunt τράω, τρέω, τρύω, *tero*: hoc producitur in τρύπω, *frango*: τρυπάω, *foro*, τρυφάω, *deliciis frango*: unde τρυφηλός· et τρυφάλεια, *galea*, est *perforatum*, *excavatum tegu-*

mentum capitis, non a τρεῖς et φάλος, *tres coni.* Item κεκρύφαλος, *tegumentum muliebre capitis*, a κεκρυφάω *abscondo*, *tego*.

P. 66: καταβιβάζων] Constructio requirit κατεβίβαζεν.

P. 66: λαχανόπωλίν τε ἀπαντήσας ἡδέως ἂν εἶδε] Particulae ἂν, in hoc et duobus proximis commatibus, ea est vis, quam exposuimus Bibliothecae Criticae Parte XII, p. 33—35. Hoc loco sic reddenda: *libenter fere eam videbat: libenter eam videre solebat.*

P. 66: ὅτι πολὺ τὸ καπηλεῖον ἐργάζεται] Retineam vetus ὅτι, quod Editor in ὅ τι mutavit, et καπηλεῖον pro nominativo accipiam, eo sensu ut significet λαχανοπωλεῖον, *taberna venditoris olerum:* atque sic vertam, *multum lucrum afferre cauponam olerum, eam fructuosam esse ad quaestum.* Est enim καπηλεῖον quasi genus, sub quo continetur λαχανοπωλεῖον· quod colligas fere ex Platone Rep. II, p. 427, A, B. Leg. IX, p. 651, A. Aristotele Polit. I, 6. Tum vero ἐργάζεσθαι est *lucrari*, *quaestum facere.* — Alexis Samius apud Athenaeum XIII, p. 572, F: τὴν ἐν Σάμῳ Ἀφροδίτην — ἑταῖραι ἱδρύσαντο αἱ συνακολουθήσασαι Περικλεῖ ἐργασάμεναι ἱκανῶς ἀπὸ τῆς ὥρας. Plutarchus Timoleonte p. 242, D: Ἐν Κορίνθῳ διατρίβοντα (Διονύσιον) — διαπληκτιζόμενον ἐν μέσῳ ταῖς ἀφ' ὥρας ἐργαζομέναις γυναιξί. Dio Chryso-

ſoſtomus Orat. LXXVII, p. 650, C: *φέρε δὴ, δι' ἄλλο τι φησὶ τούτους Ἡσίοδος εἶναι φανερούς (l. φθονερούς) καὶ δυσκόλως ἀλλήλοις ἔχειν, ἢ διότι ἧττον ἐργάζεται* (*κατὰ* addendum) *τὴν αὑτοῦ τέχνην ἐκ τοῦ πράγματος ἕκαστος, ὅπου ἂν τύχῃ πράττων, πολλῶν ὄντων ὁμοίων.* Frequentius etiam est *ἐργάζομαι χρήματα· pecunias lucror:* de quo Wetſtenius ad Matth. XXV, 16.

P. 66: *λογάρια*] Demosthenes De Falſa Legatione p. 233, C: *λογάρια δύστηνα μελετήσας, καὶ φωνασκήσας, οὐκ οἴει δίκην δώσειν τηλικούτων καὶ τοσούτων ἀδικημάτων.* Quae imitatus est Philoſtratus, Antoninum Caracallam Caeſarem ſimilia Philiſco objicientem faciens, De Vitis Sophistarum II, 30; p. 623: *οὐδὲ γὰρ ἄν ποτε διὰ μικρὰ καὶ δύστηνα λογάρια τὰς πόλεις ἀφελοίμην τῶν λειτουργησάντων.* Plutarchus Adv. Colotem p. 1119, C, de Stilpone: *ὧν δὲ παίζων καὶ χρώμενος πρὸς τοὺς σοφιστὰς λογαρίων προὔβαλε γέλωτι αὐτοῖς, ἑνὸς μηδεὶς —.*

P. 66: *κρείττονα μὲν πρὸς ψυχῆς ἀναγωγὴν —*] i. e. *ratiunculas ſcientem, efficaces quidem ad animum ad res divinas evehendum, in ipſis autem factis et vitae actione non obſervatis.* Est autem dictio Platonicis *ἀνάγειν τὴν ψυχὴν* et *ἀναγωγὴ ψυχῆς* uſurpata *de animi ad divinas res converſione.* Hierocles Commentario In Aurea Carmina p. 302, *τοῖς τε μαθηματικοῖς καθαρμοῖς*

τοὺς τελεστικοὺς συνειωιέναι, καὶ τῇ διαλεκτικῇ λύσει τὴν ἱερατικὴν ἀναγωγὴν συνέπεσθαι ἀνάγκη. Ibidem p. 216: *ἡ τῆς ἀληθείας γνῶσις ἐπίσθω πρὸς ὁμοίωσιν τῆς θείας ἀρετῆς ἀνάγουσα.* Item dicitur alio uſu de relatione inter Divos, conſecratione, *ἀποθεώσει*, a Plutarcho Quaeſtionibus Graecis p. 293, C: *Σεμέλης ἀναγωγήν.* Apophthegm. Lacon. p. 229, F: *Ηρακλῆς — εἰς θεῶν τιμὰς ἀνήχθη.*

P. 66: *πολλούς τε νεωτερισμοὺς ἐνεγκὼν κορυβαντιώντων ἐπὶ σοφίᾳ μειρακίων*] Refertur ad comparationem diſcipulorum Aedeſii, de quibus modo dixerat, ſapientiae opinione inflatorum, qualis ipſe inter illos fuerat Priscus, tales ipſe deinde nactus diſcipulos. Itaque *νεωτερισμὸς* hoc loco accipiam de innovatione doctrinae à diſcipulis tentata, item de ſucceſſione novorum deinceps in magiſtri ſchola diſcipulorum: et vertam: *et multas toleravit innovationes ſucceſſionesque diſcipulorum ſapientiae opinione, tamquam Corybantico inſtinctu, percitorum et exſultantium.* Verbum *κορυβαντιᾷν* Platoni in tali metaphora uſitatum egregie illuſtravit Ruhnkenius ad Timaei Gloſſas Platonicas p. 163.

P. 67: *τοῖς τῆς Ἑλλάδος ἱεροῖς — συναπώλετο.*] Templa ſacraque patria Graecorum jam antea ſub Theodoſio, ſed maxime inde ab anno Noſtrae Aerae 384 diruta et exſtincta ſunt. Ergo potuit Pris-

Priscus adolescens senem Jamblichum audivisse. Caeterum ex Eunapio non discimus, ubi Priscus scholam suam habuerit. Nam in Vita Maximi p. 98, apparet eum, quum a Juliano arcesseretur, in Graecia habitasse: at non item utrum Athenis, an alibi. Superfuit autem Hilario, a Barbaris interfecto a. 396: de quo mox.

P. 67: Ἰλάριον —] Hunc ex uno hoc Eunapii loco posteritatis memoriae traditum, Fr. Junius in Catalogo Artificum p. 97, his verbis recensuit: *Hilarius Bithynus Athenis in arte pingendi excelluit, in exprimendo hominum vultu admirandus, Euphranoris antiqui aemulus, cum familia ruri à barbaris interemtus est sub Valente: Eunapius in Prisco.* Quibus in verbis duo sunt errores: altera, quod sub Valente interemtus sit. Atqui uterque a Gothis interfectus est: sed Valens pugnâ cum exercitu a. 378: Hilarius autem incursione Gothorum in Graeciam, sub Arcadio, a. 396. Alter est error, quod illud, *in exprimendo hominum vultu admirandus*, effictum est ex Eunapii verbis, καὶ ὁ ταῦτα γράφων διὰ τοῦτο αὐτὸν εἴδεσι καλὸν ἐθαύμαζε καὶ ὑπερηγάπα· quae non *vultum*, sed universe *imagines*, *species*, significant, et praeterea alio mendo laborant, de quo statim dicemus.

P. 66: πρὸς δὲ τῷ καθαρῷ τῆς ἄλλης παιδείας — Εὐφράνορ.] Docte haec explicat Editor. De Eu-

phranore locos Veterum collegit Fr. Junius, l. l. p. 87: est autem τὸ καθαρὸν τῆς ἄλλης παιδείας duplicis laudis: quarum primam continet ἡ ἄλλη παιδεία, reliqua doctrina praeter pingendi artem, i. e. scientia Literarum et Philosophiae, quae dicuntur in Euphranore *optima studia* à Quinctiliano XII, 10: in aliis item a Cicerone Diverf. Ep. VI, 11, 1: — *magnum fructum studiorum optimorum capis: in quibus te semper scio esse versatum.* Trebonius ad Ciceronem XIII, 16: *Athenas veni a. d. X Calend. Junii, atque ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuum deditum optimis studiis.* Ipse Cicero Epistola proxima ad Cornificium XIII, 17: *sed velim sic existimes, me — de summo ingenio et de optimis tuis studiis, et de spe amplissimae dignitatis ita judicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos.* Eadem vocat saepe *optimas artes*: item *humanitatem*, de quo nomine videatur Ernestus in Clavi Ciceroniana; tum *artes ingenuas et elegantes*: Graeci παιδείαν etiam simpliciter; de quo usu praecipuus est locus Gellii XIII, 15: *humanitatem appellaverunt id propemodum, quod Graeci παιδείαν vocant, nos eruditionem institutionemque in bonas artes dicimus.* Aliud est καθαρὸν, *incorruptum*, *sanum*, *integrum*, non solum a seculi et novitatis labe non affectum, sed etiam tenax et servans sanitatis in re-

ribus divinis: in quo jam Plutarchus hoc nomen posuit De Defectu Oraculorum p. 404, B: *μόνον ἂν ὀρθὰς καὶ καθαρὰς περὶ τοῦ θεοῦ δόξας ἔχωμεν*· et magis etiam posteri, invalescentibus novis religionibus.

P. 67: *διὰ τοῦτο αὐτὸν εἴδεσι καλὸν*] Deest quid ad sententiam. Scripsit Eunapius vel *διὰ τοῦτο αὐτὸν τὸ ἐν εἴδεσι καλὸν ἐθαύμαζε καὶ ὑπερηγάπα*· i. e: *eum, propter hanc in imaginibus pulcritudinem, admirabatur ac diligebat:* vel *διὰ τοῦτον αὐτὸ τὸ ἐν εἴδεσι καλὸν ἐθ. κ. ὑπ.* i. e: *per eum ipsam imaginum pulcritudinem admirari ac diligere didicit.* Dicitur autem *εἶδος* hoc loco, ut saepe alibi, de figura humani corporis: v. c. Plutarchus Camillo p. 135, F: *ἦν ἐπίτροπος παιδὸς ὀρφανοῦ, πλούτῳ τε πρώτου τῶν πολιτῶν, καὶ θαυμαζομένου κατ' εἶδος, Λουκουμώνος.* Pericle p. 155, C: *ἐδόκει* Πεισιστράτῳ *τῷ τυράννῳ τὸ εἶδος ἐμφερὴς εἶναι.* Ibidem p. 165, B: *ἡ Θαργηλία τό τ' εἶδος εὐπρεπὴς γενομένη, καὶ χάριν ἔχουσα.* Catone Maj. p. 336, C. Philopoemene p. 356, F. Mario p. 414, B. Sylla p. 451, E: ubi non modo vultum, sed et hunc et totam corporis conformationem significat. In Platone autem Symposii p. 330, G: *τὸ ἐπ' εἴδει καλόν* dialectice dicitur *pulcrum in specie*, quae *generi* opponitur.

P. 67: *ἔξω μὲν εὑρεθεὶς τῶν Ἀλπίων*] Hanc Go-

 tho-

thorum in Graeciam, duce Alaricho, incursionem supra in Maximo attigit Eunapius p. 93: qua incursione Athenas non captas esse, et hic significat, et in opere Historiae Romanae fusius declarasse videtur; siquidem ejus sectator Zosimus V, 6. copiosus est in hoc loco, Urbem divino munere ex isto periculo servatam tradens, circumeunte muros Minerva, et ante eos stante Achille: quorum conspectu perculsos hostes *oppugnandi* propositum abjecisse. At alii veteres Urbem pariter, ut alias Graecas urbes, captam perhibent: quorum testimoniis nituntur Tillemontius Historiae Imperatorum T. V, p. 188, et Corsinus Fastorum Attic. Vol. IV, p. 197, jam antea allatis à Meursio De Fortuna Athenarum p. 107, 108: nituntur etiam eo, quod Eunapius supra in Maximo p. 93, dixit per Alarichi incursionem mysteria Cereris Athenis cessasse: quae sane ratiuncula levis est ad fidem de servata Urbe elevandam: et diserte refellitur praesente loco Eunapii, quo per verba ἔξω τῶν Ἀθηνῶν ostenditur, eos, qui intra Urbem manserint, servatos esse: ad quem locum illi viri non attenderunt. Equidem haud dubito in judicio de hac Zosimi narratione sequi duos novissimos ejus annotatores: quorum Reitemeierus eum cum aliis in concordiam redigi posse putat, ut *Attica tantum regio, salvis Athenis ipsis, hostilem injuriam ex-*

experta esse credatur: Philostorgius vero XII, 2, *Alarichum intrasse Athenas dicens, ad Zosimi verba ita explicetur, ut dux hostium non cum copiis, et foedere antea composito, intraverit:* Heynius autem prudenter monet p. 641: *Cum Christiani illo aevo nihil fere, quod memorabile esset, sine miraculo factum jactarent; tolerandum sane erat in Gentilibus, si et illi sua miracula venditarent.* Quamquam in hoc Athenarum negotio, et objecta hostibus specie Minervae et Achillis, humana solertia valuisse potest: qualis valuisse dicitur in specie Minervae, Aetolis urbem Pellenam oppugnantibus objecta, apud Polyaenum VIII, 59, et Plutarchum in Arato p. 1042, qui, pro Minerva Dianam exhibens, caeterum consentit. Denique, quod Tillemontius ibidem p. 188, ad finem Anni 395, prodit, ex hac Eunapii narratione sibi videri etiam Priscum barbarorum ferro caesum esse, hoc nobis nullo modo videtur.

P. 67: Καὶ ταῦτα μὲν — εἴρηται.] Haec, non satis inter se apta, sic legenda et constituenda videntur: Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς διεξοδικοῖς, ἐὰν τῷ δαίμονι δόξῃ, γραφήσεται, οὐ τὸ καθ' ἕκαστον ἔχοντα, ἀλλὰ τὸ κοινὸν, ὃ ἐκεῖ σαφέστερον λελέξεται· νυνὶ δὲ, ὅσον ἐπέβαλε, τὸ καθ' ἕκαστον ἱκανῶς εἰς ἀφήγησιν εἴρηται· i. e: *Et haec quidem in majore Historiae opere, si Deo visum fuerit, scribentur, haben-*

tio non singularem, sed generalem explicationem, quae illic planius explanatur: nunc vero, quantum oportuit, singularis explicatio sufficienter ad hujus narrationis propositum exprompta est. Primo, ἔχοντα jungendum cum antecedente ταῦτα. Deinde, τὸ καθ' ἕκαστον est frequentissima dictio, philosophis maxime, sed et aliis scriptoribus, notans *singulare, particulare*, cui opponitur τὸ κοινὸν, *commune*, τὸ καθ' ὅλον, *generale, universale*; quamquam etiam subinde τὸ καθ' ἕκαστον, *singulare*, et τὸ κατὰ μέρος, *particulare*, distinguuntur. Tum ἐκεῖ et ἐπέβαλε dudum conjeceram, quum vidi illud ex Huetii conjectura, illud ex Mediceo libro, adferri. Dicitur autem simpliciter et impersonaliter ἐπιβάλλει, pro *decet, oportet*: qua de significatione videatur J. Uptoni Index in Epictetum, et nostra animadversio ad Plutarchum De Auditione p. 37, E.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Suidas Ἰουλιανὸς, Δόμνου, ἀπὸ Καισαρείας Καππαδοκίας, σοφιστὴς, σύγχρονος Καλλινίκῳ τῷ σοφιστῇ· γεγονὼς ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως. Nihil in his inesset, quominus de hoc Eunapii Juliano intelligerentur; nisi Suidas in Voce Καλλίνικος Callinicum Sophistam sub Gallieno docuisse diceret. Certum est hunc *Julianum* ab Euagrio I, 20,

10, p. 277, C, significari, memorante eum cum Ulpiano et Libanio, ubi H. Valesius, ductus illa Callinici apud Suidam mentione, duos Julianos Sophistas fuisse statuit; alterum sub Gallieno, alterum hunc sub Constantino. Poteramus quoque duos Callinicos facere: neque deterreret nos, quod Eunapius posterioris Callinici non meminit; quippe is nec prioris Juliani, et neutrius Callinici, meminit; quamquam aetas Gallieni attingebat spatium temporis quod sibi definierat, qui initium Vitarum duxerit a Plotino. Callinicus a Libanio memoratus Sophista Atheniensis in Oratione De Vita Sua p. 5, C, haud scio an ad Constantini tempora referri possit. De Callinico Fabricius Biblioth. Gr. Vol. IV, p. 412. De eodem et hoc Juliano eorumque aetatibus inter se comparandis, Jonsius De Scriptoribus Hist. Phil. III, 14, 5. Huic Eunapii Juliano Lexicon X Oratorum, a Photio indicatum Codice CL, p. 319, tribuit Fabricius Bibliothecae Graecae Vol. VII, p. 92, nec sine veri specie. Inter Epistolas Libanii a Wolfio editas, reliquae omnes *ad Julianum* inscriptae, pertinent ad Imperatorem, duae ad alios; DCII, ad hunc Sophistam, ut videtur; DCCCLXVIII, ad alium.

P. 68: ἐτυράννει γε τῶν Ἀθηνῶν] Addatur exemplum Apollodori Epicurei, qui κηποτύραννος cogno-

nominatus est, teste Diogene Laertio X, 24, ubi similia annotavit Menagius.

P. 68: *Ἐπάγαθος*] Hoc nomine Medicum recenset ex Galeno, Fabricius Biblioth. Gr. Vol. XIII, p. 149.

P. 69: *οὐδεὶς ἐτόλμα τῶν σοφιστῶν δημοσίᾳ καταβὰς διαλέγεσθαι*] Quid sit *καταβὰς* hoc loco, aliis explicandum relinquo. Athenis *καταβαίνειν εἰς τὸν Πειραιᾶ, ἐπὶ θάλασσαν, ἐκ τῆς ἀκροπόλεως, ἀπὸ τοῦ βήματος*, et similia intelligimus. Hujus Eunapiani loci diversa est ratio: in quo veram scripturam fuisse arbitror *καταστὰς*, *consistens*, *stans*, quod, de publice dicentibus et orationem habentibus, usurpatur, et a nobis explicitum est ad Plutarchi Convivium VII Sapientum p. 148, E. Sic etiam Cicero *stare* ponit de dicentibus: ut monuit Ernestus in Clavi. De declamatione ex privato in publicum auditorium producenda, apposite ad praesens argumentum haec habet Himerius Or. IV, 3, p. 458: de Proconsule Cobronio: *κελεύει μὲν ἡμᾶς τὴν πρόσθεν σιγὴν ἀτιμάσαντας, καὶ τὰς ἐν σκότῳ λόγων καθείρξεις, δημοσιεύειν τε αὐτοὺς καὶ παράγειν εἰς μέσον Ἕλλησι.* XVII, 7, p. 702: *ἐπειδήπερ ἔθος ἐν ταῖς μελέταις κατείληφε πρὸ τῶν ἀγώνων γυμνάζεσθαι, ταῦτα μὲν ἔνδον παρ' ἑαυτοῖς ἀθύρωμεν, τοὺς δὲ ἀγῶνας αὐτοὺς τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ τηρήσωμεν.*

P. 69: *ἐν τοῖς ἰδιωτικοῖς θεάτροις ἀπολαβόντες*

τὰς

τὰς φωνὰς αὐτῶν μειρακία ἐλέγοντο] Olim duo postrema vocabula ita corrigenda putabam, ut legeretur μειρακίοις συνελέγοντο· i. e: *cum adolescentulis congregabantur*: postea melius mihi visum est, quod item Editori, μειρακίοις διελέγοντο. Color animadvertendus est Platonicus ex illustri dictione ductus Gorgiae dialogi p. 296, H: ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ — καταδεδυκότι τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα. In verbo autem ἀπολαμβάνειν est significatio *cohibendi*, *segregandi*, *constringendi*: v. c. apud Plutarchum Symposiacorum V, 5, p. 679, A: καὶ κατὰ δύο γὰρ ἢ τρεῖς ἀπολαμβάνοντες ἐντυγχάνουσι καὶ προσδιαλέγονται· i. e: *duo aut tres se a caeteris segregantes colloquuntur*. Dio Chrysostomus Orat. XIII, p. 227, C: λέγειν ἠξίουν οὐ κατὰ δύο καὶ τρεῖς ἀπολαμβάνων ἐν παλαίστραις καὶ περιπάτοις· — πολλοῖς δὲ ἀθρόοις εἰς ταυτὸ συνιοῦσιν, ὅτι δέονται παιδείας κρείττονος καὶ ἐπιμελεστέρας εἰ μέλλουσιν εὐδαίμονες ἔσεσθαι τῷ ὄντι, ἀλλὰ μὴ δόξῃ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων. Orat. LXXVIII, p. 661, A: ἰδίᾳ ἕκαστον ἀπολαμβάνων καὶ ἀθρόους νουθετῶν. Porphyrius in Sententiis p. 277: ἀπολαμβάνων ἑαυτὸν ἀπ' ἐκείνου. Ibidem: ἀποληφθὲν ἀπὸ τῆς ὕλης. Plutarchus in Paulo Aemilio p. 266, B: τοὺς δὲ ταῖς περιδρομαῖς ἀπολαμβάνοντες· *alios autem circumcurrendo intercipientes*. Sertorio p. 577, D: Πομ-

Πομπήϊος — νομίζων ἐν μέσῳ τῆς πόλεως καὶ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς ἀπειλῆφθαι τὸν Σερτώριον. Alia de dictione ὑπολαμβάνει ἄνεμος ναῦν, *ventus navim intercipit*, ad Platonis Phaedonem p. 4: Annotationis p. 115.

P. 69: οὐ τὸν περὶ ψυχῆς θέοντες, ἀλλὰ τὸν περὶ κρότου καὶ φωνῆς ἀγωνιζόμενοι] Dictionem illustravit Gatakerus De Stilo Novi Instrumenti p. 67, adhibito hoc et alio loco Eunapii supra p. 59 exposito: in hoc autem quoque ἀγωνιζόμενοι corrigens. Caeterum comparatio in hoc loco aliquid habet absurdi; quasi Sophistae in publicis theatris *de vita*, nec item *de plausu et voce*, certarent.

P. 69: καταβαλεῖν — ἐς τὸν λόγον δεῖγμα κ. τ. λ.] i. e: *conjicere in hunc librum exemplum*, dicitur ut Latine *conjicere quid in librum*, i. e. *conscribere*, *scripto quid mandare*. Plutarchus De Defectu Oraculorum p. 422, E: Πλάτων οὐδὲν εἰπὼν εὔλογον οὐδ' εἰκὸς οὕτως κατέβαλε τὸν λόγον· i. e: *Plato, nil dicens probabile nec consentaneum, sic hanc sententiam in chartam conjecit*. Symposiacorum II, 2, p. 646, A: καταβέβληκεν ἐν μέσῳ τὸν λόγον ὁ Ἀμμώνιος· ubi dicitur de *sermone*. Aemilio Paulo p. 255, E: Δημόκριτος — λόγον οὔτ' ἀληθῆ καὶ πρὸς ἀπεράντους ἐκφέροντα δεισιδαιμονίας εἰς φιλοσοφίαν καταβάλλων. Item in forma Verbi Medii Athenaeus VII,

Pi

p. 314, F: *ὥς τινα πραγματείαν βιωφελῆ καταβαλλόμενος*· i. e: *quasi librum utilem hominum vitae conscribens*. Porphyrius De Abstinentia I, 3, p. 6: Κλώδιός τις Νεαπολίτης *πρὸς τοὺς ἀπεχομένους τῶν σαρκῶν βιβλίον κατεβάλετο*. Idem in Philologis apud Eusebium Praeparationis Evangelicae X, p. 465, E: *ὁ Ἀλεξανδρεὺς Φιλόστρατος περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς πραγματείαν κατεβάλετο*. Ipse Eusebius p. 483, B: *τὴν ἀπόδειξιν ἐν οἰκείοις καταβέβληνται συγγράμμασιν*: *demonstrationem propriis scriptis consignarunt*. Et Casaubonus hunc usum attigit ad Theophrasti Characterem VIII, p. 106.

P. 69: *τοῦ Ἰουλιανοῦ — χερσὶ δὲ βαρείαις καὶ Λακωνικαῖς*] Legendum *τῶν Ἰουλιανοῦ*, ut monuit etiam Editor. *Laconicas manus*, ut proverbii vim habens, ex uno hoc loco apponit Meursius in Miscellaneis Laconicis III, 2, p. 205.

P. 69: *κατὰ τὸν ἐμφύλιον ἐκεῖνον πόλεμον* —] In istis Sophistarum factionibus, saepe etiam erant pugnae et conflictus inter diversas scholas. Himerio Orat. IV, 9, p. 470, dicuntur *ἀγέλαι νέων σκιρτῶσαι πρόσθεν ἀτάσθαλα*. Et ejus Oratio XIX inscribitur *εἰς τοὺς ἐν τῇ συμπληγάδι ὄντας καὶ τῆς ἀκροάσεως ἀπολιμπανομένους*· quod Wernsdorfius non male reddit: *in eos, qui cum in conflictu versarentur, auditionem obire intermiserant*: pertinet quoque ad victos vulneratos.

tosque consolandos. Sed operae pretium est instar interpretis Libanium adhibere, qui se istius ferociae et scholasticae quasi militiae gloriam puerum appetivisse, sed Minervae numine liberum immunemque mansisse, praedicat: sic igitur ille in Oratione De Vita Sua p. 8: Ἀκούων ἔγωγε ἐκ παιδὸς, ὦ ἄνδρες, τοὺς τῶν χορῶν ἐν μέσαις ταῖς Ἀθήναις πολέμους, καὶ ῥόπαλά τε καὶ σίδηρον, καὶ λίθους καὶ τραύματα, γραφάς τε ἐπὶ τούτοις καὶ ἀπολογίας, καὶ δίκας ἐπ' ἐλέγχοις, πάντα τε τολμώμενα τοῖς νέοις, ὅπως τὰ πράγματα τοῖς ἡγεμόσιν αἴροιεν, ἀγαθούς τε αὐτοὺς τοῖς κινδύνοις ἡγούμην· δικαίους δὲ οὐχ ἧττον τῶν ὑπὲρ τῶν πατρίδων τιθεμένων τὰ ὅπλα· εὐχόμην τε τοῖς θεοῖς γενέσθαι καὶ ἐμαυτῷ τοιαῦτα ἀριστεῦσαι· καὶ δραμεῖν μὲν εἰς Πειραιᾶ τε καὶ Σούνιον καὶ τοὺς ἄλλους λιμένας νεῶν ἐφ' ἁρπαγῇ τῆς ὁλκάδος ἐκβάντων· δραμεῖν δὲ ὑπὲρ τῆς ἁρπαγῆς αὖθις εἰς Κόρινθον κριθησόμενον· δεῖπνα δὲ δείπνοις συνείροντα, ταχὺ τῶν ὄντων ἀνηλωμένων, εἰς δανείσοντα βλέπειν. Εἰδυῖα τοίνυν ἡ θεὸς εἰς τὸν εὐπρεπῆ μὲ τοῦτον ἐκπεσούμενον ὄλεθρον, ᾧ τοὔνομα μάλα εὔφημον, ὁ τοῦ χοροῦ προστάτης, ὑπὲρ ὅτου μὲν ταῦτα ἡγούμην μοὶ προσήκειν ὑπενεγκεῖν σοφιστοῦ, τούτου μέν με σοφώτατα, ὥσπερ εἴωθε ποιεῖν, ἀπήγαγε· Φέρουσα δὲ ἑτέρου ποιεῖ παρ' ὅνπερ ἔμελλον μόνους εἴσεσθαι (f. οἴεσθαι) τοὺς ὑπὲρ τῶν λόγων μόχθους· — ἦν οὖν ἀτελὴς ἐξόδων καὶ στρατειῶν καὶ ἀγώνων, ἐφ' οἷς ἔρχεται Ἄρης, καὶ

καὶ παρατάξεων· καὶ δὴ καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ μάχῃ πάντων συμπεπτωκότων καὶ ὅσους ὁ χρόνος ἀφίει, μόνος πόῤῥω τοῦ καθήμενος, ὅ, τι ἕκαστος λάβοι κακὸν, ἤκουον· — οὕτως ἅπαντες ἅπαντας ἠξίουν ἐμοῦ παρόντος σωφρονεῖν, τοῦγε οὐδὲ σφαίρας Ἀθήνησιν οὐδεπώποτε ἁψαμένου· τοσοῦτον ἀποσχόντος κώμου τε καὶ κοινωνίας τῶν τε ἐν νυξὶν ἐπὶ τὰς τῶν πενεστέρων ποιουμένων οἰκίας· ἐπεὶ καὶ Σκύλλης κεφαλὰς, ἤ, εἰ βούλει γε, Σειρήνων δεινοτέρας γείτονας, ἑταίρας μελῳδούσας, αἳ πολλοὺς ἐξέδυσαν, μάτην ᾄδουσας ἀπέφηνα. Ἀλλ' ὅθεν ἐξέβην, ἐκείνων τε τῶν κακῶν διὰ τὴν τύχην ἀπελελύμην· ὥστε τὴν Κόρινθον εἶδον, οὐ φεύγων, οὐδὲ διώκων· ἀλλὰ νῦν μὲν ἐφ' ἑορτὴν Λακωνικὴν, τὰς μάστιγας, ἐπειγόμενος· νῦν δὲ εἰς Ἄργος, τὰ παρ' αὐτοῖς μυησόμενος. Raptus ſtudioſorum advenarum novitiorum à veteranis factitatus, inſidiaeque horum navigia in portus vicinos devecta explorantium, ſubinde et ab Eunapio ſub initium Proaereſii, narrantur. *Corinthus* erat metropolis Achajae; ubi Proconſul habitabat et jus dicebat; ut haec etiam Juliani cauſſa Corinthi acta videatur: conferatur Gothofredi Topographia Codicis Theodoſiani Tom. VI. Part. II, p. 116. Tum illud καὶ δὴ κᾆν τῇ μεγάλῃ μάχῃ — ἀφίει, perperam reddit Morellus: *ac certe in magno etiam praelio, cum omnes occubuisſent, et quos tempus patitur:* quod verius reddatur: *tum vero in magna illa pugna, in*

qua omnes pugnarunt, etiam hi quos aetas à militiae necessitate liberat: articulo τῇ significat certam quamdam pugnam; nam quae Reiskius notat loca Libanii Bongiovannianae Collectionis Or. XVII, in Eustathium p. 251, et Epistolae DCXXVII, non de certa quadam pugna, sed universe de his scholasticis Athenarum pugnis dicuntur. Porro, τοσοῦτον ἀποσχόντος — οἰκίας· quod Reiskius mendosum putat, nobis sanum videtur; nisi forte pro καὶ κοινωνίας legendum sit, κοινωνίας καὶ· et sic vertendum: *eo magis abstinui a comessatione et communione aliorum ludibriorum, quae noctu pauperiorum domibus inferri solent.* Lacedaemoniorum ergo festum διαμαστίγωσις adhuc Libanii aetate durabat: et aequalis scriptor Themistius id ut suo etiam tempore celebratum memorat Oratione XXI, p. 250, A. Plura collegit de hoc argumento J. Meursius in Graecia Feriata II, p. 85, seq: tum de Spartanorum Civili statu sub Romanis: De Regno Laced. Cap. XXII, p. 99: et nos de utroque ad Plutarchi Moralia p. 240, B.

P. 69: βαρύς τις εἶναι καὶ φοβερὸς] Qualis in simili argumento Athenis fuisse Proconsul refertur à Libanio in Oratione De Vita Sua p. 10, A: ἦν τις ἄρχων ἀνὴρ τῶν ἐξ Ἰταλίας, φρονήματος πλήρης, οἰόμενός τε μηδὲν ἁμαρτάνεσθαι δεῖν ὑπὸ τῆς

ἐκεῖ

καὶ νεότητος· ἐν δὴ μανίᾳ τῶν νέων πάσῃ μὲν τοὺς ποιμένας, ὡς δὴ κακοὺς ποιμένας.

P. 69: Ἐφκει δὲ, ὥσπερ Ῥωμαῖός τις, οὐκ εἶναι τῶν ἀπαιδεύτων] Sic diſtinguo: i. e. *Videbatur autem, ut aliquis Romanus, non inductus eſſe.* Est autem ὥσπερ hoc loco idem quod ἅτε *quippe:* de quo uſu diximus ad Platonis Phaedonem p. 163.

P. 70: Θεμιστοκλῆς τις Ἀθηναῖος] Qui ſi fuiſſet ex poſteris antiqui illius Themiſtoclis, Eunapius id non ſilentio praetermisſurus fuiſſe videretur. Fuit autem Plutarchi aetate hujus in Ammonii ſchola condiſcipulus, unus ex illa antiqui Themiſtoclis propagine Themiſtocles, ut in Vita illius teſtatur p. 128, E: qui an idem fuerit, qui Stoicus ab eodem in colloquium inductus Sympoſiacorum I, 9, p. 626, ſeq. non definimus. Junior Themiſtocles Stoicus memoratur a Porphyrio in Vita Plotini p. 127. Videatur et Jonſius De Scriptoribus Hiſt. Philoſ. III, 15, 3: et Fabricius Biblioth. Gr. Vol. II, p. 412.

P. 70: εἰς τὴν ἐπωνυμίαν ὕβριζεν] Uſitata hujus dictionis ὑβρίζειν εἰς τινα ſignificatio eſt in *aliquem contumeliam infero, idque conſulto:* quod hic in Themiſtoclem non valet, qui non illud ſibi propoſuerat, ut nomen ſuum contumelia afficeret. Nam quod poſtea evenit et dicitur p. 71: Θεμιστοκλῆς ὀνόματος ἦν ὕβρις, non dicitur active;

ut hic: sed passive; *nominis sui erat opprobrium;* quod se ex hac lite expedire non posset. Ergo ὑβρίζειν hic nude accipiendum pro *contumeliose agere, petulantem esse:* εἰς τὴν ἐπωνυμίαν, pro διὰ τὴν ἐπωνυμίαν, *propter nomen,* qui est unus ex multis illis et variis usibus Praepositionis εἰς cum Accusativo Verbis juncto: quo ex genere supra ad p. 55 exposuimus παραβασιλεύειν εἰς τὸν Καίσαρα. Sed praesentis loci ratio paulum differt, qua εἴς τι de caussa valet, et quasi instrumento, quo quid efficitur. Sic Plutarchus De Esu Carnium p. 999, A: εἰς τὰς ἐφημερίδας φιλοσοφοῦντες· i. e: *per diaria sua philosophantes.* Adversus Colotem p. 1117, A: περὶ Σωκράτους ἀνδρὸς εἰς ἀρετὴν θεολήπτου γενομένου· i. e: *de Socrate, viro, qui divino virtutis amore intensus erat.* Sertorio p. 573, D: γινώσκων εὐάλωτον εἰς δεισιδαιμονίαν εἶναι φύσει τὸ βαρβαρικόν· i. e: *sciens barbaros naturâ facile capi superstitione.* Sic θυμοῦσθαι εἰς κέρας quod Virgilius de Graeco vertit *in cornua irasci,* Georg. III, *Et tentat sese, atque irasci in cornua discit:* Aen. XII, 103: — *irasci in cornua tentat:* i. e: *cornibus, quibus fidit, iram expromere tentat.* Est in Euripidis Bacchis 742: Ταῦροι δ' ὑβρισταὶ, κεἰς κέρας θυμούμενοι. Aelianus Nat. Animal. IV, 35: πολλάκις δὲ καὶ θυμωθεὶς εἰς κέρας, εἶτα ἐμπεσὼν, ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ibidem, 48: ὑπὸ θυμοῦ

τεθηγμένον ταῦρον καὶ ὑβρίζοντα εἰς κέρας, καὶ σὺν ὁρμῇ ἀκατασχέτως φερόμενον, οὐχ ὁ βουκόλος ἐπέχει, οὐ φόβος ἀναστέλλει, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον. II, 20: καὶ εἰς κέρας ὁ ταῦρος τεθύμωται. Itaque haec Eunapii verba satis bene Junium reddidisse putem: *et praesidebat Spartae inordinatae et confusae Themistocles quidam Atheniensis, malorum omnium auctor, qui temerarius atque animi praeceps petulanter cognomine suo ferociebat.*

P. 70: ταυρηδὸν ὑπιδὼν] Hanc dictionem olim attigimus ad locum in Proaeresio p. 83, ubi eam retractabimus.

P. 70: περὶ τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις] Gronovii est haec notula: „Junius ait: fcribo ἐμαυτοῦ." Non opus est. Τέκνα autem discipuli ab Apsine dicuntur, quemadmodum παῖδας eosdem supra appellat Aedesius in Maximo p. 86. Πατέρας autem nuncupatos fuisse Sophistas, docet Cresollius in Theatro Rhetorum I, 9, (p. 69).

P. 70: κόμας ἔχοντες] Poterat quis etiam suspicari, veram scripturam fuisse τὰς κόμας αὐχμῶντες, *capillis squalentes.* Nisi forte κόμας ἔχοντες referendum sit ad morem Romanum a Graecis sub Romana jurisdictione servatum, ut rei capillum gererent sollito magis promissum. De diverso utriusque gentis more constat: et de Graeco notavimus quaedam ad Platonis Phaedonem p. 235: item J. Meursii sententiam, secundum

 dum

dum quam Graeci in luctu comas aluerunt. Est autem non infrequens dictio ἔχειν κόμην, ὑπήνην, *comam*, vel *barbam*, *habere*, pro *comatum* vel *barbatum esse*.

P. 71: ἀλλ' οὐδεὶς ὑμῶν χαιρὶ τῶν ἐσκεμμένων διδασκάλων] Bene caetera vertit Junius, excepto χαιρὶ· quod in veram lectionem γ' ἐρεῖ mutandum; i. e: *nemo ex vobis meditatis magistris dicet*. Sic in simili caussa Proconsul p. 81, ἐρεῖ δὲ μεθ' ὑμᾶς — καὶ Προαιρέσιος.

P. 71: ἀνόματος ἦν ὕβρις· — σὺ μὲν, εἶπεν, Ἀνθύπατε —] Haec misere lacera et interrupta, sic instauranda puto: ὀνόματος ἦν ὕβρις. Ὁ δὲ Ἀνθύπατος ἔφη, Ἀπολογεῖσθαι δὴ πρὸς τὴν προτέραν κατηγορίαν κελευσάτω τὸν δυνάμενον ὁ σοφιστὴς Ἰουλιανός. Καὶ ὁ Ἰουλιανὸς, Σὺ μὲν, εἶπεν, Ἀνθύπατε —. i. e. *Et Themistocles nominis erat opprobrium. Proconsul autem dixit: jam jubeat Sophista Julianus idoneum quemdam è discipulis suis caussam dicere. Et Julianus, Tu quidem, inquit, Proconsul, caet.*

P. 72: καὶ εἴσω τῶν κατηγορουμένων] Acute et probabiliter Corayus: καὶ εἰς ὃν τ. κ.

P. 72: διάτονον] In Musicis dicitur, at de vulgari inclamandi negotio usurpatur διάτορον, quod olim conjeci. Plutarchus Quaestionibus Graecis p. 303, E: Φθεγγομένων μέγα τι καὶ διάτορον. De Fortuna Romanorum p. 325, C: κλαγγῆς διατ-

ορ

τόρου καὶ τραχείας ἐμπεπλήκασι τὸν τόπον. Dio Chryſ. Or. IV, p. 77, A: ὀξὺ καὶ διάτορον βοῶν. Lucianus in Gallo I, T. II. p. 702. διάτορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας. Philopatride 6, T. III, 591: διάτορόν τι καὶ καταπληκτικὸν βοᾷ ἐν τῷ πολέμῳ. Aelianus Nat. Animal. III, 37: Ἐν Σεῤίφῳ βάτραχοι, τὸ παράπαν οὐκ ἂν αὐτῶν ἀκούσαις φθεγγομένων· εἰ δὲ αὐτοὺς κομίσαις ἀλλαχόθι, διάτορόν τι καὶ τραχύτατον ἠχοῦσιν. VI, 62: ἐβόα δὲ καίτοι καθεύδων αὐτὸς, καὶ μάλα γε ὀξείᾳ καὶ διατόρῳ τῇ φωνῇ. VIII, 10: οἱ ἐλέφαντες — βοῶντες διάτορόν τε καὶ ὀξὺ δίκην σάλπιγγος. Variae Hiſtoriae II, 44: — σαλπιγκτὴν παρεστήσατο, καὶ προσέταξεν αὐτῷ τὸ παρορμητικὸν ἐμπνεῦσαι μέλος, διάτορόν τε καὶ γεγωνὸς ὅτι μάλιστα, καὶ οἷον εἰς τὴν μάχην ἐγερτήριον. Alia etiam dedit Stephanus Theſauro L. Gr. T. III, p. 1314.

P. 72: καί που καὶ διαλέξεως μιᾶς διαβολή τις ἐγκατεσπείρετο τῷ προοιμίῳ] Conſtructio laborans juvanda est dirimendis duobus vocabulis in unum confuſis διὰ λέξεως· i. e: *Et alicubi etiam per unam dictionem exordio injecta erat reprehenſio ſignificans temeritatem et abuſum proconſularis imperii, et quod ipſos, ne ſi convicti quidem esſent criminis, eos talia pati et ſubire justum esſet.* Sic mox Eunapius dicit Proconſulem miratum esſe τὸ βάθος τῶν λέξεων, *profunditatem*, quam hoc ſenſu non dicunt Latini, tribuunt Graeci λέξει, dictioni, quae plena est gravitatis et

reconditae sententiae. Plutarchus De Musica, p. 1146, E, de Homeri dicto: *βαθύτερός ἐστι νοῦς ἐγκεκρυμμένος τοῖς ἔπεσι.* Fabio Maximo p. 174, D, de forma hujus orationis: *τὸν δὲ λόγον, (ἤσκει) ὄργανον πειθοῦς πρὸς τὸν δῆμον, εὖ μάλα πρεπόντως τῷ βίῳ κατακεκοσμημένον· οὐ γὰρ ἐπῆν ὡραϊσμὸς, οὐδὲ κενὴ καὶ ἀγοραῖος χάρις, ἀλλὰ νοῦς ἴδιον καὶ περιττὸν ἐν γνωμολογίαις σχῆμα καὶ βάθος ἔχων· ἃς μάλιστα τοῖς Θουκυδίδου προσεοικέναι λέγουσι.* Dionysius Halicarnassensis Arte Rhetorica Cap. XV, p. 106: *ὁ δὲ Αἴας ἁπλούστατος ὢν, βαθύτατος ἐν τοῖς λόγοις πάντων ἐστίν·* quod vulgatus interpres, reddens *maxime figurato sermone utitur*, minus recte cepit. Ὕψος et *βάθος*, quamquam de spatiis nonnumquam promiscue dicuntur, tamen in oratione differunt. Longinus in libro *περὶ ὕψους* non nisi semel *βάθους* meminit Sect. II, in principio: Ἡμῖν *δὲ ἐκεῖνο διαπορητέον ἐν ἀρχῇ εἰ ἔστιν ὕψους τις ἢ βάθους τέχνη·* ubi nonnulli utrumque pro eodem accipiunt. Nobis Longinus et hic ea disjunxisse, et accuratius in proximis discrevisse, videtur, quae per lacunam interciderunt. Conferantur notata ad p. 85.

P. 73: *τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα, τήβενναν αὐτὴν οἱ* Ῥωμαῖοι *καλοῦσιν*] Non errori tribuam Eunapio, quasi dixerit Romanos Latine illam vestem vocare *τήβενναν·* quum hoc voluisse videatur, Romanos Graece eam sic vocare. Cae-

te-

terum omnis toga dicebatur τήβεννος, *toga autem praetexta* magistratuum, τήβεννος περιπόρφυρος, et nude ἡ περιπόρφυρος. Similiter Clodius concionans factioni suae signum acclamandi dedit, narrante Plutarcho in Pompejo p. 645, A: οἱ δὲ ὥσπερ χορὸς εἰς ἀμοιβαῖα συγκεκροτημένος, ἐκείνου τὴν τήβεννον ἀνασείοντος, ἐφ᾽ ἑκάστῳ μέγα βοῶντες ἀπεκρίναντο —. De hoc more concutiendae vestis ad assensum significandum, pauca Cresollius in Theatro Rhetorum III, 20, 227: aliquanto plura J. A. Fabricius ad Dionem Cassium LXI, 20, T. II, p. 1000.

P. 73: ἀπολαβὼν τὸν Θεμιστοκλέα] *Seorsum abducens, segregans.* Explicuimus modo ad p. 69.

P. 73: τῶν ἐν Λακεδαιμονίᾳ μαστίγων ὑπέμνησε.] Immo scribendum Λακεδαίμονι: vulgata parum proba est forma. De Lacedaemoniorum flagellatione modo diximus ad p. 69.

P. 73: μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τοῖς ἑαυτοῦ παραδεδωκὼς ἑταίροις.] Recte sic Editor è scripto codice dedit pro παραδιδωκεν. Alexandri morientis dictum ad proverbii celebritatem evaluit, relatum ab aliis et Plutarcho Apophthegmatum p. 181, F: Ἀποθνήσκων δὲ, πρὸς τοὺς ἑταίρους ἰδὼν ἔφη, Μέγαν ὁρῶ μου τὸν ἐπιτάφιον ἐσόμενον. Diodoro Siculo XVII, 117, T. II, p. 253: — ταύτην τελευταίαν φωνὴν προέμενος, ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐ-

τῷ ἐπιταφίῳ συντρέχουσιν πάντες οἱ πρωτεύοντες τῶν φίλων· ubi et Wesselingius, ut ad Justinum XII, 15, Bernecccrus, animadvertit, hanc Eunapii dictionem inde manasse. Idem dictum referunt Arrianus VII, 26; Curtius X, 5; Justinus l. c.: ut monuimus ad illum Plutarchi locum. Julianus παραδεδωκὼς non intelligendus est, quasi commendasset aut praecepisset discipulis tale quid, sed quod *reliquerit* illis magnum argumentum certaminis in laude ipsius per funebres orationes praedicanda: ut saepe παραδοῦναι successori regnum vel provinciam usurpatur pro καταλείπειν, ἀπολείπειν. Clari autem ejusmodi ἀγῶνες et alii perhibentur, et unus clarissimus ab Artemisia marito Mausolo habitus; de quo Gellius X, 17.

ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΟΣ.

Proaeresii, praeter hanc ab Eunapio scriptam ejus vitam, paucae Veterum mentiones exstant: pro tanta quidem, qua floruit, doctrinae et eloquentiae fama. Suidas nobis singularem de eo locum praebet. Προαιρέσιος, Παγκρατίου, Καππαδόκης, ἀπὸ Καισαρείας, σοφιστὴς μαθητεύσας ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὰ Οὐλπιανῷ· γέγονε δὲ μικρὸν πρὸ Λιβανίου, κατὰ τὰς Ἀθήνας σοφιστεύων, καὶ τιμῶν ἔτυχε τῶν μεγίστων παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος Κωνσταντίνου. Μελέτας ῥητορικάς † Οὗτος ἐστι Ἰου-

λια-

λιανοῦ ἤκμαζε, σύγχρονος Λιβανίῳ τῷ σοφιστῇ· καὶ ὅπως λυποίη τοῦτον Ἰουλιανὸς, τὸν Λιβάνιον μεγάλως ἐθαύμαζε. Priorem locum refert Eudocia in Violeto p. 355, addito omisso verbo: ἔγραψε μελέτας ῥητορικάς. Verbo eum nominat in Voce Ἱμέριος. — Σοφιστὴς τῶν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ βασιλέως· ἀντιπαιδεύσας Προαιρεσίῳ ἐν Ἀθήναις. Cum eodem eum jungit Sozomenus Histor. Eccles. VI, 17, p. 535, D, ut magistros Basilii M. et Gregorii Nazianzeni —· ἄμφω γὰρ νέοι ὄντες Ἱμερίῳ καὶ Προαιρεσίῳ, τοῖς τότε δοκιμωτάτοις Σοφισταῖς ἐν Ἀθήναις, ἐφοίτησαν. Hieronymus in Chronico ad Annum CCCLXIII: *Proaeresius Sophista Atheniensis lege data* (f. *lata*), *ne Christiani liberalium artium doctores essent, et sibi specialiter Julianus concederet ut Christianos doceret, scholam sponte deseruit.* Juliani ad eum Epistola II inter editas perhonorifice et amanter scripta, in qua videtur sperare, ut Proaeresius historiam scribat, in qua τῆς καθόδου τὰς αἰτίας, i. e: caussas expeditionis suae adversus Constantium, referat: tum ita finem imponit: εἰ δ' ἔγνωκας ταῖς μελέταις καὶ τοῖς γυμνάσμασιν εἰς τέλος ἄχρι γήρως προσκαρτερεῖν, οὐδὲν ἴσως μου τὴν σιωπὴν μέμψῃ. Alia ad hanc Epistolam annotata nostra, in aliud tempus reponimus. In ejus obitum Epigramma composuit Gregorius Nazianzenus, quod edidit L. A. Muratorius in Anecdotis Graecis T. IV, p.

p. 1: qui item de Proaeresii rebus quaedam memoravit, ut Fabricius Biblioth. Gr. Vol. IV, p. 486.

P. 73: ἐν τοῖς ἱστορικοῖς κατὰ τὴν ἐξήγησιν ὑπομνήμασι] Videtur hic diversus, certe non omnino idem, esse ac liber de Historia Romana, quem alibi semper τὰ διεξοδικὰ nominat, sed Commentarius, subjectus majori illi operi τοῖς διεξοδικοῖς, comparatus ad interpretationem rerum historicarum. Sic plerumque ὑπομνήματα sunt *Annotationes*. Et Strabonis fuerunt ὑπομνήματα ἱστορικά: ut videtur ad illustrandos singulares historiae locos comparata, quae ipse citat I, p. 13. et XI, p. 515, item Plutarchus in Lucullo p. 511, B. Aristoxeni ἱστορικὰ ὑπομνήματα, apud Diogenem Laertium IX, 40: indeque relata à Mahnio nostro in Diatribe de Aristoxeno. Theophrastus ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι apud Scholiastam Apollonii Rhodii IV, 834. Saepe etiam ὑπομνήματα dicuntur ipsa historiae opera, si nondum ad justam historiae formam composita sunt, sed quasi materiam continent, unde historia componatur; veluti *Caesaris Commentarii: Syllae* apud Plutarchum in Ejus Vita, p. 454, D. 460, D. 461, A. 466, F. 475, A. Lucullo p. 494, D. *Arati* in Cleomene p. 811, F. *Caesaris Augusti*, in Antonio p. 925, A. Quae significatio ab hoc Eunapii loco aliena est; in

quo

quo ὑπομνήματα ἱστορικὰ ab ipſo hiſtoriae opere distinguuntur.

P. 73: καὶ ταῦτά γε εἰ καὶ πάνυ μεγάλα καὶ οὐρανομήκη πρὸς χάριν, εἴ τις διδάσκαλος. ἀλλ' ὅμως πολλῷ τινὶ καὶ μακρῷ τῆς εἰς τὸν συγγραφέα φιλίας ἀφεστήκεσαν αἱ τοσαῦται καὶ ἀδιήγητοι χάριτες.] Locus male affectus et olim à me tentatus: nunc ab Editore ex codice Mediceo, mutando εἰς πάνυ in εἰ καὶ πάνυ, et ἐφεστήκεσαν in ἀφεστήκεσαν, paulo melior redditus, ſed adhuc impeditus et laborans. Videtur autem Eunapius gratiarum duplex ſignificare genus quod Proaereſio debeat, alterum γλώττης καὶ ὁμιλίας, *conſuetudinis et inſtitutionis*, alterum φιλίας: hujus propoſiti et verborum habita ratione, improbans veterem meam interpretationem, ſic ſenſum accipio, quaſi ſcriptum eſſet, — πρὸς χάριν ἐστὶ διδασκάλῳ, ἀλλ' ὅμως π. τ. κ. μ. τ. ε. τ. σ. φ. ἀ. αἱ τ. κ. ἀδ. χ. i. e: *Et nunc mihi tempus est accuratius exponere, et ſcienti firmiter ejus res, et dignato ejus conſuetudine et inſtitutione. Quae quamquam magnum et immenſum quid valent apud discipulum ad gratiam doctori habendam, tamen hic tantus et inenarrabilis meus grati animi affectus multum longeque abest ut Proaereſii erga me amicitiam compenſet.*

P. 74: καὶ περὶ τὴν ἡλικίαν ταύτην — ὑπαργυρίζουσαν] Si talem tunc Eunapius habuit comam

ca-

canitie interspersam, quid hoc ad lectores pertinebat? aut quare id potius hoc, quam alio, loco narravit? Neutrius ratio appatet. Saepe eum superstitiosum et miraculorum consectatorem cognovimus: tam ineptum de se narratorem, non cognovimus. Huc accedit, quod haec potius Proaeresio et huic de eo narrationi conveniunt; et huic tributa, optime cum contextu orationis quadrant. Itaque, mutato ordine, haec ita constituenda puto: *Διέβαλε μὲν γὰρ ὁ ταῦτα συντιθεὶς ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ τὰς Ἀθήνας, τελῶν εἰς ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος. Ὁ δὲ Προαιρέσιος προεληλύθει μὲν ἐπὶ τὸ ἕβδομον ἐπὶ τοῖς ὀγδοήκοντα ἔτεσιν, ὡς αὐτὸς ἔλεγε· καὶ περὶ τὴν ἡλικίαν ταύτην οὔλη τε ἦν αὐτῷ καὶ ἄγαν συνεχὴς κόμη, καὶ διὰ πλῆθος πολιῶν τριχῶν ἀφριζούσῃ θαλάσσῃ προσεμφερὴς καὶ ὑπαργυρίζουσα· ἤκμαζε δὲ οὕτω τὰ εἰς λόγους κ. τ. λ.* Haec certe conjuncta sunt cum admiranda Proeresii pulchritudine, quam Eunapius pluribus persequitur p. 77.

P. 74: *αὐτοκλήτῳ καὶ ἄνευ τινὸς πραγματείας φανέντι θεῷ*] Dicitur etiam Deus ultro adveniens *ἄκλητος*· velut in Oraculo Lacedaemoniis dato apud Thucydidem I, 118, qua Deus ipsis promisit *ξυλλήψεσθαι καὶ παρακαλούμενος καὶ ἄκλητος*: quod late ad imitationem dimanavit. Hanc autem vocem *αὐτόκλητος*, adhibitis etiam his Eunapii verbis, illustravit Wernsdorfius ad Himerium

Eclo-

Eclogae V, §. 13, p. 140. Quibus addatur Plutarchus Sympofiacorum VII, 6, p. 707, E: μὴ γνήσιος ὢν μηδὲ αὐτόκλητος. Ibidem p. 709, E: Φιλίππῳ μὲν γὰρ ἔδοκει τῷ γελωτοποιῷ το αὐτόκλητον ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν γελοιότερον εἶναι τοῦ κεκλημένου· quod pertinet ad Xenophontis Sympofium I, 13, ubi est ἄκλητον. Hierocles apud Stobaeum Florilegii Sermone LXXVII, p. 461, l. 52: οἱ γονεῖς — καὶ φίλοι καὶ παραστάται διηνεκεῖς καὶ αὐτόκλητοι. Sententiae Antonii et Maximi p. 720, l. 32, habent fub Democriti nomine: Τὸν σπουδαῖον φίλον, πρὸς μὲν τὰς εὐφροσύνας κληθέντα δεῖ παρεῖναι, πρὸς δὲ τὰς περιστάσεις αὐτόκλητον δεῖ συμπαρεῖναι. Caeterum eadem haec Eunapii verba Spanhemius De Praeftantia et Ufu Numismatum, Diff. V, p. 388, refert ad *Epiphanis* Dei cognomen.

P. 74: Καίτοι γε ἦν ἔχων εἰς τὸν Πειραιᾶ] Mendofa verba. Editor è fua ipfe conjectura pro ἔχων dedit ἥκων. Mihi verifimilius videtur, veram lectionem fuiffe Κατηνέχθη δ' εἰς τὸν Πειραιᾶ fubaudiendo ex proxime antecedentibus ὁ ταῦτα γράφων· dicitur enim ut κατάγεσθαι, item fubinde καταφέρεσθαι, *navi ad terram appelli, portum fubire:* v. c: Plutarchus in Mario p. 427, A, B: οἱ κύριοι τῆς ὁλκάδος — κατεφέροντο πρὸς τὴν γῆν. Thucydides III, 69: αἱ δὲ τεσσαράκοντα νῆες τῶν

Πε-

Πελοποννήσιων — σποράδες πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν. Polybius III, 22 et 23.

P. 74: συνεισπεπλεύκεσαν. Καὶ περὶ τὴν ὥραν — πρὸς τὴν πόλιν.] Haec Junius partim bene reddidit, partim secus. Equidem sententiam sic interpretor: *Et circa illud noctis tempus, naucleros festinabat in urbem, anteaquam quid in Piraeo solitum in advenas novitios discipulos negotiorum et ludibriorum à veteranis fieret: hi enim, quia navis erat Athenis profecta, ejus reditum exspectabant, et frequentes appulsui navium insidiabantur, cupientes quique scholas, quibus studebant, intercipiendis advenis novitiis discipulis augere: nauclerus igitur in urbem festinabat, caeteris quidem ambulantibus, ego autem per vices à comitibus sustentatus, in urbem illatus sum.*

P. 73: Ἦν τε νυκτὸς τὸ σταθερώτατον — τὰ νυκτερεῖα ἔμελλε.] Sol, ingressus Libram aequinoctio autumnali, a nostra plaga recedit, ad meridiem accedit, nobis noctes longiores reddit. Quid vero sit καὶ τὰ νυκτερεῖα ἔμελλε, sive ad ἥλιος referas, sive ab eo distinguas, non apparet. Multae mutandi rationes se nobis offerunt, quas referre nil attinet; propter id ipsum quod multae sunt, et alia aliam tollit. Equidem retineo vulgatam, eam à proxime antecedenti ἥλιος distinguens sic: νοτιώτερος· ἐνεβεβήκει γὰρ τῷ ζυγῷ· καὶ τὰ

τὰ νυκτερεῖα ἔμελλε· i. e: *nocturna hospitia tardabant:* scilicet, nolebat nauclerus advenas quos advexerat in cauponis nocturnis pernoctare, quia earum caupones cessabant et moras faciebant; igitur, ut vetus hospes Proaeresii, eos continuo in hujus domum deduxit. Vocabulum νυκτερεῖον, adhuc in hoc uno Eunapii loco repertum, per analogiam et vim terminationis probabiliter accipiendum est pro *loco ubi vulgo pernoctatur.* Σταθερὸς autem alias de meridie dictum σταθερὰ μεσημβρία, et copiose illustratum à Ruhnkenio ad Timaei Glossas Platonicas p. 236, eodem judice, Eunapius ad hujus locutionis exemplum de media nocte dixit, nulla veterum auctoritate, sed novandi studio, ductus. Caeterum, quum olim in exemplo primae editionis Timaei complura ad hunc locum annotassem, quae postea in secunda editione maximam partem a Ruhnkenio occupata vidi, nunc reliqua intacta pauca expromere juvat. Basilius M. Epistola ad Virginem Lapsam T. III, p. 16, E: τίς ἀπ' αἰῶνος ἤκουσται, ἐν μέσῃ πόλει, καὶ σταθερᾷ μεσημβρίᾳ εἰκόνι βασιλικῇ χοίρων μορφὰς ἀκαθάρτων ἐπιγράψαι τολμήσας. Epistola CCXCVII, ad Chalcidenses, p. 288, B: Τὸ γράμμα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν τοιοῦτον γέγονεν ἡμῖν ἐν καιρῷ θλίψεως ἐπιφανὲν, ὁποῖον γίνεται πολλάκις ἀγωνισταῖς ἵπποις ἐν μεσημβρίᾳ σταθερᾷ λάβρῳ τῷ ἄσθματι κόνιν σπωμένοις ἐν μέσῳ τῷ στα-

δῶρ, ὕδωρ τοῖς στόμασι προσχυθέν. Philostratus Vita Apollonii II, 16, p. 20: ἐπὶ τὴν διάλεξιν ἀνίστατο λοιπὸν τὴν ἐς πάντας, οὐ πρὸ μεσημβρίας, ἀλλ' ὁπότε μάλιστα ἡ ἡμέρα ἑστήκοι. III, 14, p. 103: ὁπότε ἡ μεσημβρία τοῦ ἡλίου σταίη περὶ αὐτά. Dicitur etiam de similibus rebus: v. c. Dio Chrysostomus Orat. XXXVI, p. 437, ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ μὲν πλέον τέναγος, καὶ γαλήνης ὁρᾶς εὐδίαις, ὥσπερ ἐν λίμνῃ, γίνεται σταθερά· i. e. *est autem ejus maris major pars palus, et in ea sereno tempore, ut in lacu, firma fit tranquillitas:* ita enim illa verba legenda et interpretanda sunt. Plutarchus Dione p. 975, A: φυλάξαντες εὐδίαν σταθερὰν οἱ δημαγωγοί. De *luce* idem De Vultu Lunae p. 934, E, 943, D: de *aëre*, Quaestion. Plat. I, p. 1000, B. De animo Jamblichus Vita Pythagorae §. 220.

P. 75: πλήρωμα διατριβῆς ὅλους σοφιστικῆς] Junius recte, opinor, correxit ὅλης· poterat etiam Eunapius dedisse ὅλον· *soli recentes hi advenae numerum scholae totius sophisticae explebant.* Dicitur autem πλήρωμα plerumque quidem remigum et militum numerus, quo instruitur navis: sed nonnumquam etiam de aliis hominibus, justum alicujus coetus numerum explentibus: v. c. apud Euripidem Jone 664, de convivio: ἀλλὰ τῶν φίλων Πλήρωμ' ἀθροίσας, βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ, Πρόσειπε. — Aristides Orat. Eleusinia, T I, p. 259:

259: μόνην γὰρ ταύτην πανήγυριν ὡς οἴκοι συλλαβὼν εἶχε, καὶ ταυτὸν ἦν τῆς τε πόλεως πλήρωμα καὶ τοῦ Ἐλευσινίου. Oratione De Comoedia non Agenda p. 508: παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ πάντα τὰ τῆς πόλεως πληρώματα, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν τὴν ἀξίαν τοῖς βουλομένοις μεταχειρίζεσθαι δώσομεν. Aristoteles Polit. II, 5: οἱ τεχνῖται πάντες δημόσιοι ἔσονται, καὶ μὴ πλήρωμά τι παρέξονται τῆς πόλεως. III, 8: πλείονες μὲν ἑνός, μὴ μέντοι δυνατοὶ πλήρωμα παρασχέσθαι πόλεως· quem locum de hoc usu adfert Budaeus in Comment. L. Gr. p. 764.

P. 75: οἱ δὲ εἰς πλοῦτον ἦσαν ἁδρότεροι] Hoc me adjectivum nomen in Eunapio non offenderet, nisi codex B afferret ἁβρότεροι, jam a Junio per conjecturam prolatum; et nisi aptius esset, et usitatum scriptori nostro nomen ἁδρός, quo et alibi utitur, et nominatim de divitiis in Maximo p. 82, 11: ἦν μὲν οὖν τῶν εὖ γεγονότων, καὶ πλοῦτος ἁδρότερος ὑπῆν αὐτῷ. Diodorus Siculus XIV, 46, T. I, p. 678: ἁδρὰς ἔχοντες κτήσεις. Aelianus Var. Hist. VIII, 8: μισθοὺς τῶν πρὸ αὐτοῦ ἔλαβεν ἁδροτέρους. Idem in Fragmentis apud Suidam in Voce Ἁδρόν· τινὰς παραλαβὼν ἁδροῦ μισθοῦ, εἰς Βυζάντιον ἐλθεῖν πείθει. Ibidem, ἑκάστου τὴν τέχνην ἐπιδεικνυμένου ἐπὶ μισθοῖς ἁδροῖς. Zosimus studiosus Eunapii sectator frequens est in hoc usu: v. c. IV, 38, 6: ἁδρὸν ἀπῄτουν μισθὸν

I, 20, 2, τοὺς μὲν στρατιώτας ἁδραῖς διαδόσεσι θεραπεύων. II, 44, 7: οἱ στρατιῶται προκατειλημμένοι τε δώροις ἁδροῖς. IV, 6, 4: πληρώσας καὶ ἁδρῶν ὑποσχέσεων ἅπαντας. IV, 26, 8: λόγους ἐνέσπειραν τοῖς ἐν ἑκάστῃ πόλει βαρβάροις, ὡς ὁ βασιλεὺς ἁδραῖς σφόδρα δωρεαῖς αὐτοὺς ἀμείψασθαι βούλοιτο. Sed et de hominibus dicitur: v. c. ab Iſocrate in Panathenaico p. 498, edit. Augeri: προσδοκῶντας, τὴν αὐτὴν λήψεσθαι δόξαν τοῖς ἁδροτέροις αὐτῶν καὶ πολὺ βελτίοσιν εἶναι δοκοῦσι· i. e: *exſpectantes ſe eamdem gloriam adepturos, quam alios ipſis longe potentiores et meliores.* Plutarchus Lycurgo p. 50, E: ἐπιτάσσει δὲ τοῖς μὲν ἁδροῖς ξύλα φέρειν, τοῖς δὲ μικροτέροις λάχανα· i. e: *imperat grandioribus pueris ut ligna adferant, minoribus ut olera.* Himerius Orat. XXVI, p. 826: ἁδρὸς μὲν ἐν λόγοις, ἔργα δὲ καὶ πράξεις ἁδρότερος. Quaedam de hac voce dedit Wetſtenius ad I. Cor. VIII, 10: et nos alias de aliis ejus notionibus exponemus.

P. 75: τὸ δὲ εἶχεν ἀνὰ μέσον] i. e: *mediocres, nec robusti valde, nec divites.* Loquendi formam attigimus ad Plutarchi Conſolationem Ad Apollonium p. 103, D.

P. 75: Ὁ δὲ συγγραφεὺς — βιβλία.] Haec ex ſequentibus perperam huc retracta, et, his omiſſis, reliquam orationis partem ſic continuandam esſe ſuſpicor: τὸ δὲ εἶχεν ἀνὰ μέσον. Εὐθὺς μὲν

οὖν

σὺν χαρμονῇ κ. τ. λ. Sic autem faciendum esse suspicor, non ut repetitio evitetur ejusdem dictionis ὁ δὲ συγγραφεὺς, neque nescius tales repetitiones apud meliores etiam scriptores occurrere: sed quod haec verba hic frigent et sensum interrumpunt: qui restituitur his infra reponendis. Quod autem dicitur, τὰ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων ἐπὶ στόματος εἶχε μόνον βιβλία, attendendum est: dicit per modestiam, *se plurima veterum scripta tantum in ore, pauca in animo, habuisse.* Nam alioquin in laude ponitur: ut de Sosipatra in Vita Aedesii p. 69, l. 12: τά τε τῶν ποιητῶν βιβλία διὰ στόματος εἶχε. de Juliano in Vita Maximi p. 82, l. 27: οὕτω διὰ στόματος εἶχε τὰ βιβλία· et de Prisco p. 114, l. 14: τὰς δόξας ἁπάσας τῶν παλαιῶν συνῃρηκὼς καὶ ἐπὶ στόματος ἔχων. Nonnumquam vero subest reprehensionis significatio: veluti de duobus fratribus Antonii, in Vita Aedesii p. 73, 25: τὸν Εὐστάθιον διὰ στόματος φέρειν· ut in Magno 178, 23: ἐκράτει τῶν ἰατρῶν μέχρι τοῦ στόματος. Saepius autem διὰ στόματός τι ἔχειν, ut *aliquid crebro sermone celebrare:* item passive διὰ στόματος εἶναι vel γίνεσθαι: v. c. in Eunapii Maximo p. 109, l. 9. Plutarchi Consolatione ad Apollonium p. 108, E. Symposiacorum VII, p. 697, C. 703, F. p. 736, E. De Vultu Lunae p. 920, B. De Animae Procreatione 1016, A. Theseo p. 9, A. Flaminino p. 373, D.

Nicia p. 539, At et semel cum ἐπὶ in Fabio Maximo p. 189, C: ἐν δὲ Ῥώμῃ πάντων ἐχόντων Σκιπίωνα ἐπὶ στόματος ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν· ubi forte prius ἐπὶ, pro διὰ, ex posteriore natum est. Et Latinis est mediae significationis, v. c. Cicerone De Finibus II, 23: *At vero illa, quae Peripatetici, quae Stoici, dicunt, semper tibi in ore sunt: — haec cum loqueris, nos barones stupemus: tu videlicet tecum ipse rides —.* Ibidem V, 25: *Quin etiam ipsi voluptarii deverticula quaerunt, et virtutes habent in ore totos dies.* Ad Atticum VI, 3, p. 616: *Tibi autem valde solet in ore esse „Granius autem: Non contemnere se, et reges odisse superbos"; in quo tamen ille mihi risum magis quam stomachum movere solet.* Illis igitur in locis deteriore, alibi meliore, sensu ponitur: accommodate autem ad praesentem Eunapii sententiam est Ad Diversos, V, 16: *Est autem consolatio pervulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atque animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus*, caet.

P. 75: διαδρομαί τινες ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν.] *Discursus* Latinis dicitur in obeundi ministerii et officii sedulitate. Plinius Ep. VIII, 23, 5: *quo discursu, qua vigilantia, hanc ipsam aedilitatem, cui praereptus est, petiit.* Seneca De Brevitate Vitae 3: *Dic, quantum ex isto tempore*

cre-

creditor — quantum cliens abstulerit — quantum officiosa per urbem discursatio. Controversiarum II, 12, initio: *Qualem vidi! ipsa fungebatur officiis, sedulo circa lectum aegrotantis in omnia discurrebat ministeria.* Plutarchus De Discrimine Adulatoris Et Amici p. 63, F: τὸ δὲ τοῦ κόλακος ἔργον οὐδὲν ἔχει δίκαιον, οὐδ' ἀληθινὸν, οὐδ' ἁπλοῦν, οὐδ' ἐλευθέριον, ἀλλ' ἱδρῶτα καὶ διαδρομὴν, καὶ κραυγὴν, καὶ σύντασιν προσώπου, ποιοῦσαν ἔμφασιν καὶ δόκησιν ἐπιπόνου χρείας καὶ κατεσπευσμένης. De Gloria Atheniensium p. 346, D: τῶν δὲ Μαντινέων ἔκπληξις ἦν καὶ ἀλαλαγμὸς, καὶ διαδρομή —. Coriolano p. 227, F: ὁρῶντες ἐν τῇ πόλει διαδρομὰς γυναικῶν, καὶ πρὸς ἱεροῖς ἱκεσίας καὶ δάκρυα πρεσβυτῶν καὶ δεήσεις. Sylla p. 470, E: θορύβου δὲ, οἷον εἰκὸς, ὄντος ἐν τῇ πόλει, καὶ βοῆς γυναικείας, καὶ διαδρομῶν, ὡς ἁλισκομένων κατὰ κράτος —. Agesilao p. 613, C: οὐχ ἧττον δὲ τούτων ἐλύπουν τὸν Ἀγησίλαον οἱ κατὰ τὴν πόλιν θόρυβοι καὶ κραυγαὶ καὶ διαδρομαὶ τῶν πρεσβυτέρων δυσχεραινόντων τὰ γινόμενα, καὶ τῶν γυναικῶν οὐ δυναμένων ἡσυχάζειν —. Bruto p. 992, C, de obitu Caesaris: τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἦσαν ἀλαλαγμοὶ, καὶ διαδρομαὶ τῇ πόλει κατὰ τύχην ἐπιγινόμεναι πλείονα τὸν θόρυβον ἐποίησαν. Othone p. 1067, E: ἡ μὲν οὖν πόλις ὡς αὐτίκα διαρπαγησομένη θόρυβον εἶχε πολὺν, ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις ἦσαν διαδρομαὶ, καὶ τὸν Ὄθωνα δεινὴ κατελάμβανεν ἀπορία.

P. 75: *καὶ ἦσαν εἰς γείτωνων*] In promtu erat corrigere *ἦξαν duxerunt* in Aoristo I; nisi ista forma minus proba esset, nec usu firmata, et a Grammaticis repudiata; Thoma Magistro p. 4, ubi videatur Witterus: Phrynicho in Eclogis p. 124; Valckenario ad Xenophontis Ἀπομν. IV, 2, 8, quos in hacce caussa testes citat eruditissimus vir Augustus Matthiae in Grammatica Graeca §. 221. Itaque corrigam *ἦγον*. Frequentia sunt *ἐκ γειτόνων*, item *ἐν γειτόνων*· non item *εἰς γειτόνων*, *in viciniam*: cujus formae unum exemplum attulit Berglerus ad Alciphronem II, 2, p. 216, ex Lycurgi Oratione p. 150.

P. 75: *καὶ περὶ τὰ λουτρὰ μετὰ πάσης ἐπιδείξεως ἡ τότε νεότης εἰς αὐτοὺς ἐπεδείκνυτο καὶ χλευασίαν καὶ γέλωτα*] Haec erat initiatio novitiorum discipulorum per balneum et alios ritus, quibus jus gestandi pallii et nomen honoremque *Scholastici* adipiscebantur: quam pluribus attingit Libanius in Oratione De Vita Sua p. 7, et Epistola MLXXI: pluribus etiam Olympiodorus in Historia apud Photium Cod. LXXX, p. 189: longiore etiam narratione persequitur Gregorius Nazianzenus Oratione XIX, quae est Funebris in Basilium Magnum, suum quondam Athenis condiscipulum et amicum p. 327 — 330:

P. 75: *Καὶ οἱ μὲν τούτων ποτὲ ἀπηλλάγησαν ἅπαξ λουσάμενοι.*] Haec fere respondent illis Gre-

go-

gorii Nazianzeni l. c. p. 328, B: *καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτοῖς τῆς τελετῆς τὸ τερπνότατον, ἡ ταχίστη τῶν λυπούντων ἀπαλλαγὴ καὶ κατάλυσις.*

P. 75: *ὁ δὲ συγγραφεὺς* —] Horum igitur altero deleto, et supra dictis huc translatis, tota narratio sic bene constabit: — *λουσάμενοι· ὁ δὲ συγγραφεὺς ἐλεεινῶς διακείμενος, τὰ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων ἐπὶ στόματος εἶχε μόνον βιβλία, ἐντείναντος δὲ αὐτῷ τοῦ νοσήματος διεφθείρετο·* i. e: *Ego autem corpore misere affectus, animo etiam rudis, pleraque, quae legeram, Veterum scripta magis in ore quam in animo habens, eorumque perdiscendorum caussa Athenas et Proaeresium expetiveram, nunc neutro conspecto, ingravescente morbo peribam, expetita bona tantum somniasse visus.*

P. 76: *ἀπελυμάνθη*] *Lustrata est*, dicit, grandiori et Homerico vocabulo in rebus sacris usurpato, pro *διεκαθάρθη*, *perpurgata est.* Est in Iliadis A, 313: declaratum ab Eustathio p. 108, et 974, l. 47.

P. 76: *θάψας τὰ προγεγενημένα*] *sepeliens ante commissa peccata*, i. e: *oblivione obruens:* audacior quidem metaphora, hoc tamen loco non invenusta, de medico qui multos ipse aegrotos interfecerat et sepeliverat. Apud Latinos similis reperitur usus, credo, ex Asiatico dicendi genere invectus. Cicero Tusculanarum II, 13: *amit-*

tenda igitur fortitudo est aut sepeliendus dolor. Orat. Pro Lege Manilia II: *quod bellum exspectatione Pompeji attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum.* Propertius III, 13, 9: *Cuncta tuus sepolivit amor.* Alia etiam in Lexicis exstant.

P. 76: *προσέδωκε πάλιν τῆς δυνάμεως τοῦ φαρμάκου*] i. e. *praeterquam quod manens adhuc paulum Athenis, dedit mihi ad confirmandum corpus rursus aliquantum illius medicinae.* Pleonasmus est *τῆς δυνάμεως τοῦ φαρμάκου*; nam alterutrum satis erat; siquidem *δύναμις*, *vis*, item pro *medicina* usurpatur. Sic saepe Plutarchus: v. c. De Audiendis Poetis p. 22, A. De Adulatore et Amico p. 54, E. De Sanitate Tuenda, p. 134, D: *ἐμβάλλοντες ἔξωθεν εἰς τὸ σῶμα κάκτους τινὰς Κνιδίους, καὶ σκαμμωνίαν, καὶ δυνάμεις ἄλλους ἀσυγκρίτους.* Sapientum Convivio p. 157, D: *τῆς δὲ ἀλίμου δυνάμεως κ. τ. λ.* i. e: *remedii adversus famem.* De Virtutibus Mulierum p. 256, B: *διαπειρωμένη πολλῶν δυνάμεων·* i. e: *multas medicinas periclitans.* De Iside Et Osiride p. 384, B. De Pythiae Oraculis p. 408, B: *στάσεις οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ τυραννίδες, οὐδὲ ἄλλα νοσήματα καὶ κακὰ τῆς Ἑλλάδος ὥσπερ πολυφαρμάκων δυνάμεων χρήζοντα καὶ περιττῶν.* De Defectu Orac. p. 436, C. Symposiacorum IV, 1, p. 662, E: 663, C. Quaestionibus Naturalibus p. 918, A.

De

De Primo Frigido p. 949, D. Gryllo p. 990, A. De Animi Procreatione p. 1029, F. Adversus Stoicos p. 1065, B: ἐνίαις τῶν ἰατρικῶν δυνάμεων, ἰὸς ὄφεως, καὶ χολὴ ὑαίνης — ἀναγκαῖόν ἐστιν —. Notavit etiam Foesius Oeconomiae Hippocrat. in Voce Δύναμις. Et apud Celsum saepe dicuntur *vires* hoc sensu.

P. 76: καὶ τότε συνῆλθεν ἀκριβῶς ὁ σωθεὶς τῷ σώσαντι] Non satis sanum videtur συνῆλθεν, pro quo mallim συνήσθη: *et tunc servatus cum servatore integre laetatus est:* ἀκριβῶς. i. e. *ut plene sanitati restitutus, plene cum eo laetitiam percepit.* Sic modo: τῶν ἡδομένων ὅτι σέσωσται.

P. 77: παρ' οἷς ἐπῃνεῖτο χειρῶν ἀλκῆς ἔργον] Mirum nisi haec dictio ex aliquo Veterum decerpta est: quam mihi alibi legisse videor.

P. 77: Ψαίροντες] i. e. *leviter abluentes, mulcentes, palpantes:* est a ψάω *leviter tango.* Videatur Hesychius in Voce, H. Stephanus Thes. L. Gr. T. IV, p. 690, Foesius Oeconomiae Hippocrat. in Voce.

P. 77: ἐν τοῖς κατ' ἐκεῖνον χρόνοις] Junius reddidit in *Annalium historia.* Equidem puto Eunapium hoc ipsum de Vitis Sophistarum opus significasse, in eoque de se quoque scripturum fuisse, quum eum ordo scriptionis ad sua tempora deduxisset. Nam ἐκεῖνον refertur ad συγγραφέα.

P. 77: ὅμως δὲ ὁ συγγραφεὺς — ἀληθείας] Et haec

haec rectius reddenda et interpungenda sunt: *Attamen scriptor profitens, se quod ad hunc* (scil. Proaeresium) *attinet, Dei cujusdam providentia ac beneficio usum esse, tamen propter studium suum erga Proaeresium nil prorsus de viro dicet quod a veritate alienum sit.* Est autem hic εἰς τὸ καθόλου, *prorsus omnino:* ut saepe occurrit, prouti εἰς τὸ πᾶν: ne fortasse quis accipiat, pro *in opere universae historiae.*

P. 77: ὁ Πλάτωνος λόγος, ὡς ἀλήθεια πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς πάντων δὲ ἀνθρώποις ἡγεῖται] Platonis est dictum Leg. V, p. 605, F: ἀλήθεια δὲ πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς, πάντων δὲ ἀνθρώποις ἡγεῖται· quam Veterum multi ex eo celebrarunt, quos annotavi ad Juliani Orat. VI, p. 188, B, Epistolae Criticae p. 15, et in Plutarchi Moralibus p. 49, A.

P. 77: γηραιὸς ἂν ἦν] Horum postremorum malim utrumvis, quam utrumque.

P. 77: Ἀνεστηκέναι γὰρ εἰς ἕνα τὸν πόδα κατεφαίνετο] *In unum pedem?* Nemini non attendenti hoc suspectum accidat. Estque ridiculum, et alienum ab eo loco, qui non nisi magnitudinis declarationem et admirationem fert. Novimus Horatianum de Lucilio dictum Satir. I, 4, 10: *in hora saepe ducentos, Ut magnum, versus dictabat stans pede in uno.* Lepidum est in Laconicis Apophthegma apud Plutarchum p. 233, B:

Κατ'.

Κατ' ἐπιδημίαν τὶς ἐν Σπάρτῃ κρηπιδούμενος ὀρθὸς ἐπὶ θατέρου σκέλους, εἶπε πρὸς Λάκωνα, Οὐκ ἂν οἶμαι σὲ, ὦ Λάκων, τοσοῦτον χρόνον ἐπὶ τοῦ ποδὸς, ὅσον ἐγὼ, στῆναι. Καὶ ὃς ὑπολαβὼν, Οὐ γὰρ, ἔφη, τῶν μέντοι χηνῶν οὐκ ἔστιν ὅστις οὔ. Novimus quoque ſaltationem *ἀσκωλιασμὸν*, et aliunde, et ex Platone Sympoſii p. 322, E: *ἐφ' ἑνὸς πορεύσονται σκέλους ἀσκωλιάζοντες*· quod est *ἐφ' ἑνὸς ποδὸς ἅλλεσθαι* in Timaei Gloſſis p. 51, ubi ſua ſibi copia rem illuſtrat Ruhnkenius. Sed talia omnia abhorrent ab hac de Proaereſio narratione. Quin ipſa ſe veritas certo vestigio prodit, quo ducimur ad *εἰς ἔννατον πόδα*· i. e: *apparebat eum ſurrexiſſe in nonum pedem:* i. e: *longitudinem ſtaturae ejus esſe novem fere pedum*, i. e: *octo pedum et ſupra.* Quod plane convenit cum proximis verbis, *κολοσσὸς ἐδόκει παρὰ τοὺς μεγίστους ὁρώμενος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων*. i. e: *colosſus videbatur, ſi ſpectabatur juxta longisſimos ſuae aetatis homines.* Atqui longisſimi fere hodie homines ſeptem pedibus aut paulo amplius cenſentur. Conferatur ipſe de Proaereſio p. 157, 9. Accommodate ad hoc argumentum Columella III, 8, 2: *Germaniam decoravit* (natura) *altisſimorum hominum exercitibus: ſed et alias gentes non in totum fraudavit praecipuae ſtaturae viris. Nam et M. Tullius Cicero testis est Romanum fuiſſe civem, Naevium Pollio-*

tionem, pede longiorem quam quemquam longissimum. Et nuper ipsi videre potuimus in apparatu pompae Circensium ludorum Judaeae gentis hominem proceriorem longissimo Germano. Addatur Plinius H. N. VI, 16. De Maximino Capitolinus cap. VI: *Erat praeterea, ut refert Cordus, magnitudine tantâ, ut octo pedes digito videretur egressus:* ubi videatur Salmasius. Hinc Jornandes De Rebus Geticis Cap. XV: *erat enim ut fertur, statura ejus procera ultra octo pedes.* Indefinite Herodianus VII, 2, fin: *μέγιστος τὸ σῶμα, ὡς μὴ ῥᾳδίως αὐτῷ τινὰ μήτε Ἑλλήνων τῶν σωμασκούντων, μήτε βαρβάρων τῶν μαχιμωτάτων ἐξισοῦσθαι.* Item Suetonius de Tiberio Cap. 68: *Corpore fuit amplo atque robusto, staturâ quae justam excederet:* ubi et alia hujus generis annotavit, et, quod nunc demum video, hunc Eunapii locum attulit, nostramque in eo emendationem *ἔννατον* occupavit, summus vir If. Casaubonus. Porro *ἀναφαίνεσθαι* plus est quam *φαίνεσθαι*, nec valet tantum *videri*, i. e: *ejusmodi speciem habere, aut objicere, quae etiam falsa esse posset*, sed ad veritatem refertur, et significat *reperiri, deprehendi, cognosci*; unde est *καταφανής, manifestus, apertus, de quo non dubitari potest.* Xenophon Institutione Cyri VIII, p. 237, B: *ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ τότε δήπου θειοτάτη καταφαίνεται:* bene Leunclavius, *homi-*

nis

vis animus divinitatem suam declarat: mox p. 238, B, ἐκλιπεῖν μοι φαίνεται ἡ ψυχή· *videtur me deficere animus.* Oeconomico p. 835, D: οὐδὲ τοιαύτη σου ἡ ἕξις τοῦ σώματος καταφαίνεται· *et apparet* (i. e. *manifestum est*) *non talem esse corporis tui habitum.* Lucianus Necyomantiae §. 10, T. I, p. 470: κατεφαίνετο γὰρ ἤδη τὰ πλεῖστα, καὶ ἡ λίμνη, καὶ ὁ Πυριφλεγέθων· i. e: *conspiciebantur enim jam omnia, et lacus et Pyriphlegethon* —. Plutarchus De Auditione p. 40, C: τοιαῦτα μᾶλλον ἀκροωμένοις ἐφ' ἑτέρων, ἢ λέγουσιν ἐφ' ἑαυτῶν, καταφαίνεται· i. e: *talia magis audientes in aliis dicentibus, quam dicentes in se ipsis, animadvertunt.* Symposiacorum V, 7, p. 682, A: ἔστι γὰρ ὅ, τι τοῦ λόγου καταφαίνεται κίβδηλον· *apparet enim aliquid falsum in oratione.* Reip. Ger. Praeceptis p. 802, E: οἱ μουσικοὶ ἀξιοῦσι τὴν θίξιν τῶν χορδῶν ἠθικὴν καταφαίνεσθαι· i. e: *Musici praecipiunt ita pulsare chordas ut mores exprimantur.* Lucullo p. 509, D: ἄθρους κατεφάνη· *cum toto exercitu conspiciebatur.* Eunapius in Aedesio p. 61, 19, edit. Commelin. τὸ κάλλος ἑτεροῖον αὐτῷ κατεφαίνετο· *apparebat ei pulcritudo longe alia.* Eadem vis verbi exstat, nec tamen notatur, in duobus illis exemplis, quae sunt à Stephano allata in Thesauro L. Gr. T. IV, p. 31, B: et similem inesse in Latino verbo *videri* aliis exemplis ad lo-

locum è Capitolino modo a nobis allatum docet idem virorum summus If. Casaubonus. Nonnumquam tamen etiam in errore ponitur, sed ita ut ironia subsit: v. c. apud Demosthenem De Falsa Legatione p. 203, C: *οἱ δὲ ἀντιλέγοντες, ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία κατεφαίνετο*. i. e: *qui contra dicebant, habebantur pro temeraria et invida turba.*

P. 78: *πρὸς τὸν Οὐλπιανὸν κρατοῦντα τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ λόγοις ὡσθείς.*] Ambiguum, *ἐπὶ λόγοις* ad antecedentia an sequentia retulerit Eunapius, utrum dixerit, *ad Ulpianum, qui Antiocheae principatum eloquentiae tenebat, profectus est:* an vero, *ad Ulpianum, qui Antiocheam tenebat, eloquentiae discendae caussa, profectus est.* Sic *ἐπὶ* cum Dativo in utramque notionem usurpatur. Aristides Orat. Sacra IV, T. I, p. 336: *ἐπὶ τοῖς λόγοις ὁ πρεσβύτερος γίνεται τοῖς ἐμοῖς δή*· *studet senior meis orationibus.* Orat. Platonica T. II, p. 228: *συγγενέσθαι Πλάτωνι μίαν μόνην ἡμέραν ἐπὶ τοῖς λόγοις τούτοις*· *cum Platoni propter has orationes unum solum diem disseruisse.* Plutarchus in Pompejo p. 660, C: in Ptolemaei pueri tutoribus numerat *Θεόδοτον τὸν Χῖον ἐπὶ μισθῷ ῥητορικῶν λόγων διδάσκαλον ἀνειλημμένον.* Idem de eodem in Bruto p. 999, C: *Θεόδοτος δέ τις Χῖος ἐπὶ μισθῷ ῥητορικῶν λόγων διδάσκαλος.* Cicerone p. 887, E: *χρηματίσασθαι ἐπὶ τῷ λόγῳ.*

Pe-

Pericle p. 165, C: δόξαν εἶχε τὸ γύναιον (ἡ Ἀσπασία) ἐπὶ ῥητορικῇ πολλοῖς Ἀθηναίοις ὁμιλεῖν. Himerius Or. XII, 2, p. 582: Φοιτᾶν τινὶ ἐπὶ τέχνῃ. Participium porro ὠσθεὶς est *ruens*, cùm *impetu profectus*: de qua, ut aliis, significationibus Passivi et Medii ὠθεῖσθαι exposuimus ad Plutarchum De Auditione p. 47, F. Ulpianus Sophista Antiochenus temporibus Constantini memoratur à Suida in Οὐλπιανὸς Ἀντιοχεὺς — et Euagrio I, 20, p. 277, C, ad quem videatur Valesius p. 64: quem diversum esse ab eo Ulpiano, cujus nomine exstant Commentarii in Demosthenem, facile assentior Chapmanno, id in Animadversionibus ad illos Ulpiani Commentarios contendenti.

P. 79: παραγγέλλουσι.] Verbum in rebus Romanis frequens de munerum petitione: ut annotavimus ad Plutarchi Quaestiones Rom. p. 276, C.

P. 79: Χειροτονοῦνται δὲ δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι — ἀκούοντας.] De hac, sub Romano Imperio, electione ac δοκιμασίᾳ, i. e: *probatione*, quod nunc vulgo *examen* dicunt, novorum Doctorum, multa ad hunc Eunapii locum accommodate tradunt Gothofredus et Ritterus ad Codicis Theodosiani, Libri XIII, Tit. III, De Medicis et Professoribus p. 37—47: Cresollius in Theatro Rhetorum IV, 1, p. 376, et sequ. Qui-

bus adſpergi posſunt, aliquid item adferentes, Olearius ad Philoſtratum De Vitis Sophiſtarum II, 2, p. 566 et 567: Gesnerus et Solanus ad Luciani Eunuchum §. 3, T. II, 352.

P. 79: Ἐπιφάνιος — Διόφαντος — Σώπολις — Παρνάσιος] His ſingulis, finitâ Proaereſii Vita, deinceps brevem cuique locum dat Eunapius.

P. 79: *καὶ Σώπολις ἐκ τῆς παραβύστου καὶ παρημελημένης εἰς τὸν ἀριθμὸν ἐνδείας, καὶ Παρνάσιός τις ἐκ τῆς εὐτελεστέρας.*] Haec non ſatis perſpicua primo juvanda ſunt, ut duo hi postremi, ut obſcuriores, a quatuor prioribus, ut celebrioribus, distinguantur: — *καὶ Διόφαντος· καὶ Σώπολις δὲ ἐκ τῆς π.* Tum *ἐνδεία* intelligatur *clasſis tenuis et inops ad laudem doctrinae, quae clasſis proterea negligitur ad numerum*, i. e: *neglecta nullo in numero habetur, nec niſi ad explendum numerum adhibetur, eique παραβύεται, infercitur.* Quid *παράβυστος* apud Atticos fuerit, docet Harpocration in Voce, ubi videatur Mausſacus et Valeſius: attigerunt dictionem etiam Palmerius ad Demosthenem adverſ. Timocrat. Ed. Reisk. T. IX, p. 774: Hemſterhuſius ad Luciani Necyomantiam T. I, p. 480; et Ruhnkenius ad Longinum p. 142, hanc *inferciendi* notionem in primis animadvertens. Quibus addantur alii loci: v. c. Plutarchi Sympoſiacorum I, 2, p. 617, E: *ὁ Λαμπρίας ἐκ παραβύστου καθήμενος*· i. e: *Lam-*

Lamprias, *qui in convivii aliquo loco infertius sedebat*; nam caeteri accumbebant: ille inter reliquos convivas locum accumbendi non invenerat. Timothei Comici apud Athenaeum, VI, p. 243, D: Πειρώμεθ' ἀποδύντ' ἐς τὸ δεῖπνον ἀπιέναι. Εἰς ἑπτάκλινον δ' ἐστὶν, ὡς ἔφραζέ μοι, Ἂν μὴ παράβυστός που γένηται Χαιρεφῶν· sic correximus in primo versu id quod vulgo legitur ἀποδόντες δεῖπνον ἀπ. ultimo ἂν pro ἐὰν· i. e: *licet enim in heptaclino accumbere, ut narravit: nisi alicubi inferciatur, ut Chaerephon.* Clearchus apud eumdem eodem libro p. 257, A: καλεῖται δὲ οὗτος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων παράβυστος, διὰ τὸ καὶ τῶν μὴ παραδεχομένων ὅμως τεχνικώτατα κολακεύων παρεμπίπτειν εἰς τὰς ὁμιλίας. Basilius M. Epistola LXXIX, p. 140, E: ἀλλ' οὐδὲ μάρτυς εὑρέθη ὁ λέγων παρ' ἡμῶν ἀκηκοέναι τι τῶν ἀσεβῶν ἐν παραβύστῳ φθεγξαμένων. Verbum παραμελεῖν in Activa et Passiva forma, tum vero in hac Participii Praeteriti Perfecti Passivi, bonis scriptoribus usurpatum reperitur. Sic Euripides apud Stobaeum Florilegii Titulo LXXI, p. 439: Τί δῆτα μόχθων δεῖ γυναικεῖον γάμον Φρονοῦντας; αἱ γὰρ εὖ τεθραμμέναι πλέον σφάλλουσιν οἴκους τῶν παρημελημένων. Plutarchus De Malignitate Herodoti p. 862, A: ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐδὲ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ φαῦλος εἴρηκεν. Caesare p. 726, B: καταβάλλων ἑαυτὸν ὥς τινα τῶν παρημελημένων, ἡσύχαζεν. Ibi-

dem p. 732, C: εὐκαταφρόνητος καὶ παρημελημένος. Catone Minore p. 777, C: λαβεῖν παρημελημένην ξενίαν. Arato p. 1038, E: σκεύη τινὰ παρημελημένα. Lucianus De Amoribus §. 50, T. II, p. 453. Porro duas habet significationes ἀριθμὸς, bonam et malam; ut vel in laude vel in vituperio ponatur. Illa est in dictione ἐν ἀριθμῷ εἶναι, et respondet Latino *in aliquo numero esse.* Item cernitur in Homerico Il. B, 202, ἐναρίθμιος: in Oraculo Delphico Megarensibus dato, apud Scholiastam Theocriti Idyll. XIV, 48: Ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Proverbii instar ponit Philo Judaeus De Praemiis et Poenis, p. 927, D: ὁ μὲν γὰρ ἀμαθὴς καὶ ἄνομος οὔτ' ἐν λόγῳ, φησὶν, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ· τῷ δὲ παιδείας καὶ νόμων ἱερῶν μεταποιουμένῳ πρώτη χάρις ἐστὶν ἐλλογίμῳ φανέντι μεταλαχεῖν ἀριθμοῦ καὶ τάξεως· ubi Proverbium attingit Mangeius. Ex eodem genere est, Criticorum illud ἐγκρίνειν εἰς ἀριθμὸν, recensendis probatis scriptoribus adhibitum: de quo Ruhnkenius in Historia Critica Oratorum Graecorum p. XCVI, XCVII. Sed deteriore notione est apud Euripidem Troadibus 476: Οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν. Aristophanem Nubibus, 1205, ubi alia notat Berglerus. Aristidem in Panathenaico p. 117: τὰς μὲν ἄλλας πόλεις τῆς Ἀθηναίων δεομένας αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν

τὸν ἀριθμὸν πληροῦντας τῇ Ἑλλάδι κ. τ. λ. Tale est etiam Horatianum Epistolarum I, 2, 28: *Nos numerus sumus, et fruges consumere nati:* illustratum a Lambino.

P. 79: οἱ μὲν εὐτελέστεροι — παρῄεσαν] i. e: *Tenuiores, Sopolis et Parnasius nomine tenus tantummodo Sophistae erant, eorumque regnum terminabatur parietibus auditorii domestici et suggesti in quod prodierant.* Primum advertenda est Ellipsis Adverbii μόνον, quod subaudiendum ad ὄνομα, cui saepe πρᾶγμα aut ἔργον additur, hic è sequentibus intelligendum. Deinde σανίδας interpretandum vel *janua* ex Polluce I, 76, X, 24, Hesychio in Voce: vel *parietes* ex communi significatione *asseris, tabulae ligneae;* ut sententia sit, *intra parietes*, ut apud Ciceronem in Bruto 8: *Isocrates — forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam.* Tum παρῄεσαν est a παριέναι *ad publice dicendum in tribunal,* βῆμα, *prodire:* v. c. apud Demosthenem De Corona p. 337, C: ἠρώτα μὲν ὁ κήρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; παρῄει δ' οὐδείς· — εἰ μὲν τοὺς σωθῆναι τὴν πόλιν βουλομένους παρελθεῖν ἔδει, πάντες ἂν ὑμεῖς καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι ἀναστάντες ἐπὶ τὸ βῆμα ἐβαδίζετε. Plutarchus Praeceptis Reip. Gerendae p. 804, E. 817, D. Vita Dinarchi in X Orator. p. 850, C: παριὼν εἰς τὸν δῆμον. Dio Chrysostomus Or. XXXIV, p. 413, C.

P. 79: ἑῴα] Orientalis regio, dicitur his proprie, quae Athenienſibus ortui aequinoctiali Solis proxima videbatur, veluti Meſopotamia et Syria; Arabia ad ortum auſtralem, Pontus et vicinae terrae ad ortum ſeptentrionalem, cenſebantur. Alioquin Orbis Romanus Orientalis et Occidentalis, nominibus linguarum in iis dominantium inſigniebantur, ut ille *Graecus Orbis*, hic *Latinus* diceretur. At hoc loco unius Graeci Orbis ratio habetur. Ipſius autem Orbis Orientalis pars erat *Provincia Orientis*: de qua mentio fit in Notitia Imperii Utriusque, Sect. I et II, ubi vid. Pancirollus Cap. CIV, p. 167: notat quoque Gothofredus in Topographia Codicis Theodoſiani T. VI, Part. II, p. 107.

P. 79: διὰ τῆς καλουμένης νῦν Ἀσίας — ἀφορίζεται] i. e: *quaecumque ultra Lydiam, per eam, quae nunc dicitur, Aſiam, ad Cariam et Lyciam pertingentia, apud Pamphyliam et Taurum terminantur.* Significat autem Aſiam Proconſularem, de qua diximus ad ſimilem locum Eunapii in Maximo p. *60*.

P. 80: καὶ κλῆρος] Recte Editor καὶ delendum cenſet; ſenſus est: *et tota Aegyptus Proaereſii regni eloquentiae portio erat.*

P. 80: Ταύτῃ δὲ ὡς ἐπὶ πλέον εἴρηται· — τροφῆλέ.] Veteris meae conjecturae ab Editore memoratae maximam partem ipſe dudum repudiavi,

ani-

animadvertens aliam huic loco sententiam subesse hanc: *Hoc autem ut de majore parte mihi dictum accipi volo; nam accurate id definire, et quasi ad vivum resecare, non poteram; quasdam enim exceptiones haec populorum distributio habuit in paucis quibusdam adolescentibus, aut ad alium magistrum transeuntibus, aut ab initio deceptis et ad alios magistros delatis.* Graeca igitur sic informem: Ταῦτα δὲ ὡς ἐπὶ πλέον εἴρηται· ἐπεὶ τό γε ἀκριβῶς [αὐτὰ διορίσασθαι ἀδύνατον ἦν] καὶ διαφορὰς ἔσχε τὰ ἔθνη ἐν ὀλίγοις τισὶ μειρακίοις, διὰ μετανάστασιν παρ' ἑτέρους, ἢ εἴ πού τις καὶ κατ' ἀρχὰς ἀπατηθεὶς ἑτέρῳ προσῆλθε. Verborum interjectorum, non quidem scripturam, sed tamen sensum, praestare audeo. Nunc dictionum Graecarum reliquarum ratio reddenda est. Ac primo ὡς ἐπὶ πλέον, quamquam saepe est *pluribus*, *fusius*, *copiosius*, non minus usitatur pro *saepius*, *plerumque*, *majore parte*, quod exceptionem habet, quamquam generatim et universe dicitur: prouti etiam dicitur ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ὡς ἐπὶ πολύ. Plutarchus Symposiacon, II, 6, p. 641, A. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἄτεκνοι. V, 2, p. 675, C: ὁ δὲ γυμνικὸς (ἀγὼν) ἀπ' ἀρχῆς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὕτως καθέστη. Vit. X Oratorum, p. 850, C: Δείναρχος — φίλος δὲ Κασάνδρῳ γενόμενος ὡς ἐπὶ πλεῖστον ηὐπόρησε. Diogenianus apud Eusebium Praeparationis Evangelicae IV, p. 138, A: τὸ μὴ πάντοτε, μηδ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, id

quod non ſemper, nec ut plurimum, fit. Teles apud Stobaeum Florilegio, XCIII, p. 515: ἢ οὐχ ὁρᾷς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ πτωχότατοι φιλοσοφοῦσιν; Sic Latinum *ut plurimum* apud Ciceronem Leg. II, 14, et alios. Quo ſenſu eſt illud ejusdem Ciceronis Tusculana V, 8: *ſcripſit etiam Antiochus locis pluribus, virtutem ipſam per ſe beatam vitam efficere, neque tamen beatisſimam: deinde ex majore parte pleraſque res nominari, etiam ſi qua pars abesſet, ut vitam, ut valitudinem, ut divitias, ut honorem, ut gloriam, quae genere, non numero, cernerentur: item beatam vitam, etiam ſi ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo majore parte obtinere nomen ſuum. — Quod ex majore parte unamquamque rem appellare ſpectarique dicunt, est ubi id isto modo valeat.* Deinde huic ita dicto *ex majore parte, ut plurimum*, opponitur id quod ἀκριβῶς dicitur: v. c. apud Platonem Reipubl. I, p. 415, C: τῷ ῥήματι οὕτως λέγομεν — disjungitur a κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον. Sic mox E: λέγεις τὸν ἄρχοντά τε καὶ τὸν κρείττονα· τὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ τὸν ἀκριβεῖ λόγῳ; — Leg. II, p. 577, D: οὐχ ὡς ἔπος εἰπεῖν μυρίοστὸν, ἀλλ' ὄντως. Priorem locum ſpectat Ariſtides Orat. Platonica I, T. II, p. 59: οὐκ ἀκριβεῖ τῷ λόγῳ χρώμεθα. Denique διαφορᾷ, ut hic antea à nobis emendatum, et nunc ex libro ſcripto reſtitutum eſt pro vitioſo διαφθορᾷ,

fac

saepe quidem *dissensionem*, saepe etiam *diversitatem*, *discrimen*, *secessionem à regulâ*, significat, quae notio in hunc locum optime convenit.

P. 80: *τὸν ἄνδρα ἐξόριστον τῶν Ἀθηνῶν εἰργάσαντο*] Hic rarior est usus verbi *ἐργάζεσθαι*, pro *ποιεῖν*, *ἀποδεικνῦναι*, *facere;* haec enim est sententia, *fecerunt eum exulem Athenis*, seu *fecerunt ut Athenis in exilium expelleretur*. Sic tamen aliquando probati elegantiae studio scriptores dixerunt. Dio Chrysostomus Or. III, p. 39, C: *τὴν ἀρετὴν ἄπιστον ἐργαζόμενοι*· i. e: *facientes ut virtuti non credatur*. Herodianus VIII, 4, 3: — *ἡ τοῦ ἔτους ὥρα παμμεγέθη τὸν χειμάῤῥουν εἰργάζετο*. Plutarchus in Fabio Maximo p. 176, B: *οὐ δεισιδαιμονίαν ἐργαζόμενος* — *non superstitionem eorum animis ingenerans*. Comparatione Cimonis et Luculli p. 522, A: *εὐπείθειαν ἐργάσασθαι δι' εὐνοίας*· *obtemperantes reddere per benevolentiam*. Catone Minore p. 763, D: *τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἐργασάμενος τοῖς ἀνδράσιν*. Quibus in locis fere idem valet quod *ἐνεργάζεσθαι*. Himerius aliquoties apposite ad hunc locum, Or. II, 11, p. 386: *αὐτοὺς δὲ — βασιλέας ἀντὶ φυγάδων Πελοποννήσου πάσης εἰργάσαντο*· i. e: *ipsos autem ex exulibus reges totius Peloponnesi fecerunt*. Ibidem, 29, p. 416. III, 8, 440: *καὶ τοὺς ποιμένας αἱ Μοῦσαι ποιητὰς ἐργάζονται*· i. e: *et pastores Musas*

reddunt poëtas. VI, 4, p. 502. VII, 9, p. 526. Addatur Bastius Epistolae Crit. p. 131. verba Aeliani Nat. An. XV, 25. in hanc rem adferens.

P. 80: δεκάσαντες τὸν ἀνθύπατον] *corrumpentes largitione Proconsulem.* Verbi vim notavimus ad Plutarchum De Capienda Ex Inimicis Utilitate p. 92, D.

P. 80: Ὁ δὲ πρὸς τῇ φυγῇ μετὰ πενίας ἰσχυρᾶς, ὥσπερ ὁ Πεισίστρατος ἐκπεσὼν, κατῆλθε τὸ δεύτερον.] Ad verbum, *Ille autem praeter exilium vehementi cum paupertate expulsus, rediit bis:* ad sententiam, *Ille vero expulsus, cum exilio vehementi paupertate tolerata, iterum rediit.* Constat Pisistratum, bis Athenis expulsum, bis rediisse: cujus rei auctoritas cognoscatur ex iis, quae collegit Meursius in Pisistrato Cap. IV, hunc etiam Eunapii locum adferens: et quae disseruit Corsinus in Fastis Atticis, Vol. III, p. 96—118. Eum autem in exilio *vehementem paupertatem* tulisse, quod Eunapius ait, ex iis, quae nunc exstant, monumentis non diserte colligitur: et si quis huc trahat Herodoti narrationem, qui perhibet, ejus expulsi bona ab Atheniensibus publicata esse, VI, 121, non satis firmo *vehementis* quidem *paupertatis* documento utatur. Editor, pro vulgato πρὸς τὴν φυγὴν, è suâ ipse correctione dedit πρὸς τῇ φυγῇ: et sane

Da-

Dativus hoc sensu multo magis est frequentatus quam Accusativus, ut ostendimus ad Plutarchum in Consolatione Apollonii p. 114, B: neque tamen Accusativum simpliciter repudiem.

P. 80: *ὁ Ὁμηρικὸς Ἑρμῆς*] Iliadis Ω. Proxime legam *καὶ ἐν τοῖς πολεμίοις παραπέμπων* ꝑ. Πρ.

P. 80: *μεταπεσόντος ὀστράκου*] Proverbium à Platone adhibitum in Phaedro p. 342, E, indeque relatum à Scholiaste edito p. 59, ad quem Ruhnkenius in Adversariis haec notavit: „ Galen. „ T. III, p. 20: Scholiastes Hermogenis p. 169: „ Eunapius p. 141: Libanius Epistola 423: Dio„ genianus p. 58: Apostolius p. 177: Olympio„ dorus in Gorgiam p. . . Hermias MSS. p. „ 107. Marinus p. 36. Lucianus T. I, p. 705. „ Dio p. 77, 175." Addatur Meursius De Ludis Graeciae p. 48.

P. 80: *κατῆγει τὸ δεύτερον εἰς τὰς Ἀθήνας*] Modo dixerat *κατῆλθε τὸ δεύτερον*, nec ibi aliquid offensionis habebat, quia dicebatur de duplici deinceps è duobus exiliis reditu: hic autem agitur de reditu ex priori exilio, de quo *τὸ δεύτερον* *iterum*, *secunda vice*, dici nequit; siquidem *κατιέναι*, *κατέρχεσθαι*, usurpatur de *exulis reditu in patriam*, nec de primo Proaeresii Athenas adventu accipi potest. Et mox de secunda conspiratione inimicorum dicitur *τὸ δεύτερον αὖθις ἐπιχ-*

θεν

ὄντες. Itaque hoc loco, ut è proximis temere repetitum deleam.

P. 81: ὁ Λυδὸς παρὼν Τουσκιανὸς —] Hujus meminit Eunapius in Juliano p. 121, 126. Suidas in Voce Τουσκιανός· ῥήτωρ δεινότατος, et in Ἀκάκιος· — ὃς ἐπεκάλει τὸν Ἰουλιανὸν, καὶ διεμέμφετο τὰς κρίσεις αὐτοῦ σὺν τῷ Τουσκιανῷ τῷ ἐκ Φρυγίας καὶ αὐτῷ ῥήτορι ὄντι δεινῷ.

P. 81: ὃς Προαιρέσιος ἂν ἦν, εἰ μὴ Προαιρέσιος ἦν] Bene reddit Junius: *qui Proaeresius esse poterat, nisi Proaeresius exstitisset.* Expressum ex simili forma atque illud Alexandri de Diogene, apud Plutarchum De Virtute et Fortuna Alexandri p. 332, A: εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην· et apud eumdem De Exilio p. 605, D.

P. 81: διαλεχθέντες, — ἀπηλλάγησαν.] Priorem vocem, pro vulgata eaque vitiosa voce ἀνεχθέντες, Editor ex conjectura sua, nec illa improbabili, posuit. At quandoquidem Mediceus codex, notante Gronovio, exhibet ἐνεχθέντες, potest vel hoc retineri, ea notione, *unusquisque, prouti poterat, se gerantes:* vel προσενεχθέντες, ut πρὸς ab antecedente ἕκαστος absorptum putetur, et subaudiatur τῷ προβλήματι, hoc sensu, *unusquisque, prouti poterat, propositum argumentum tractantes.* Et προσφέρεσθαί τινι hoc usu frequens, nec φέρεσθαι infrequens; v. c. in Plato-

ne Leg. IX, p. 653, D: σχεδόν τι μὲ ὥσπερ φερόμενον ἀντικρούσας ἀνήγειρας· i. e: *propemodum me disserendo quasi currentem offendens retinuisti.* Eunapius mox de Proaeresio p. 146, 12: ὁ ἀνὴρ ὑπὲρ πάντα ἐφέρετο λόγον. Illud autem ἐκ παρακλήσεως καὶ παρασκευῆς τῶν κρότων συντελουμένων, cum toto loco perperam reddidit Junius: *ad quae cum singuli pro suo captu, ut evocati aut instructi venerant, plausu edito respondissent, discessum fuit:* notatus etiam Cressollio in Theatro Rhetorum, III, 8, p. 294, nec tamen addente quomodo reddendum fuerit: nos, ut minimum mutantes, sic reddimus: *Ad quod argumentum, quum singuli pro suo captu disseruissent, et plausus editus esset, ex praeparato, ab iis qui ad applaudendum invitati erant, discessum est.*

P. 81: εἶχεν ἀθυμία — καὶ τὸν Προαιρέσιον] Haec, in editionibus desiderata, ex libris scriptis restituta ab Editore, item Gronovius è codice Mediceo annotaverat, hac ab nunc editis diversitate, ut pro φίλους sit φ sequente lacuna: et ἐπὶ τιμὰς pro ἐπὶ τιμαῖς.

P. 82: παραιτησαμένων] Mirum ut vertit Junius, *cumque illi palam deposcerent eam rem:* quod vertendum erat *deprecarentur, recusarent.*

P. 82: καὶ τὰ 'Αριστείδου — ἀκριβούντων] Dictum Aristidis non exstat in ipsius scriptis, sed me-

memoriae proditum est a Philostrato De Vitis Sophistarum II, 9, p. 583, et apud posteros proverbii vim accepit. Plura de eo videantur apud Fabricium Bibliothecae Graecae Vol. IV, p. 374.

P. 82: *τὸν σχέδιον ὅσος ἐστὶν ἐξάρας λόγον*] i. e: *extemporalem orationem, quanta esset, extollens:* seu, *ostendens cum magnifica praedicatione magnitudinem extemporalis orationis.*

P. 82: *ὅρον τινὰ*] i. e: *definitionem aliquam*, seu *statum controversiae definitivum:* veluti si quis ex privata domo sacrum vas abstulerit, tum sacrilegii accusatus, factum confiteatur, sed contendat, id non sacrilegium sed furtum esse. Videatur Hermogenes De Partitione Statuum *στάσεων* p. 11: et De Inventione III, 13, *περὶ ὅρου*: Cicero De Inventione I, 8, II, 17; Quinctilianus Institutionum Orator. VII, 3. Non satis diligenter, adhibitis his Eunapii locis, rem exponit Cresollius in Theatro Rhetorum IV, 8, p. 417: accuratius tradidit Jo. Christ. Theoph. Ernesti in Lexico Technologiae Gr. p. 295.

P. 82: *ζέοντος δὲ τοῦ συγχορεύοντος αὐτῷ δαίμονος*] i. e: *fervente autem ejus chori socio genio.* Ductum ex Platonica doctrina de Genio cuique homini comite addito, ex Phaedone, de quo est nostra annotatio p. 289: et de Animorum, in Dei quorumque sui *choro*, itinere per coelum, ex Phaedro p. 264, H, et sequ. Hinc *χορεία* et *χο-*

ρευ-

φευτὴς θεῶν laudata nomina, de quibus notavimus supra, p. 118.

P. 82: περὶ τὴν ἐσχάτην ἄντυγα τοῦ θεάτρου] Junius non male, *in extremo theatri ambitu*. Ut in sella currûs, clypeo, et aliis rebus, a poëtis extremus orbis dicitur ἄντυξ, sic Eunapius hanc vocem novo more ad theatrum transtulit. Eadem pars κερκὶς videtur dici ab Alexide apud Pollucem IX, 44: Ἐνταῦθα περὶ τὴν ἐσχάτην δεῖ κερκίδα Ὑμᾶς καθιζούσας θεωρεῖν ὡς ξένας· quem attingit Casaubonus ad Theophrasti Characterem Ἀρεσκείας. Equidem ex vi originis *caudam theatri* interpreter. Caeterum in notatione nominis ἄντυξ, ut saepe in aliis notationibus, dissentio à ratione Jo. D. Lennepii, id ab ἀνὰ et τύκω vel τύκτος ducentis; simpliciorem sequens rationem compositionis *ex una voce et terminatione:* quo de compositionis genere supra dixi. Ita ἄντυξ repetam ex ἀντὶ et terminatione υξ: ut quasi illud sit, *quod obsistit, extremus orbis rem terminans:* ut ἄμπυξ, *quod cingit, tegumentum capitis*, ex ἀμφὶ, sive ἀμπὶ, uti dicebatur ante introductam adspiratam φ. Eadem ratio valet in aliis nominibus, in quibus υξ non ex alia voce, sed è simplici terminatione, accedit: v. c. ἄμυξ, διώρυξ, δοΐδυξ, κήρυξ, νὺξ, ὄνυξ, πνὺξ, πὺξ, στὺξ, φλὺξ in οἰνόφλυξ, φύξ: item aucta per γ, λάρυγξ, λὺγξ, σπήλυγξ, φάρυγξ.

P.

P. 82: πεισθήσονται] i. e: *sic enim fortasse illis persuadebitur se injuste fecisse.* Recte sic correxit Editor vitiosam omnium librorum scripturam πισθήσονται.

P. 83: περιήγαγε — ὅρον] Haec male cohaerentia, aptiore interpunctione et levissima literarum mutatione, sic constituenda videntur: — περιήγαγε, καὶ κατέστησε ἔκ τινος προτροπῆς εἰς τὸ προβαλεῖν τὸν καλούμενον ὅρον· ὡς δ' ἐκεῖνοι κ. τ. λ. i. e: — *eos in medium adduci curavit, et constituit eos cum quaedam adhortatione ad proponendam rogatam illam a Proaereſio definitivam caussam. Quum autem illi breve tempus cogitassent, et invicem locuti essent, caet.* In his κατέστησε, *constituit eos ad dicendum*, eadem ratione Active dicitur, qua Medio Verbo καταστὰς, de quo supra diximus in Juliano p. 69. Dicitur item καθιστάναι τινὰ εἰς δίκην v. c. apud Platonem Leg. IX, p. 657, 11: τὸν ἀποκτείναντα εἰς δίκην καταστήσας· et alibi saepe.

P. 83: οὐ βάσιμον ῥητορικῇ πομπείᾳ] Proprie, *per quam pompa rhetorica incedere non posset:* i. e: *intractabilem ad ostentandam eloquentiae vim.* Sic Cicero *pompam* dixit De Oratore II, 22: *Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium: cujus e ludo, tamquam ex equo Trojano, mere principes exierunt: sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres*

esse voluerunt. Et in Oratore, 13: *Dulce igitur orationis genus, et solutum et effluens, sententiis argutum, verbis sonans, est in illo epidictico genere: quod diximus proprium Sophistarum: pompae quam pugnae aptius: gymnasiis et palaestrae dicatum: spretum et pulsum foro.* Plutarcho autem frequens est βάσιμός τινι; v. c. De Discrimine Adulatoris et Amici p. 65, E: τὸ δ' ἐν ψυχῇ νοῦν οὐκ ἐχούσῃ — ὕψος καὶ φρόνημα, τοῖς μικροῖς καὶ ταπεινοῖς μάλιστα βάσιμόν ἐστι. De Vitioso Pudore p. 530, A: τοῖς αἰσχίστοις βάσιμός ἐστι πράγμασι καὶ πάθεσι. Theseo p. 1, B: ἐμοὶ περὶ τὴν τῶν βίων τῶν παραλλήλων συγγραφὴν, τὸν ἐφικτὸν εἰκότι λόγῳ καὶ βάσιμον ἱστορίᾳ πραγμάτων ἐχομένῃ χρόνον διελθόντι. Alibi proprie usurpatur, v. c. in Pelopida p. 286, A: et Sertorio p. 574, C: et apud alios.

P. 83: ταυρηδὸν μὲν αὐτοὺς ὑπέβλεψε] Dictio supra notata p. 70: hic referendum vetus nostrum scholion ex Epistola Critica ad Ruhnkenium p. 46. „Locutio Platonica Phaedoni p. 402, B: „qua usi etiam sunt Philostratus Vita Apollonii, „I, p. 14: Heroicis, p. 701: Aelianus Nat. „Animal. VII, 5: restituenda videtur Luciano „qui fertur, in Philopatridi T. III, p. 586, „pro ταυρηδὸν ἐπιβλέπειν." Aristophanes Ranis, 816: Ἔβλεψεν οὖν ταυρηδὸν, ἐγκύψας κάτω.

P. 83: *ἃ πρὸ τοῦ ἀγῶνος αἰτῶ δίκαια* —] Junius vertit quasi pro *αἰτῶ* legisset *ᾔτουν*, *poposcerat*. Sane in Graecorum orationibus judicialibus saepe videmus reum in principio quaedam *αἰτεῖν δίκαια πρὸ τοῦ ἀγῶνος*, *ante ingressum ipsius dicendae caussae postulare à judicibus, ut sibi quaedam justa concedantur*. At haec Proaeresii, ut caeterorum praesentium Sophistarum, caussa non erat judicialis, sed *ἐπιδεικτική*: nec ipse adhuc aliud quam *προάγῶνα*, egerat, et ipsum *ἀγῶνα* jam ingressurus erat. Maneat igitur vetus lectio, quamvis non satis concinnam sententiam praebens hanc: *Quae ante certamen justa postulo; haec ut mihi des supplex te oro.*

P. 83: *ὡς οὐδενὸς ἀτυχήσει δικαίου*] Verbum hoc pro *ἀποτυχεῖν*, et *μὴ τυχεῖν*, *non accipere, alicujus rei adeptione excidere*, ut Platonicum annotant Etymologus M. in Voce *Ἀτυχεῖν* et Timaeus in Glossis Platonicis p. 55, ubi videatur Ruhnkenius. Sed et ab aliis similiter usurpatur: v. c. Xenophonte Hellenicorum III, p. 424, C: *καὶ ὁ Δερκυλλίδας μέντοι ἔλεγεν, ὡς τῶν δικαίων οὐδενὸς ἀτυχήσει*: alibi cum alio adjectivo Plutarcho Lysandro p. 435, F. *ἐλπίζοντας οὐδενὸς ἀτυχήσειν τῶν μεγίστων*. Alexandro p. 681, F: *πρὸς δὲ τὸν Δαρεῖον ἔγραψεν, ὡς οὐδενὸς ἀτυχήσει τῶν φιλανθρώπων ἐλθὼν πρὸς αὐτόν*.

P. 83: *τοὺς ταχέως γράφοντας*] Dicuntur et ταχυ-

ταχυγράφοι, Latine *exceptores:* de quibus docte exposuit Gothofredus ad Codicem Theodosianum T. I, p. 44. et T. II, p. 472, 473: Valesius ad Ammianum Marcellinum XIV, 9, p. 50. Tales *notae* hodieque feruntur, sub nominibus Tironis et Senecae, ad calcem Thesauri Inscriptionum Gruteriani: de quibus operae pretium est legere J. A. Fabricium Bibliothecae Latinae edit. vet. T. I, p. 363, edit. Ernestinae T. II, p. 113.

P. 84: *κροτείτω με, φησὶ, μηδὲ εἷς*] Hoc et alia exempla dicentium, qui plausum sibi fieri recusarent, adfert Cresollius in Theatro Rhetorum III, 20, 10, p. 302.

P. 83: *ἐπέτειλε*] i. e: *mandaverat*, *jusserat.* Sic recte Editor correxit vulgatum *ἐπιτέλει.*

P. 83: *κατὰ κρότον ἀναπαύων ἑκάστην περίοδον*] Junius, *singulas periodos pulsu manuum finiens.* Quod recte reprehendens Cresollius in Theatro Rhetorum III, 20, 4, p. 282, nil rectius ipse adfert: *Ego vero*, inquit, *Eunapii sensum hunc esse puto: tam eximie orasse Proaeresium, ut singulae illius dicentis periodi audientium omnium plausu exciperentur.* Atqui hoc refellit ipsa Eunapii narratio, ostendens audientes jussu Proconsulis a plausu abstinuisse. Sane obscura est sententia: quam bifariam exponi posse video: vel, ut, manente interpunctione, sic accipiatur, *pro more plausûs unam quamque periodum finiens:*

niens: i. e: *prouti alias solebat fieri, quum auditores plauderent, finita qualibet periodo paulum quiescens:* scilicet, finita quavis periodo alias auditores solebant plaudere, orator autem orationem intermittere, dum plausus durabat: nunc Proaeresius haec inter periodos intervalla brevi silentio implebat. Altera est ratio, ut mutata interpunctione posito commate post κρότον, hoc cum ῥύθμῳ conjungatur, hujusmodi sensu: *Proaeresius dicere incipit cum flumine et sonitu, finiens tamen quamvis periodum, nec eam continuato flumine cum sequente periodo jungens.*

P. 84: συμπληροῖ τὴν κατάστασιν.] Nec hujus rationem habuit Junius: totum in hanc sententiam reddendum: *perficit quidem constitutionem et in alteram orationis partem progreditur: sed, divino quasi numine percitus et exsultans, reliquam hujus partis partem tamquam non egentem demonstratione omittens, orationem in contrarium argumentum immisit.* Est autem κατάστασις, *constitutio*, quae à Cicerone De Inventione I, 8, sic definitur: *Constitutio est prima conflictio caussarum ex depulsione intentionis profecta, hoc modo: Fecisti · Non feci: aut, Jure feci, caet.* Conferatur Auctor ad Herennium I, 11. Quinctilianus Inst. Or. III, 6. Et sic fere Graeci Rhetores, quos laudat J. C. J. Ernesti in Lexico Technologiae Gr. Rhet. p. 175. tum

ina-

ἀναπολόγητος usurpatur quidem pro *inexcusabilis*, veluti apud Plutarchum Bruto p. 1006, A, Ciceronem Ad Atticum. XVI, 7: Paulum Ad Rom. II, 1: at ex vi originis et analogiae item est *indefensus*, *non demonstratus*. Deinde εἰς τὴν ἐναντίαν ὑπόθεσιν, *in contrarium argumentum*, est, *contrarium caussam agendam suscepit*.

P. 84: ἀπήγγελεν, οὔτε ὁ ἀνθύπατος κ. τ. λ.] Nexus narrationis, non satis manifestus, juvandus est interpunctione, et repetendus ab antecedenti ὡς δὲ ὁ λόγος ἐπεδίδου. *Quum autem orationis impetus invalesceret, et — et iterum eadem reddidisset; tunc vero nec Proconsul —.*

P. 84: Ἑρμοῦ λογίου τύπον] *Mercurii facundi effigiem*. Attigi dictionem olim in Epistola Critica ad Ruhnkenium p. 37. hac animadversione: „Julianus Orat. VII, p. 237, C: τὸν τοῦ λογίου „τύπον Ἑρμοῦ· quod primus dixit Aristides Orat. „Platon. II, p. 307: Δημοσθένους, ὃν ἐγὼ φαίην „ἂν Ἑρμοῦ τινὸς λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἐλθεῖν· „respexit Choricius Orat. I, §. 38, apud Fa„bricium Biblioth. Gr. Vol. VIII, p. 861: Ἀπ„ῆλθε καὶ Δημοσθένης — ὃν Ἑρμοῦ λογίου παρά„δειγμα σοφῶν τις καλεῖ· et imitatus Eunapius „in Proaeresio p. 115." Postea haec annotavi. Synesius Epistola C. p. 240, D: Μαρκιανὸν, ὃν εἰ προλαβὼν Ἀριστείδην, Ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἔφην ἐληλυθέναι, μόλις ἂν ἔτυχον τῆς

ἀξίας. Idem dictum sub auctoritate Aristidis citat Olympiodorus in Scholiis MS. ad Platonis Gorgiam p. 178.

P. 84: παρελθόντες] Supra animadvertimus p. 23. item ad Plutarchi Consolationem Apollonii p. 108, A.

P. 84: δορυφορῶν μετὰ πάντων ἢ τῶν δυνάμεων] Delendum ἢ, non solum quia sententiae officit, sed quia saepissime ex antecedente ν ortum, cumque eo confusum, reperitur: ut notavimus ad Plutarchum De Amicorum Multitudine p. 96, A: et ad Platonis Phaedonem p. 84 et 189. Gronovius volebat δορυφόρων. Uptonus ad Epicteti Dissert. III, 7, p. 182: ὁ δὲ ἀνθύπατος μετὰ πάντων τῶν δορυφορῶν (immo δορυφόρων) καὶ τῶν δυνάμεων ἐκ τοῦ θεάτρου παρέπεμψε: vertens, *Proconsul vero cum omni satellitio et copiis comitatum è theatro honorifice deduxit.* Nostra ratione correctionis reddendum: *Proconsul vero etiam cum omnibus suis copiis eum comitans e theatro deduxit.*

P. 84: συνεχώρησαν αὐτῷ εἶναι κρείττονι] Sic Editor è conjectura dedit αὐτῷ elegantius quidem, pro vulgato εἰς τὸ: quod equidem non ita simpliciter repudiem. Multos habet et frequentes usus εἰς τι cum Verbis, v. c. λέγειν εἰς τι, *dicere alicujus rei caussa*, ποιεῖν τι εἰς τι, *facere quid alicui rei consequendae*, ἐπιχειρεῖν εἰς τι, *tentare aliquid*: et supra p. 53. παραβασιλεύειν

εἰς

εἰς τὸν Καίσαρα, et alibi alia, notavimus: quorum ſimilitudo lectionem hujus loci tueri videatur.

P. 84: *ἐν τοῖς ἀπόροις εἰς τὸ ἔσχατον συνελθόντες*] Suspicor pro *συνελθόντες* Eunapium ſcripſiſſe *συνελαθέντες*, *ad extrema compulſi.*

P. 85: *ἀπήντα τὸ σόφισμα κατὰ λόγον αὐτοῖς*] Junius ſenſum magis quam verba reddit: *eorumque fallacia pro voto ſuccedebat:* est enim *κατὰ λόγον*, *ſecundum rationem*, ut *παρὰ λόγον*, *praeter rationem.* Atqui id, *κατὰ λόγον*, fere bono ſenſu accipitur, quem hic locus non fert: Plutarchus De Sanitate Tuenda p. 135, E: — *τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀπολαύει κακὰ μὴ κατὰ λόγον αὐτῷ χρωμένης*· i. e: *corpus calamitates percipit ab anima, quae ipſo non ſecundum rationem utitur:* et ſic ſaepiſſime apud Philoſophos. Hinc *fortunae* opponitur *τὸ κατὰ λόγον*: apud eumdem De Poetis Legendis p. 24, B: De Fortuna p. 99, D: Sertorio p. 573, A. Inde refertur ad ea, quae conſueta ſunt, et cum veriſimilitudine exſpectantur, et vulgo fieri ſolent, ſive bona, ſive mala, ſive laudanda reprehendendave ſint; De Stoicorum Repugnantiis, p. 1058, C: Apophthegmatibus p. 216, B. Diodorus item Siculus in Eclogis T. II, p. 492: Syneſius Sermone ad Paeonium p. 306, C: *οὐ μὴν ἀγανακτεῖν οἴομαι δεῖν ὅταν τὸ κατὰ λόγον συμβαίνῃ· εὔλογον δὲ δή-*

[V] 4 *που*

που τυγχάνειν ἕκαστον ὧν τυχεῖν ἐσπούδακεν καὶ περὶ ἃ πεπραγμάτευται· καὶ ἀποτυγχάνειν ἐκείνων ὧν οὔτε ὠρέχθη ποτὲ, οὐδὲ ἐπεμελήθη ὅπως ἂν αὐτῷ παραγένοιτο. Itaque inimici tanta cum praeparatione et fallacia uterentur, erat *κατὰ λόγον*, consentaneum rationi, verisimile, exspectandum, ut eum labefactarent: sed perspicuitatis officium postulabat aliquid explicationis Eunapium addere, quo *τὸ κατὰ λόγον* ad praesens argumentum accommodaretur. Sed hoc quamvis non parvum praetermissionis vitium leve est prae illo, quod tantummodo ex ante dictis suspicari sinit, has inimicorum insidias caussam fuisse Proaeresio alterius exsilii, quod quando acciderit, ante an post ipsius ad Constantem abitum et Anatolii Athenas adventum, plane nos incertos relinquit.

P. 85: *Ἀνατόλιος ἐκαλεῖτο*] De hoc Anatolio omnino legendi sunt Gothofredus et Ritterus in Prosopographia Codicis Theodosiani T. VI, Parte II, p. 38: Valesius ad Ammianum Marcellinum XIX, 10, p. 243: quibus adjungi possunt, Tillemontius Historiae Imperatorum T. IV, p. 140, 143, 148, 179, 196, 283, 286, et Wernsdorfius ad Himerii Eclogam XXXII, Orationis in hunc ipsum Anatolium habitae p. 296.

P. 85: *Ἀζουτρίωνα*] Nec veram, nec falsam, hanc lectionem pronunciare, nec virorum doctorum conjecturas probare, audeo.

P.

P. 85: τελουμένης] Et mihi καλουμένης in mentem venit.

P. 85. Βηρυτὸν] Phoeniciae urbem, inde ab Hadriani Caesaris aevo Jurisprudentiae schola celebrem. Barthius ad Zachariam Mitylenaeum p. 244. Gothofredus in Topographia Codicis Theodosiani T. VI, Part. II, p. 113. Spanhemius ad Juliani Or. I. p. 36, b. 120, i. Cellarius Geographia Ant. T. II, p. 274. Bachius Historia Jurisprud. Rom. III, 2, §. 48, 49.

P. 85: φρονήματος ἐμπλησθεὶς καὶ λόγων ὕψος ἐχόντων καὶ βάρος] Vetus est mea annotatio in Ep. Crit. p. 46: ubi et βάθος correxi, qua de voce supra ad p. 72, et ad Plutarchum De Auditione p. 44, A, dixi: caeterum animadverti, Eunapium ex Platone colorem duxisse Periclem laudante in Phaedro p. 354, C: πᾶσαι ὅσαι μεγάλαι τῶν τεχνῶν, προσδέονται ἀδολεσχίας καὶ μετεωρολογίας φύσεως πέρι. τὸ γὰρ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ τὸ πάντη τελεσιουργικὸν ἔοικεν ἐντεῦθέν πόθεν εἰσιέναι· ὃ καὶ Περικλῆς πρὸς τῷ εὐφυὴς εἶναι ἐκτήσατο· προσπεσὼν γὰρ οἶμαι τοιούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος (ὧν δὴ πέρι τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο Ἀναξαγόρας) ἐντεῦθεν εἵλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόσφορον αὐτῇ. Quo spectat Plutarchus in Pericle p. 154, C: τοῦτον ὑπερφυῶς τὸν ἄνδρα (Ἀναξαγόραν) θαυμάσας ὁ Περικλῆς, καὶ τῆς λε-

γομένης μετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος, οὐ μόνον, ὡς ἔοικε τὸ φρόνημα σοβαρὸν καὶ τὸν λόγον ὑψηλὸν εἶχε καὶ καθαρὸν ὀχλικῆς καὶ πανούργου βωμολοχίας, ἀλλὰ καὶ προσώπου σύστασις ἄθρυπτος κ. τ. λ. Ariſtides Orat. Platonic. II, p. 131, et verba refert p. 283. Cicero in Oratore 4: — *in Phaedro Platonis hoc Periclem praeſtitiſſe caeteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxagorae phyſici fuerit auditor: à quo cenſet, cum, cum alia praeclara quaedam et magnifica didiciſſet, uberem et fecundum fuiſſe, gnarumque, quod est eloquentiae maximum, quibus orationis modis quaeque animorum partes pellerentur.* Themistius Orat. XXVI, p. 329, C: Περικλέα δὲ ἐπαινοῦσιν μόνον καὶ Ἀσπασίαν ὡς ῥήτορας τελεσιουργούς τε καὶ ὑψηλόνους, ὅτι ἐκ τῆς Ἀναξαγόρου ἀδολεσχίας ταῦτα προσελκύσαντο εἰς τὴν τέχνην. Damascius apud Suidam in Ἐνδεέστερος et Ῥυθμίζει, item apud Photium p. 1040: διὸ καὶ ὅσα ἔγραφεν, εὕροι τις ἂν τὸ μὲν ὑψηλόνουν καὶ τελεσιουργὸν ἔχοντα, τοῖς δὲ ἔπεσιν οὐ πάνυ συνηρμοσμένα.

P. 86: εἰσφρήσας τε εἰς τα βασίλεια] *Se ipſe in aulam immittens, introducens.* Proprie est *intromittere alium:* ſic Ariſtophanes Veſpis 887: οὐκ εἰσφρήσομεν· *non intromittemus eum.* ubi Berglerus aliud exemplum Euripidis in Troadibus 646, apponit: qui item de hoc Verbo egit ad Al-

Alciphronem III, 53, p. 396. *εἰσέφρησα εἰς τοὐπτάνιον*, *intulit me in culinam*. Eamdem formam Activam cum vi Verbi Medii conjunctam refert ibidem è Suida T. II, p. 33. Julianus Caesaribus p. 315, A: *ὅ, τε Κᾶρος ἅμα τοῖς παισὶν εἰσφρῆσαι βουληθεὶς εἰς τὸ συμπόσιον, ἀπελήλατο παρὰ τῆς Δίκης*· ad quem locum Heusingerus in sua editione p. 88, plura dat. Cum Accusativo *εἰσφρεῖν τι*, vel *ἑαυτὸν*, est in Philostrati Junioris Icone X, p. 879: Cyrilli Alexandrini Adversus Julianum II, p. 45, C. Isidori Pelusiotae Epistolis I, 28, 83, 209. Et Toupius hujus verbi caussa hunc Eunapii locum annotavit in Notis ad Hesychium Vol. III, p. 480. haec deinceps apponentem, *Εἰσέφρησεν, εἰσήγαγεν. Εἰσέφρηκεν, εἰσεπήδησεν, εἰσαφῆκεν*· ubi videantur interpretum notae. Est et *ἐκφρεῖν* in Aristophanis Vespis 126, 156: et *διαφρεῖν* Avibus, 193.

P. 86: *εἰς τὸν ἔπαρχον τῆς αὐλῆς ἤλασεν*] quasi dicas *provectus in Praefectum Praetorio*, i. e: *factus est Praefectus Praetorio*. De quo usu Praepositionis *εἰς* diximus ad p. 53.

P. 86: *τυχὼν δὲ — τύχης δεξιᾶς*] Eamdem paronomasiam notavimus ad initium Phaedonis p. 4: *Τύχη τις αὐτῷ — συνέβη· ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμμένη τοῦ πλοίου, ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσι κατ' ἔτος*" in Annotatione p. 113 et 114; et in Addendis p. 325.

P.

P. 86: τὸ γὰρ καλούμενον Ἰλλυρικὸν ἐπετέτραπτο] i. e: *dictum Illyricum ei commissum erat:* i. e: *Praefectus erat Praetorio Illyrici.* De qua Praefectura videatur Notitia Utriusque Imperii Cap. XXIII, ibique Pancirollus: Gothofredus in Topographia Codicis Theodosiani T. VI, Part. II, p. 106: Reitemeierus ad Zosimum II, 33, 7, p. 555, sequ.

P. 86: ἐπὶ τὴν ὄψιν σπάσαι] Quod, pro vulgata omnium librorum lectione πάσαι, olim in Epistola Critica, p. 46, correxi, σπάσαι, Editorque in contextum recepit, adhuc tueor; caeterum sententiam temeraria trajectione turbatam, reponendis in suum locum trajectis verbis, sic constituo: ὁ δὲ χρυσῆς τινὸς αὐτὸν μανίας ὑπολαβούσης ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰ τῶν λόγων εἴδωλα διὰ τῆς παιδεύσεως ἐπὶ τὴν αἴσθησιν συλλαβεῖν, καὶ τὸ νοούμενον ἐκ τῶν ἀρχαίων ἰνδαλμάτων φάντασμα ἐπὶ τὴν ὄψιν σπάσαι, μεθ' οὕτως ἀριπρεποῦς ἀξιώματος φερόμενος πρὸς τὴν Ἑλλάδα ἔσπευσε. Atque hunc ordinem etiam secutus est Junius.

P. 86: ἀλλήλοις ἐπιβουλεύοντες] i. e: *invicem insidiantes*, scilicet, ut quisque alterius arcanum comperiret, qua ratione alter propositam quaestionem tractaret. Exempla talium insidiarum, ab oratoribus civilibus invicem factarum, me alibi legisse memini. Huc pertinet etiam illud ex Cluentiana Ciceronis 52: *Itane est? ab amicis videli-*

cet

oet imprudentes prodimur: et est nescio quis de iis, quos nobis amicos arbitramur, qui nostra consilia ad adversarios deferat.

P. 17: τὴν δόξαν ἕκαστος μελετῶντες στάσιν] Pro δόξαν, quod mendosum est, nollem Editor ex conjectura sua in contextu posuisset λοξήν. Unice verum est quod Gronovius ex codice Mediceo annotavit δόξασαν· i. e: *unusquisque meditantes statum quem elegerat.* Quid στάσις rhetorum sit, supra notavimus ad p. 82, ὅρον τινά.

P. 87: τοὺς κροτοῦντας τὰ μειράκια ἐγέλα, καὶ τοὺς πατέρας ἠλέει —] Mihi Eunapius videbatur scripsisse, τοὺς κροτοῦντα τὰ μειράκια παιδεύοντας ἐγέλα κ. τ. λ. in reliquis autem exemplum Platonicum secutus esse è Symposio p. 315, E, ubi Apollodorus fere similiter perversam institutionem reprehendens inducitur: καὶ γὰρ ἔγωγε καὶ ἄλλως, ὅταν μὲν τινὰς περὶ Φιλοσοφίας λόγους ἢ αὐτὸς ποιῶμαι, ἢ ἄλλων ἀκούω, χωρὶς τοῦ οἴεσθαι ὠφελεῖσθαι, ὑπερφυῶς ὡς χαίρω· ὅταν δὲ ἄλλους τινὰς, ἄλλως τε καὶ τοὺς ὑμετέρους τοὺς τῶν πλουσίων καὶ χρηματιστῶν, αὐτός τε ἄχθομαι, ὑμᾶς τε τοὺς ἑταίρους ἐλεῶ, ὅτι οἴεσθέ τι ποιεῖν, οὐδὲν ποιοῦντες.

P. 87: ὑπὸ τίσι παιδεύονται] *commiserabatur patres — sub quibus eorum filii erudirentur:* elliptice dictum, pro ὅτι ὑπὸ τούτοις παιδεύονται· *quod eorum filii sub his magistris erudirentur.* Similis est ratio in οἷος, quam notavimus in Annotatione

ad

ad Selecta Hist. Gr. ex Herodoto, p. 347: ubi huic Eunapiano geminum apposuimus Simonidis Epigrammate XCIV, apud Brunckium Analectorum T. I, p. 144: Οἰκτείρω σε, τάλαν Καλλία, οἷ' ἔπαθες· *miseror te, miser Callias, quod talia passus es.* pro ὅτι τοῖα. De usu Praepositionis ἐπὶ cum Dativo monuimus supra p. 34.

P. 88: οὐδὲ Ἀνατόλιον ἔδει ταῦτα νικᾷν] i. e: *neque Anatolius ex hoc negotio victor discedere debebat.* Loquitur ut de re magna et quasi fato constituta: *non fas erat, non in fatis erat, ut Anatolius hac in re, sicuti caeteros Sophistas, ita etiam Proaeresium, vinceret.* Hunc sensum subinde habet ἔδει · v. c. apud Herodotum IV, 79: ἐπεὶ δὲ ἔδεέ οἱ κακῶς γενέσθαι, ἐγίνετο ἀπὸ προφάσιος τοιῆσδε· *quandoquidem vero in fatis erat ut ei male fieret, factum ei est male ex tali occasione.* Plutarchus in Antonio p. 942, A: ταῦτα (ἔδει γὰρ εἰς Καίσαρα πάντα περιελθεῖν) ἐνίκα· i. e: *Cleopatrae sententia vicit; nam in fatis erat, ut cuncta sub Caesaris imperium caderent.* De notatione Adjectivi δέον, *debitum, officium*, quasi *ligans, vinciens*, ἀ δεῖν, *ligare*, diximus ad Phaedonem p. 262, 263.

P. 88: διασιλλαίνων ἅπαντας] Quia Milesius fuit poeta, forte quis putet eum versibus ad irridendum factis, *Sillis*, istos Sophistas notasse. Sic Timon, ab hoc genere dictus Sillographus, de

quo

quo Diogenes Laertius IX, 111: τῶν δὲ Σίλλων τρία βιβλία ἐστίν· ἐν οἷς, ὡς ἂν σκωπτικὸς ὤν, πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικούς. Atqui et σιλλαίνειν, et διασιλλαίνειν dicitur etiam simpliciter pro *verbis ac sermone quem irridere:* v. c. Luciano in Lexiphane 24, T. II, p. 348: — ἀπίστω καὶ τὸ διασιλλαίνειν τὰ τῶν ἄλλων. Alciphron III, 62: ἠπίστασο τὴν αἰτίαν ἐφ' ᾗ με διεσίλλαινον αἱ γυναῖκες. Aelianus Variae Historiae III, 40: ἔσχον δὲ τὸ ὄνομα — Σιληνοὶ δὲ ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν· τὸν δὲ σίλλον ψόγον λέγουσι μετὰ παιδιᾶς δυσαρέστου· ubi alia hanc in rem promit Perizonius. Est et forma σιλλοῦν apud Dionem Cassium, LIX, 25: ἂν γάρ τις ἐπὶ μηδεμιᾷ ἢ μικρᾷ τινι ἀνδραγαθίᾳ ἤτοι ἐπαίνους μεγάλους ἢ τιμὰς ἐξαισίους ποιῆται, διαμωκᾶσθαί τε καὶ διασιλλοῦν αὐτὴν ὑποπτεύεται. LXVII, 10: διασιλλῶται τι αὐτὸν σκωπτόλης ὢν προήχθη. Conferantur Stephanus Thesauro L. Gr. T. I, p. 1921: Hemsterhusius ad Pollucem IX, 148: Albertius ad Hesychium Voce Σιλλαίνειν, T. II. p. 1186.

P. 89: εἰ πλείους ἔφη τῶν δεκατριῶν ἐτύγχανον οἱ σοφιστεύοντες —] Quae caussa fuerit hujus numeri ponendi non satis apparet. Nec enim facile affirmari potest illum habuisse aliquam praecipuam vim in re ridicula; nam nec ex Theocriteo v. c. Id. XV, 17: ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς· hujusmodi proprietas colligitur. Itaque videtur illa aetate in scho-

ſcholis rhetorum istiusmodi distributio τῶν στάσεων recepta fuisſe, ut *tredecim* haberentur: licet, quoad ejus conſtat ex Veterum praeceptis, quorum diviſionem Capperonnerius diligenter per tabulas expoſuit ad Quinctilianum Inſt. Or. III, 6, p. 181, et ſequ. alii plures, alii pauciores, hoc numero eas fecerint.

P. 89: πάντων ἕνεκα] Potest quidem ſic accipi, ut intelligatur, *omnium rerum cauſſa, omnibus partibus, ſolum eximie mirabatur Proaereſium.* Attamen quia propter nexum cum antecedentibus πάντων de ſophistis dici videtur, haud ſcio an Eunapius ſcripſerit πάντων ἐπέκεινα, *ſupra omnes.*

P. 19: ἐτύγχανε δὲ ὁ Προαιρέσιος οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου μετάπεμπτος ὑπὸ τοῦ βασιλεύοντος γεγονὼς Κώνσταντος] In ſcriptore tam negligente notandorum temporum, omne eorum indicium ei aliud agenti excidens diligenter animadvertere debemus. Illyrici et Italiae Praefectura erat Conſtantis jam a patre accepta, quibus deinde anno N. Aerae 340, obitu Conſtantini fratris hujus quoque Praefectura Galliarum ad Conſtantem rediit, qui postea anno 350 à Magnentio interfectus periit. Ergo in illud decennium incidit et Proaereſii ad Conſtantem diſceſſus, et Anatolii Athenas adventus, ejusdemque Praefectura Praetorio Illyrici, quam ſub Conſtantio porro obtinens mortuus est anno 360. Qua notitiae acceſſione ſupplenda ſunt tradita de hoc Ana-

Anatolio ab aliis hodiernis ſcriptoribus, quos laudavimus ſupra p. 85.

P. 89: De Romanis, quamvis Graecam linguam ignorantibus, tamen Proaereſium libenter ſpectantibus, jam olim in Epistola Critica p. 46, notavi; Eunapium videri exemplum Philoſtrati, De Vitis Sophistarum II, p. 589, ſimilia de Adriano Sophista narrantis imitatum: quem locum quum Editor appoſuerit, reponere non attinet. Ibidem notavi, Eunapium ejusdem Proaereſii continentiam, patientiamque Gallici frigoris laudantem, ex ſimili Platonis de Socrate narratione profecisſe, prodita in Sympoſio, p. 335, A, B: quae ſic habet: *πρὸς δὲ τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις· δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες· θαυμάσια εἰργάζετο τά τε ἄλλα, καί ποτε ὄντος τοῦ πάγου οἵου δεινοτάτου, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔνδοθεν, ἢ, εἴτις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα, καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας· οὗτος δ' ἐν τούτοις ἐξῄει ἔχων ἱμάτιον μὲν τοιοῦτον, οἷονπερ καὶ πρότερον εἰώθει φορεῖν· ἀνυπόδητος δὲ διὰ τοῦ κρυστάλλου ῥᾷον ἐπορεύετο ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι.* De Proaereſii, Socratis et aliorum *ἀνυποδησίᾳ*, quaedam notat Creſollius in Theatro Rhetorum III, 15, p. 241. Himerius in Juliani castra proficiscens, invitatus ut in itinere Conſtantinopoli orationem haberet, quae est VII, videtur hanc Proaereſii ad Rhenum profectionem

significare p. 514, glorians laudat Imperatorem, quod se *οὐκ ἐπὶ Ῥῆνον ἦγεν ἑσπέριον, οὐδὲ ἐπὶ τὴν Ὠκεανοῦ μυθώδη θάλασσαν.*

P. 90: *ἀνδρίαντα — χαλκοῦν ἰσομέτρητον*] Et hanc Romae, et aliam Athenis, positam Proaeresio statuam memorat Libanius Epistola CCLXXVIII, ubi eum dicit *τὸν χαλκοῦν μὲν ἐν Ῥώμῃ, χαλκοῦν δὲ Ἀθήνησιν ἑστηκότα.* De hoc more et honore viris doctis exhibito, item de nomine *regni et regis eloquentiae*, docte ab Editore notatis addatur Barthius Adversariorum XXIII, 23. Caeterum *ἰσομέτρητον* recte vertit Junius *statuam pari magnitudine*, i. e. *eadem magnitudine et statura, qua ipse vivus erat Proaeresius.* In Lexicis fertur perperam et alia significatio, *qui est aequali pondere*, quod interpretes Latinos subinde decepit; nam is dicitur *ἰσοστάθμητος, ἰσοστάσιος.* Illustre est dictum Platonis in Phaedro p. 340, C: *καί σε ἐγὼ, ὥσπερ οἱ ἐννέα ἄρχοντες, ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν.* Ficinus minus recte, *aequilibrem.* Scholiastes p. 56, caetera animadvertens, hoc nomen praeteriit. Disertius Plutarchus Solone p. 94, B: *κοινὸν μὲν οὖν ὤμνυε ὅρκον ἡ Βουλὴ, τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν· ἴδιον δ' ἕκαστος τῶν θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ καταφατίζων, εἴτι παραβαίη τῶν θεσμῶν, ἀνδριάντα χρυσοῦν ἰσομέτρητον ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς·* ubi non melius Cruserius reddit, *auream statuam paris sibi pon-*

ponderis: rectius Xylander, *auream statuam aequalem sibi.* In ejusdem rei narratione ἰσομέτρητος omittitur apud Pollucem VIII, 86, et Suidam in χρυσῆ εἰκών. Muretus Var. Lect. VIII, 181. ambigue, *auream statuam suam pensurum esse.* Ad alias res eamdem notionem *aequalitatis* in nomine ἰσομέτρητον transtulit Aristides in Laudatione Romae, T. I, p. 197: v. c. κατὰ ἰσομετρήτου μὲν οὖν εὔξασθαι τῇ πόλει λόγου οὐκ ἐξῆν· i. e. *aequalem urbi orationem vovere non potui.* Ibidem: καὶ ἄλλοι τὰ ἰσομέτρητα σφίσιν αὐτοῖς, ἰσομέτρητα ποιοῦσιν αὖ καὶ τοῖς θεοῖς· acumen subest, *qui homines statuas sibi aequales consecrant, eas diis ipsis aequales ponunt,* scilicet, quae Diis satisfaciant, quamquam eorum magnitudinem non aequent. Mox p. 199, Urbs Roma, quae propter altitudem aedificiorum aequalis erat pluribus supra se invicem positis urbibus: ἐπὶ τοσαύτης γῆς ᾠκισμένη οὐκ ἀγαπᾷ, ἀλλ' ἑτέρας πόλεις ἰσομετρήτους ὑπὲρ αὐτὴν ἀραμένη φέρει ἄλλας ἐπ' ἄλλαις —· Conferatur item Dorvillius ad Charitonem p. 314.

P. 90. κατὰ σιτηρέσιον ὂν ταῖς Ἀθήναις.] Recte Editor delevit ὄν.

P. 90. στρατοπεδάρχην ἐπιτρέψας καλεῖσθαι.] Huic muneri antea fuerat nomen στρατηγός; cui quae fuerit cum annonae procuratione conjunctio, docet Spanhemius ad Juliani Imp. Or. I, p. 78, adhibito hoc Eunapii loco. Στρατοπεδάρχου nomen sive Con-

ftans Imp. Proaeresio addiderit, sive Eunapius dederit, certe comparatum erat ad reddendam significationem *Magistri Militae*, vel *Magistri Armorum*, quos primus instituit Constantinus M., et alii hujus aetatis Graeci scriptores, στρατηλάτας, et στρατηγοὺς, nominant, ut ostendit Valesius ad Ammianum Marcellinum XVI, 7, p. 131. Hoc autem nomine Eunapius alibi etiam usus est, in Vita Aedesii p. 50: Lucianus autem videtur reprehendere, ut vulgare nimis et plebejum, in Praeceptis Historiae scribendae T. II, p. 30: εἶτα μεταξὺ οὕτως εὐτελῆ ὀνόματα καὶ δημοτικὰ καὶ πτωχικὰ πολλὰ παρενεβέβυστο, τὸ, ἐπέστειλεν ὁ στρατοπεδάρχης τῷ κυρίῳ, κ.τ.λ.: dico *videtur:* quia reprehensio ad sola duo reliqua vocabula, ἐπέστειλεν et κυρίῳ pertinere potuit; siquidem Dionysius Halicarnassensis Antiqu. Rom. X, 26, p. 632, στρατοπεδάρχην τοῦ τάγματος, et στρατοπεδαρχίαν τοῦ τάγματος· *tribunum* et *tribunatum legionis* dixit. Lucas Act. Ap. XXVIII, 16, *Praefectum Praetorio*; Anonymus apud Suidam in Βασιλίσκος, *exercitus ducem*, significavit. In Stephani Thesauro et Schotti Appendice, sine auctoritate relictum est.

P. 90: ὅπως νεμεσᾶν μηδείς.] In promtu erat vera correctio νεμεσῴη, quam protulit Dorvillius ad Charitonem p. 498, quamque confirmat pervulgata confusio literarum ν et η, de qua saepe monuimus.

P. 90: ἀγῶνας, παρὰ τὸν 'Ανατόλιον ἐλθὼν — τῆς

Ἑλ-

Ἑλλάδος.] Hujus periodi plures partes excidisse, et sic fere restituendae videntur: ἀγῶνας· Ὁ μὲν οὖν Προαιρέσιος παρὰ τὸν Ἀνατόλιον ἐλθὼν, ἠξίου αὐτὸν δεῖσθαι τοῦ ἐπάρχου βεβαιοῦν τὴν χάριν, καὶ συνηγόρους ἐκάλεσέ τινας τῶν Ἀθηναίων· καίτοι φάσκων οὐκ ἔχειν Ἀθηναίους μόνους, ἀλλὰ σχεδόν τι πάντας τοὺς πεπαιδευμένους τῆς Ἑλλάδος.

P. 90: *ὥσπερ ἵππος εἰς πεδίον κληθείς.*] Vetus mea ad hunc locum annotatio, ab Editore reposita, ejusmodi est, ut appareat nullam fuisse caussam, quare ἵππος in ἱππεὺς mutaretur: quod et Ruhnkenius monuit in epistola sua, qua privatim mihi respondit ad Epistolam Criticam recens editam: quam et nos in altera siquando hujus editione prodemus. Sic autem ille, „*utrumque dici*, ἵππον et ἱππέα προκαλέῖσθαι, *ad Platonis Scholiasten ostendam.*" At in ejus adversariis ad illum librum nil tale reperimus. Huc pertinet Macrobius Saturnalium VI, 9, *equitem* et *equum* multis in caussis promiscue usurpari docens.

P. 91: *ταχὺ μάλα μετέστησεν εἰς τὸν ἀρχαῖον ὄγκον τὰ γινόμενα*] i. e.: *et valde celeriter dona in antiquam gravitatem restituit*, i. e.: *frumentum à Caesare donatum sic oratione exornavit*, *ut illud et obtineret tamquam antiquae Athenarum gloriae debitum.* Sic τὰ γινόμενα aliquando valet, *ea quae solent fieri*, *commoda*, *utilitates*, *fructus:* nec infrequens est Aristidi, quem posteri classicum

ſcriptorem et legitimum imitandi exemplum habuerunt, Eunapius etiam θεῖον divinum vocavit: v. c. Epitaphio in Alexandrum T. I, p. 81: τὸ γινόμενον περὶ τοὺς ἐπαίνους, *laudandi mos et officium*. Panegyrico in Templum Cyzici p. 244: πᾶσιν ἔξεστιν ἄρχειν τὰ γιγνόμενα· *cuique ſuo loco licet imperare.* mox p. 246, ἀπολαύειν τῆς ἀρχῆς τὰ γιγνόμενα· *imperio, quantum licet, frui.* Gratulatione ad Smyrnaeos p. 270: τῆς νῦν ἀνιούσης ἡμῖν πόλεως ἀπολαύων τὰ γιγνόμενα, *de reſurgente nobis urbe, quantum fas et justum est, frui.* De Concordia Urbium, p. 523: γνῶναί τε ἀλλήλους, καὶ τιμῆσαι τὰ γιγνόμενα· *inter ſe agnoscere, digneque honorare.* Ibid. p. 527: τὴν νόμιμον καὶ γιγνομένην μάχην ἀφέντες· *omittentes justam et legitimam pugnam.* T. II. Or. Plat. I, p. 32: τίς ἂν οὖν λόγος μᾶλλον σώσειε τὸ γιγνόμενον; *quaenam igitur oratio magis propoſito conveniat:* i. e. *probabilitatem ſervet.* Or. Plat. II, p. 158: Κίμων — τὸ γινόμενον τῇ πόλει διεσώσατο. *Cimon — ratam partem urbi ſervavit.* Ibid. p. 294: εἰδῶμεν εὐφημεῖν τὰ γινόμενα· *debitam cuique laudem tribuamus:* p. 308: τὰ γιγνόμεν' αὐτοῖς ἀπαιτοῦντες· *debita ſibi reddi postulantes.* p. 314: μὴ τῆς γινομένης αἰδοῦς καὶ φιλανθρωπίας τυγχάνειν· *debita reverentia et humanitate privari.* Legatione ad Achillem p. 427: δίκην — παρ' αὐτοῦ τὴν γιγνομένην λαβεῖν· *justam poenam ab aliquo exigere.* Alia ad Plutarchum dedimus Opp. Moral. p. 86, A.

P. 911.

P. 91: καὶ τοῖς λεγομένοις ἐπεχόρευεν, ἐπιδεικνύμενος εἰς τὴν ὑπόθεσιν.] Junius nil sani reddit: *demum exsiluit, ubi perorasset, postquam arrepto themate specimen sui exhibuisset.* Priorem partem correxit Cresollius in Theatro Rhetorum, III, 17, p. 254, sic probabiliter vertens, *exsultavit dicendo.* Alteram sic accipiam, ut sensus sit, *declamatorium illud exsultandi officium huic argumento adhibens.* Videatur et J. C. Th. Ernesti in Lexico Rhetoricae Gr. p. 134.

P. 91: καὶ ὁ τῶν λόγων ἔλεγχος ἦν αὐτῷ φιλοτιμία.] Et hoc curiosius dictum, perperam à Junio redditum: *immo oratio ipsa facile prodebat ejus ambitionem ac gloriae studium.* Vertam, et *orationis vim efficaciamque comprobavit adeptio doni.* Subinde φιλοτιμία significat largitionem ac donum publice exhibitum; ex quo usu hic accipio pro adeptione et confirmatione frumentarii illius muneris. Demosthenes Pro Corona, p. 349, C: ἐμοὶ μὲν τοίνυν ὑπῆρξεν — ἐξελθόντι δ' ἐκ παίδων ἀκόλουθα τούτοις πράττειν, χορηγεῖν, τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, μηδεμιᾶς φιλοτιμίας, μήτε ἰδίας μήτε δημοσίας ἀπολείπεσθαι. Plutarchus Nicia p. 524, D: χορηγίαις ἀνελάμβανε, καὶ γυμνασιαρχίαις, ἑτέραις τε τοιαύταις φιλοτιμίαις τὸν δῆμον. Eumene p. 584, A: τὴν πρὸς Ἡφαιστίωνα φιλοτιμίαν Ἀλεξάνδρου καὶ χάριν· i. e. *munificentiam et liberalitatem Alexandri erga Hephaestionem.* Ibid. p. 585, B: φιλοτιμίαις τε

καὶ

καὶ δωρεαῖς τάτε φρονήματα παροξύνων. Phocione p. 756, A: φιλοτιμίας τινὰς ἔπεισε καὶ δαπάνας ὑποστῆναι γενόμενον ἀγωνοθέτην. Dione p. 964, F: αὐτῷ δὲ Πλάτωνι χορηγοῦντι παίδων χορῷ, τόν τε χορὸν ἤσκησεν ὁ Δίων, καὶ τὸ δαπάνημα πᾶν ἐτέλεσε παρ' ἑαυτοῦ, συγχωροῦντος τοῦ Πλάτωνος τὴν τοιαύτην φιλοτιμίαν. Ibid. p. 970, F: τὴν φιλοτιμίαν καὶ τὸ ἀνάθημα τοῦ τυράννου. *Dionysii tyranni magnificum donarium.* Dion Chryfoftomus Orat. XXXIX, p. 487, D: πολλοὶ προετράπησαν φιλοτιμηθῆναι τῶν πολιτῶν· *multi civium permoti sunt, ut in publicum largirentur.* XLVI, p. 519, A: καὶ περὶ τοῦ πάππου δὲ τοῦ ἡμετέρου οὐκ ἂν εἴποι οὐδείς, οὔτε ὡς κατῄσχυνε τὴν πόλιν, οὔτε ὡς οὐδὲν ἀνήλωσεν ἐκ τῶν ἑαυτοῦ· τὴν γὰρ οὐσίαν ἣν εἶχε πατρῴαν καὶ μητρῴαν, ἅπασαν εἰς φιλοτιμίαν ἀναλώσας, ὥστε μηδὲν ἔχειν, λοιπὸν ἑτέραν ἐκτήσατο ἀπὸ παιδείας, καὶ παρὰ τῶν αὐτοκρατόρων. LXXV, p. 647, A: τοῖς κοινῇ φιλοτιμουμένοις· *iis qui in publicum largiuntur.* Saepe etiam φιλοτιμία, pro ipfo *honore et ornamento* ufurpatur. —

Hactenus annotationem hanc confcripferam auctumno anni MDCCCXII, cum in noftram Academiam francica ordinatio incidit: hinc Eunapius e manibus, nescio quomodo, depofitus: annotandi officium intermisfum usque ad hunc diem, qui est 17 Aprilis anni MDCCCXVIII. Interea vetus oculorum detrimentum increverat: accesferant no-

nova, tarditas aetatis, rigor artuum, tremor manuum, alia multa, omnia adverſaria ſtudendo: in quo ſunt multae magnaeque partes corporis, volutari in Bibliotheca, librorum ſedes noſſe, eos inde promere, in pulpitis exponere, evolvere, excerpere; quae plena ſunt ſudoris, et prorſus illud Heſiodeum ſubjiciant τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. Ut igitur in operis difficultate longe majore, noſtra facultate multo minore, lectores nobis ignoſcent, ſi annotationis copiam et frequentiam ad paucitatem et brevitatem revocabimus.

At neque hoc efficere increſcens infirmitas ſivit: ſed propoſitum opus finire coëgit die XXV Februarii MDCCCXIX.

INDEX

SOPHISTARUM ET PHILOSOPHORUM,

QUORUM VITAE AB EUNAPIO PECULIARITER DESCRIBUNTUR.



IN-

INDEX

CRITICUS SCRIPTORUM

IN BOISSONADI ADNOTATIONES.

He-

Plo



IN-

INDEX

CRITICUS SCRIPTORUM

IN WYTTENBACHII ANNOTATIONEM.

IN

INDEX

IN

BOISSONADI ADNOTATIONES.

A.

ad-

ἀκούειν

ἀμυ

An-

ἀπά-

Apsi-

ἀχλὺν

B.

 βι-

Γ. G.

Δ. D.

διά-

E.

ἐπι-

ἰσχυ-

gyptum

ἔχειν

Z.

H.

ἡμέ-

Θ. T.

θάτ-

I.

K.

Con-

Λ. L.

λι

M.

μι-

Mu-

N.

Ξ. X.

O.

oi-

Ori-

Π. P.

πρὸ-

Q.

P. R.

Σ. S.

σο

συ-

τρω

Υ. U.

ὑπὸ

V.

Φ. F. PH.

X. CH.

χιο

Ψ.

Ω.

INDEX

IN

WYTTENBACHII ANNOTATIONEM.

A.

ἀλω-

ἀτ-

B.

Γ. G.

Δ. D.

δια

E.

Κυ-

Z.

H.



I. J.

K. C.

[illegible]

Λ. L.

M.

Me-

N.

Ξ.

O.

O.

Π. Ρ.

παῖς,

Prae-

Q.

P. R.

Σ. S.

stu-

T.

Y. U. V.

ὑπο-

Φ. F.

X.

Ψ.

Ω.



